



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

B 1,369,857







QUAESTIONES CRITICAE
IN ARISTOPHANIS FABULAS.

SCRIPSIT

VICTOR COULON.

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER
MCMVII.

RIC -

11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

BRUNONI KEIL
RICARDO REITZENSTEIN
PRAECEPTORIBUS
PIO GRATOQUE ANIMO
D. D. D.

222-40
41278


PROOEMIUM.

§ 1.

Ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν.

Hoc Aristophaneum non indignum nobis videtur, quod prooemio dissertationis nostrae praeponatur. Haud enim ignoramus accuratam illam et perfectam cognitionem cum Graeci sermonis tum totius antiquitatis nobis deesse, qua in quaestione critica de Aristophanis fabulis opus est. Itaque libellum nostrum, quem bipartitum esse voluimus, nihil aliud nisi remigis rudimentum et ipsi ducimus et duxerit si quis benevole eum legerit. In priore autem dissertationis parte pro viribus operam dabo, ut exponam, quae ratio Aristophanis apud Suidam reliquiis cum codicibus nostris intercedere videatur. Deinde in libro posteriore scholiorum lectiones conferam cum optimis qui habentur libris, R dico et V. Quo in codice cum quattuor fabulae desint, in utraque quaestione etiam recentiores libri ΑΓΘΔΜ alii adhibendi sunt, quos excepto Ambrosiano M "a Veneti archetypo vel a codice aliquo ex hoc descripto prodiisse" R. Schneelius in libello academico "De Aristophanis codicibus capita duo" (Halis Saxonum 1876) p. 8 affirmavit, cum "contaminatam esse recensionem Ambrosiani ex Ravennate et ex codicum X (scil. ΑΓΘΔ) archetypo" quaestione sua effecisse sibi videretur. Breviter denique in fine libri posterioris Suidam cum scholiis in comparisonem vocare licebit.

De Aristophanis excerptis apud Suidam iam uberius scripsit G. Buengerus in dissertatione sua, quae inscribitur: "De Aristophanis Equitum Lysistratae Thesmophoriazuserum apud Suidam reliquiis". (Argentorati 1878.) Quem librum accurate perlegi atque examinavi: nonnullas lectiones a Buengero allatas correxi, alias, quippe cum ad dissertationem



881
76

meam non pertinerent, omisi, quasdam addidi. Fundamentum autem totius quaestionis fuerunt Blaydesii editiones XI fabularum et Velseni illae Ecclesiazusarum, Pluti, Ranarum, Thesmothoriazusarum, Equitum (ed. alt. Zacheri 1897). Atque cum Blaydesii apparatus criticum levem et incertum esse inter omnes constet, saepe coactus sum, ut ad Herwerdeni collationes lectionum RV in Mnem. Nov. Ser. XXVI; 1898, p. 94—111 refugerem. Lectiones igitur in quaestione nostra verbis "sec. Herw." insignitae ex Batavi illius critici collationibus sumptae sunt. Quibus quamquam Blaydesii scripturae testimonia saepe correctae sunt, tamen interdum loci inveniuntur, ubi ne hae quidem collationes accuratae sunt. Neque enim Herwerdenum omnes lectiones, quae in Blaydesii suppellectile critica non reperiuntur aut falso proferuntur, diligenter significavisse Zacherus monuit in Philol. N. F. XV, 1902, p. 447—454; cf. exempli causa Ach. 842, ubi in Blaydesii apparatu critico legitur ὑποφάνων B (s. Bekk.) ὑποφάνων (s. Invern.); Herwerdenus in Mnem. l. l. non adnotat, utram lectionem R praebat. Qua de causa nonnunquam, cum vitare cuperem Charybdin, in Scyllam, ut aiunt, incidi. Praeter collationes Blaydesii, Velseni, Herwerdeni in Nubibus, Pluto, Avibus maximus numerus lectionum Ambrosiani M praesto mihi fuit, quem H. Bretzelius, qua est benignitate ac liberalitate, cum Mediolani versaretur, rogatu meo contulit. In Suidae autem versibus proferendis G. Bernhardyi editione lexicī Suidani usi sumus. Ex qua sumptas esse monemus discrepantias Suidae codicum, quorum duae discernendae sunt familiae: una Parisini A saeculo XIII exarati optimae notae, Vossiani Leidensis V, Oxoniensis C, altera Parisini B saec. XIV et Bruxellensis E. Quorum librorum scripturas additis lectionibus editionis principis Mediolanensis anni 1499 hisce siglis SACVBE Med. saepe distinxi. In Ranarum fabula opportune accidit, quod Buengerus "Aristophanis Ranarum apud Suidam reliquias collegit et disposuit." (Freiburg i. B. 1881). Sed hoc Buengeri opusculum, cum non ea diligentia confectum mihi videretur qua liber ille supra commemoratus, ex ipso Suida et e Velseni apparatu critico emendandum erat.

Et quoniam de universa imagine codicum Aristophaneorum diximus, restat, ut de libris recentioribus, qui in Acharnensibus, Ecclesiazusis, Lysistrata, Thesmophoriazasis pro V adhibendi nobis erant, pauca addamus.

In Acharnensium fabula praeter R lectiones horum codicum in usum vocavi:

A Par. Bibl. Reg. 2712 XIII saec.

B Par. Bibl. Reg. 2715 XVI saec.

C Par. Bibl. Reg. 2717 XVI saec.

Γ Laurent. plut. 31 cod. 15 XIV saec.

Δ Laurent. plut. 31 cod. 16 XV vel XVI saec.

In Ecclesiazusis ex alterius familiae codicibus solum Laurentianum Γ respexi. Nam ex ceteris tribus libris ABN — deest autem haec fabula in Δ — Parisinum B ex Γ ortum esse ostendit Carolus Kuehne in p. 1—8 dissertationis suae quae inscribitur: "De codicibus qui Aristophanis Ecclesiazusas et Lysistratam exhibent". (Halis Saxonum 1886.) Parisinus A autem usque ad v. 282 tantum extat, denique Monacensis N, quamquam nonnunquam ex R interpolatus videtur, arte cum Γ cohaeret.

In Lysistratae fabula praeter R adhibui Parisinos BC, Laurentianum Δ, Leidensem-Vossianum L saec. XIV. Quos codices specie quidem emendatioris quam R sed interpolatos esse, "ut alterum genus (scil. R) etsi corruptum multis locis, tamen sincerius sit habendum" Engerus in praef. Lys. p. XII—XIV exposuit. Libris autem BCΓΔ lacunae communes sunt versuum 62—131, 200—267, 820—890, 1098—1236, nisi quod Leidensis iam in v. 1034 desinit. Quarum lacunarum originem in Buengeri quaestione de Aristophanis apud Suidam reliquiis p. 55 diserte explicatam invenies.

In Thesmophoriazasis unius R scripturas in usum vocavi. Nam Velsenus commentatione: "Über den codex Urbinas der Lysistrata und der Thesmophoriazusen des Aristophanes" Juntinam editionem principem ex ipso R manasse probabiliter docuit. Atque Augustanus (G Velseni), quo codice etiam adservantur Thesmophoriazusaes, "ubique fere vel saltem in rebus gravissimis cum R consentire nec nisi calami er-

roribus a R differre" Thierschio videbatur in Mus. Rhen. II, 1843, p. 245 et Engero in praef. Lys. p. XII.

Haec de codicibus dicenda erant. Iam notae proferantur, quas in tota quaestione adhibui:

Ach. = Acharnenses,	Ls. = Lysistrata,	Ra. = Ranae,
Av. = Aves,	Nb. = Nubes,	Th. = Themospho-
Ec. = Ecclesiazusae,	Pc. = Pax,	riazusae,
Eq. = Equites,	Pl. = Plutus,	Vp. = Vespae;
gl. = glossema,	praef. = praefendum,	r. = recte.

† Una cruce notavi eas lectiones, quae numeris adversantur,

†† duabus eas, quae aut a sensu aut ab arte grammatica abhorrent aut mendum vel corruptelam praebent,

* asterisco denique eas, de quibus fusius agendum est.

Bl. A. C. Gr. = Blaydesii Analecta Comica Graeca, Halis Saxonum 1905.

Bueng. = Buengeri De Aristophanis Equitum Lysistratae Thesmophoriarusarum apud Suidam reliquiis, Argentorati 1878.

Croenert Memor. Gr. Herc. = Memoria Graeca Herculanensis cum titulorum Aegypti papyrorum codicum denique testimoniis comparatam proposuit G. Croenert, Lipsiae 1903.

Herw. Vind. Ar. = Herwerdeni Vindiciae Aristophaneae, Lugduni Batavorum 1906.

Mein. Vind. Ar. = Meinekii Vindiciarum Aristophanearum liber, Lipsiae 1865.

Meisterhans = Meisterhans-Schwyzler, Grammatik der attischen Inschriften, Berlin 1900.

Reisig. Coni. = Reisigii Coniectanea in Aristophanem, Lipsiae 1816.

Z. Ar. St. = Zacher, Aristophanesstudien. Erstes Heft. Anmerkungen zu Aristophanes' Rittern, Leipzig 1898.

Praeterea plus minusve alios libros in usum vocavi, quos suo quemque loco proferam. In comicorum fragmentis et Meinekium et Kockium secutus sum. Versus enim secundum Meinekii editionem protuli additis numeris editionis Kockii, quos quadratis uncis inclusi.

§ 2.

Priusquam autem ad ipsam quaestionis priorem partem aggrediamur, qua de Aristophanis apud Suidam excerptis disseratur, hoc monemus, non omnes reliquias a lexicographo e codice Aristophaneo haustas esse. Inveniuntur enim adnotationes, quae etiam in Hesychii vel Photii lexico vel in Bekkeri Anecdotis vel in aliis lexicis comparent. Quas, cum excerptae sint ex veteribus lexicis, sponte ac consilio segregavimus a disputatione nostra, quippe qua in Suidae codicumque Aristophaneorum rationem inquiratur. Glossas autem lexicographi ad Aristophanis fabulas pertinentes quaestioni subiungam ita quidem, ut primum eas proferam adnotationes, quae ex codice Aristophaneo scholiis instructo descriptae videntur, deinde eos locos enotem, ubi Suidam ex veterum grammaticorum libris hausisse ceteri qui ad nos pervenerunt lexicographi testantur. Sic enim si quis hunc libellum leget, Aristophanis apud Suidam reliquias facile ac commode adire poterit et ipsi unicuique voci e Suidae lexico in dissertatione prolatae glossam suam addere supersedemus. De ipso vero locorum indice hoc monendum est, si quos versus Aristophaneos explanationi lemmatis addidit lexicographus, eos numeris latius dispositis conspicuos esse redditos.

Iuvat denique Suidae excerptorum, quae ad Aristophanis fabulas pertinent, summam subducere. Locis 3273 universae undecim comoediae a Suida proferuntur:

Ach. 386 locis iisque 354 ex cod. schol. instructo, 32 ex vet. lex. descriptis.													
Av.	410	„	„	384	„	„	„	„	26	„	„	„	„
Ec.	197	„	„	178	„	„	„	„	19	„	„	„	„
Eq.	466	„	„	430	„	„	„	„	36	„	„	„	„
Ls.	206	„	„	184	„	„	„	„	22	„	„	„	„
Nb.	418	„	„	381	„	„	„	„	37	„	„	„	„
Pc.	255	„	„	223	„	„	„	„	32	„	„	„	„
Pl.	259	„	„	240	„	„	„	„	19	„	„	„	„
Ra.	333	„	„	304	„	„	„	„	29	„	„	„	„
Th.	137	„	„	121	„	„	„	„	16	„	„	„	„
Vp.	206	„	„	143	„	„	„	„	63	„	„	„	„

Versus autem 3179 Aristophanis undecim fabularum in Suidae excerptis adservantur:

Ach.	318	vss. iique	288	ex cod. schol. instructo,	30	ex vet. lex. deprompti.			
Av.	372	„ „	359	„ „ „ „	13	„ „ „ „	„	„	„
Ec.	253	„ „	233	„ „ „ „	20	„ „ „ „	„	„	„
Eq.	381	„ „	334	„ „ „ „	47	„ „ „ „	„	„	„
Ls.	226	„ „	202	„ „ „ „	24	„ „ „ „	„	„	„
Nb.	355	„ „	323	„ „ „ „	32	„ „ „ „	„	„	„
Pc.	256	„ „	221	„ „ „ „	35	„ „ „ „	„	„	„
Pl.	231	„ „	216	„ „ „ „	15	„ „ „ „	„	„	„
Ra.	363	„ „	339	„ „ „ „	24	„ „ „ „	„	„	„
Th.	196	„ „	176	„ „ „ „	20	„ „ „ „	„	„	„
Vp.	228	„ „	185	„ „ „ „	46	„ „ „ „	„	„	„

In extremo prooemio non possum summas gratias non agere societati Argentoratensi, cui nomen est "Wissenschaftliche Gesellschaft". Quae societas opibus suis benignae ac liberaliter me adiuvit ita, ut hac dissertatione confecta vere anni MCMVII codicis Ambrosiani M excutiendi causa Mediolanum proficisci mihi liceret.

Neque beneficium obliviscar, quo viri praesides instituti, quod "Cunitz-Stiftung" vocatur, me sibi devinxerunt atque obligaverunt, cum haud exiguam pecuniam largiti sumptum huius libri typis exprimendi magnopere sublevarent.

LIBER PRIOR.

Caput I.

§ 3.

In priore hoc libro Suidæ lectiones cum codicibus nostris in comparationem vocabimus. Atque ut initium capiamus ab iis locis, ubi lexicographus a parte aut ipsius V aut eorum codicum, qui pro V in Ach. Ec. Ls. fabulis adhibendi sunt, adversus R stat, hasce proferimus discrepantias:

vss.	S—V	Equitum:	R
7	αὐταῖσι cum MA †		αὐταῖς
8	δεῦρο νῦν cum MA. Blaydesio plando, qui solus ex editoribus vulgatam lectionem amplexus δεῦρό νυν scripsit, cum adnotaret: "Saepe νῦν (νυν) per δὴ explicatur". Cuius rei probandae causa afferro Ls. 285 μή νυν ἀντι μὴ δὴ schol. R, Pl. 414 σπεῦδέ νυν: Τοῦτο τὸ νυν καθ' ὁμαλιμὸν ἀναγνωστέον, ἴν' εἴη ἀντι τοῦ δὴ schol. rec. Pl. 964 φέρε νυν: δὴ schol. Θ, Pl. 975 νῦν: δὴ schol. Θ. Atque ad scripturam δεῦρό νυν πρόσελθ' confirmandam cf. Ra. 1368 ἴτε δεῦρό νυν (δεῦρο νῦν codd.), Th. 279 δεῦρό νυν (νῦν R) — ξπου, Ls. 930 δεῦρόννυ (νῦν RΔ), Nb. 91, alios locos.		δεῦρο δὴ

vss.	S—V	R
31	ποι cum MA ††	του
32	ἡγεῖ (-ῆ S) γὰρ cum AM	ἡγή cù ††
56	παραδραμῶν	περιδραμῶν cum MA r. Cf. Z. Ar. St. p. 11. Praepositiones ¶ (i. e. παρὰ) et ¶ (i. e. περι) frequentissime commutabantur, velut in Eq. 887, Nb. 994, Vp. 215, 392, Ra. 194, 1068, aliis locis.
62	μεμακκοακότα cum M (-κακότα A corr.) r. Cf. Z. Ar. St. p. 13.	μεμακκοηκότα
75	αὐτὸς cum A ††. Eodem vitio V αὐτὸς praebet pro οὔτος in v. 1062 et Pl. 185.	οὔτος cum M
79	ὁ δὲ νοῦς cum MA †	ὁ νοῦς δ'
143	ἔξολῶν cum MA r. Cf. Z. Ar. St. p. 22.	om. R. pr. ἐξελῶν R ²
270	ἡμᾶς cum MA	om. †
272	πρὸς κέλλος (κέλος V) cum MA r. Cf. Z. Ar. St. p. 43.	τὸ κέλλος. Eodem mendo κέλλος in Ach. 220 sec. Herw.
276	τῆ βοῆ cum MA	om. †
292	εἰς ξμ' cum MA †	εἰς μ'
301	ἀδεκατεύτους cum MA	ἀδεκατεύτων (sic) ††
314	τοῦθ' cum MA	τοῦτο †
354	ἄκρατον cum M (-τα A) ††	ἀκράτου
394	ἀφαύει cum MA	ἀφανεῖ (sic.) Ex quo Ribbekius optime ἀφαίνει coniecit. Cf. Z. Ar. St. p. 76 sqq.
401	τραγωδίαν cum MA praef. contra Meinekii scripturam τραγωδία Zachero probatam. Praestat enim vertere: dazu noch eine Tragödie singen (προσά-	τραγωῖδια

vss.	S—V	R
	δειν τραγωδίαν) quam: zur Tragödie singen (πρ. τραγωδία), quod vereor, ut de choro dici possit.	
414	habent cum MA	om.
531	νυι cum MA	νύν †
532	οὐκ ἔτ' ἐνότος cum A (οὐκέτ' ὄντος SABE Med. s. v. ἀφέλεια cum M †)	οὐκ ἔοντος (sic.) †
630	ψευδατραφάξου cum M, qui -εύου praebet (-φύ- ξου A)	ψευδάτραφαξ ††
634	κύταλοι VA κίταλοι τε S	κύταλοι cum M ††
697	περιεκόκκουα cum MA	περιεκόκκαυα. Primus Din- dorfius περιεκόκκαυα scripsit. Quo de verbo cf. Zacherum in Philol. Suppl. vol. VII, 1899, p. 494—98.
783	ce om. V ¹ et S †	ce cum MA
964	δεί cum MA	δη ††
1129	δ' δταν cum MA	δτ' ἂν δ' †
1138	τύχοι cum M ††. De oi et η commutatis cf. Vp. 1458 p. 21.	τύχη cum A
1141	κέψασθε cum MA	κέψασθαι ††
1266	ἐλατήρασ ἀΐδειν cum MA	ἐλατήροσ ἀΐδειν ††
1276	δν cum MA	ὦν ††
1311	καθῆσθαι cum MA	καθεῖσθαι ††
1368	ὑπολίποισ cum MA r. Cf. Z. Ar. St. p. 140.	ὑπολίποισ ††

Ranarum:

138	πῶσ	πῶσ γε cum MA ††
209	βρεκεκέξ cum MA †	βρεκεκεκέξ
303	ἔξεστι δ' cum MA praef.	ἔξεστί θ'
304	αὐθισ αὐ cum M (ἀρτίωσ)	αὐθισ †

vss.	S—V	R
	A, quod ut varia lectio commemoratur in M)	
308	ὀδι δὲ cum MA	ὀ δὲ †
366	ὑπάρδων cum MA	ἐπ ἀίδων ††
474	πνευμόνων cum A	πλευμόνων cum M r. Cf. Moer. p. 309: Πλεύμων, Ἀττικῶς. πνεύμων, Ἑλληνικῶς, schol. Pc. 1069: Ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ λ ὀ πλεύμων, denique Croenert Memor. Gr. Herc. p. 98 Anm. 1. πικτέον †† Idem mendam RV in Pc. 218 et εὐπίκτως pro εὐ-πείκτως RG in Th. 105 praebent.
498	πεικτέον cum MA	μετακυλινδεῖν r. Cf. Cobeti Var. Lect. p. 133.
536	μετακυλινδεῖν cum M (γ' addidit A)	λαβόντ' ἐν †† (ἐν R corr.)
537	λαβόνθ' ἐν cum MA	πρὸς τὸν ††
539	πρὸς τὸ cum MA	εἰς μὲ
562	εἰς ἐμὲ cum MA †	ἀδικοῦντα ††
617	ἀδικοῦντ' cum MA	πρὶν cum A ††
621	πλὴν cum M. Cf. Lysiae or. XIX, 51, ubi πλὴν libri pro πρὶν.	
730	προσελούμεν cum MA †	προουελούμεν r. Cf. Fritschium ad h. v.
804	ἔβλεψε γοῦν cum A (οὖν M) praef.	ἔβλεψε δ' οὖν
822	χαίταν cum MA praef.	χαίτην
847	ἄρν' ἄρνα cum MA	ἄρνα ἄρνα †
847	μέλαιναν cum MA †. Cf. Blaydesii adnot. ad h. v.	μέλανα r.
890	κοι cum MA praef. Σοι et cou commutata in Vp. 1433 cou V, κοι R, Ach. 843 κοι BCGΔ et S, cou RA, Ra. 626, Eq. 761, Nb. 482, aliis locis.	cou

vss.	S—V	R
944	ἀνέτρεφον cum MA	ἀνέτρεφον ††
961	ἐκομπολάκουν cum MA	ἐκομπολάκουν ††
964	δὲ cum M (om. A)	τε ††
965	τούτου μὲν cum MA	τούτου μὲν r. editores Dindorfium secuti servaverunt.
970	Κείος cum M ¹ A r. Cf. Fritzschiium ad Ra. 540	Κίος cum M ²
987	κρόρον cum MA	κρόρον ††
989	τέως δ' cum MA praef.	τέως
1058	ἀνθρωπίως cum MA	ἀνθρωπίως ††
1084	ὕπὸ γραμματέων cum M	ὕπογραμματέων cum A r. Cf. Fritzschiium ad h. v.
1180	ἀκουστέα cum MA	ἀκουστέον ††
1315	ἰστότονα cum MA	ἰστόπονα praef. cum Koekio, Meinekio, Bergkio. Cf. Blaydesii commentarii p. 468.
1427	ὠφελεῖν cum MA	ὠφελεί ††
1437	Κινησία cum MA ††	Κινησία
1477	τίς δ' cum MA	τίς praef.

Nubium:

3	ἀπέρατον †† Recte ἀπέραντον in v. 393.	ἀπέραντον cum MA
71	Φελλέως cum MA	Φυλλέως ††
267	καταβρεχθῶ cum A	καταβραχῶ cum M ††
278	βαρυηχέος	βαρυαχέος cum MA praef. Cf. dorismos in chori vss. 276 εὐάγητον, 252 ἀρδομέναν 289 ἀθανάτας.
286	μαρμαρέαιιν αὐγαῖς	μαρμαρέας ἐν αὐγαῖς cum MA praef. Cf. v. 310, ubi RV plurimique cett. codd. similiter παντοδαπαῖς ἐν ὕρασι praebent.
335	στρεπταίγλαν cum MA, quod editores recte στρεπταίγλαν scripserunt.	στρεπταίγλας ††

vss.	S—V	R
358	παλαιγενές cum M†	παλαιογενές cum A
371	*αίθριας ούσης	αίθριας cum MA
409	ᾠπτων cum MA	ὀπτῶν r. Cf. Kockii adnot. ad h. v.
416	μήτ' ἀριστᾶν	μήτε ἀριστᾶν cum MA†
432	*γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας cum MA	γνώμας μεγάλας οὐδεὶς νικήσει πλέον
511	*ἔνεκα	εἴνεκα cum MA
512	γένοιτ' ἀνθρώπων cum A†	γένοιτο τᾶνθρώπων cum M
589	ἔξαμαρτητ' cum MA	ἔξαμαρτάνητ' sec. Herw.†
595	αὐτε cum MA	αὐτῶι††
624	ἱερομνημονεῖν cum MA	ἐπιμνηεῖν sec. Herw.††
645	ἡμικτέου†† ex v. 643 perperam illatum vi- detur.	ἡμικτέον cum A (-ταῖον M)
700	τρόπον τε καυτὸν (τε om. MA)	τρόπον τ' ἐς αὐτὸν††
730	ἀποστερητρίδα cum MA	ἀποστερητικὴν aut e glossemate aut scribae incuria ortum ex v. 728.
771	ὠδὶ cum MA†	ὠδε
832	τοσοῦτον cum MA	τοσοῦτο†† Cf. Blaydesii ad- not. ad h. v.
965	*κρῖμνῶδη (κρῖμνῶδη S ^{Bm.} sec.)	κρῖμνῶδη cum AM corr. e κρι- μνῶδει
995	*μέλλεις τᾶγαλμ' (V sec. Herw. ἄγαλμ' S) ἀναπλή- σειν cum M, in quo τ ante ἄγαλμ' erasum est.	μέλλεις τᾶγαλμ' ἀναπλάττειν (μέλλεις τᾶγαλμα A omisso in- finitivo)
1171	τὴν χοροῖαν cum MA	τῆς χοροῖας††
1172	νῦν μὲν γ' ἰδεῖν εἰ πρῶ- τον cum MA	νῦν μὲν γ' ἰδεῖν πρῶτον μὲν (om. εἰ)††
1203	πρόβατ' cum MA	om.†
1474	χυτρεοῦν cum MA	χυτραιοῦν††

vss.	S—V	R
		Pluti:
17	*ἀποκρινομένου cum MA	ἀποκρινομένῳ
185	αὐτός†† Cf. Eq. 75 p.12	οὗτος cum MA
185	*μόνος cum MA	μόνον
242	*εἰς	ὡς cum MA
268	μοι cum MA	om.†
314	Ἄριστυλος (S ^{ABE} Med.) cum M††	Ἄριστυλλος cum A
387	δεξιούς cum MA	δικαίους† ortum e glossemate vel ad χρηστούς v. 386 vel ad δεξιούς adscripto.
480	ἐπιγράψω cum MA	ἐπεγράψω ††
529	οὔτε cum A	οὔτ' ἐν cum M, lectio ex iis- dem verbis initio v. 528 po- sitis nata.
566	*εἰ γε λαθεῖν αὐτὸν δεῖ cum A. Particulam γε M quoque praebet, sed δεῖ λαθεῖν αὐτὸν cum R	εἰ δεῖ λαθεῖν αὐτὸν
586	*κοτίνου στεφάνῳ	κοτίνῳ στεφάνῳ cum M (-ω -ω A)
596	*κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν cum A, γρ. κατὰ μῆνα προσάγειν superscr. in V	κατὰ μῆνα προσάγειν cum M
681	ἤγιζεν cum MA	ἤπιζεν ††
768	τὰ καταχύματα cum MA†	καταχύματα
769	νεωνήτοισιν cum MA	νεωνήτοισ†
958	προσεύξη cum MA	προσδέξη††
989	ἐνεκα r. Cf. locum p. 33 tractatum.	ἐνεκεν cum MA
999	προσέπεμψεν cum MA †	προσαπέπεμψεν
1005	ἅπαντά γ' ἤσθιεν (γ' om. S ^A , ἅπαντα κατήσθιε S ^{Med.} cum MA) Com- positum κατήσθιε ne ve-	ἅπανθ' ὑπήσθιεν. Quod pro- xima abest a scriptura ἅπαντ' ἐπήσθιεν ex Athen. IV 170 d a Dindorfio probante de Bam-

vss.	S—V	R
	rum ducamus, vel numeri vs. impediunt. Nam si thesis in trimetro iambico ex duabus brevibus syllabis constat, prior brevis syllaba pars esse verbi antecedentis nequit; immo brevi illa syllaba aliud verbum, quod vel unam vel plures comprehendit syllabas inchoari necesse est. De exceptionibus in quarto pede cf. ad Nb. 62 p. 93, in secundo cf. Engeri praef. Ls. p. XXV.	bergio recepta. Addere licet lectionem ἐπήθειεν etiam apud Paroemiogr. Gr. II p. 67 (Gregor. Cypr. I 100) inveniri. Cf. compositi huius defensionem in Blaydesii Add. et Corr. p. 414. Mendum autem librarii R est illud ὑπ- pro ἐπ- (velut in Ra. 366 ἐπάδων R pro ὑπάδων); correctoribus debentur lectiones V et MA.
1010	*γ' cum MA	om.
1020	*χρόας cum MA	χροιάς
1037	τηλία cum MA ††	τηλία. Cuius substantivi rectam explicationem vide apud Roemer, Stud. zu Ar. p. 73.
1049	ἀει τοὺς τρόπους cum MA	ἀει τοῖς τρόποις ††
1052	μή μοι cum MA	μοι μή ††
1056	λαβοῦσα cum MA	λαβοῦσαν ††
1085	*συνεκποτέ' ἐστὶ σοὶ καὶ τὴν τρύγα SV corr. AM (sed σοὶ om. M), καὶ τὴν τρύγα σε V pr. n.	οὔνεκά ποτε ἐστὶ σοὶ καὶ τὴν τρύγα
1110	*τέμνεται cum MA, γρ. γίνεται V in mg.	γίνεται
1146	κατέλαβες cum MA	κατέβαλες ††
Avium:		
40	ἀει cum MA	om. †
43	ἔχοντε cum MA r. Cf.	ἔχοντες

vss.	S—V	R
	Ζητούντε in v. 44 et καθι- δρυθέντε in v. 45.	
370	τῆκαίμεθ' cum M	τῆκαίμεθ' (τῆ -A) ††
377	αὐτόσ (V sec. Herw.) cum MA. Quod tuendum non esse iam Blaydesius in Add. et Corr. p. 460 affirmavit. Neque du- bito, quin idem vir doc- tissimus in adnot. ad h. v. Bentleio, Reiskio, Sea- gero αὐτόσ' conicienti- bus iure plauserit. Quae coniectura etiam R. Schneeio (De Ar. ma- nuscriptis quibus Ra. et Av. traduntur, p. 4) probata est, qui haud male lectionem εὐθύσ "interpretamentum vo- cis αὐτίχ' quae sequitur" esse monuit.	εὐθύσ
463	οὐ κωλύει cum MA	κωλύει ††
659	μούσῆσ cum MA ††	μούσαισ
694	ἀπίροισ cum M	ἀπίροισ cum A †
806	ἀποτεπιμένω cum A et M, qui calami lapsu -τεπι- μένω praebet. r. Cf. Bl. A. C. Gr. p. 59 ad Av. 806.	παρατεπιμένω
861	εἶδον cum MA	εἶδον ††
941	νομάδεσσι	νομάδεσ cum M † (-δαισ A)
943	ὑφαντοδόνατον(-δόνητον SM, -δίνητον A)	ἀμφιδόνητον † ex interpreta- tione ortum.
982	παρὰ τὰπόλλωνοσ cum MA	παρ' ἀπόλλωνοσ †
1074	λαμβάνειν cum MA	λαμβάνει ††

vss.	S—V	R
1131	ἐκατοντόργιον cum MA ab editoribus in ἐκατον- τορόργιον mutatum. Cf. Photium : ὀρογίας λέ- γουσιν, οὐχὶ ὀργίας Ἀρι- στοφάνη.	ἐκατοντόργιον
1378	φιλύρινον cum MA	φελύρινον ††
1443	ἀνεπτέρωκεν cum MA r. Cf. v. 1445.	ἀνεπτέρωκεν Cf. similia men- da in Pl. 666 ὑπερηκόντισεν SM pro -τικεν, Nb. 1031 εὐ- δοκίμησεν M aliique pro -μηκεν, Nb. 1080 ἠδίκησας MA aliique pro -κηκας.
1519	Θεσμοφορίοις cum MA †	Θεσμοφορίοις sec. Herw.
1589	ἐνεστιν cum M	ἐνεστ' cum A †

Vesparum :

135	φρυαγμοσεμνάκουσ τινὰς	φρυαγμοσεμνακουστίνουσ ††
434	οἶός πρᾶεφ.	οἶόν
506	ἔχω	ἔχων ††
507	τυραννικά	τυραννίδα ††
511	πεπνιγμένον	πεπηγμένον ††
609	παππίζουσ' r. Cf. Eust. ad Il. p. 565, 31 ἰστέον καὶ ὅτι κωμψδίας ἴδιον παππίζειν διὰ τοῦ ἰ τὸ κατ' Ὀμηρον παππάζειν διὰ τοῦ ᾱ.	παππάζουσ'
673	ἤσθηνται r. Neque enim in quarto pede tetra- metri anapaestici, post quem caesura fit, dacty- lus patiendus est, qualis particula γε post ἤσθοντο in B Ald. inserta effi- citur. Cf. Porson. praef. Eur. Hec. p. L.	ἤσθοντο

vss.	S—V	R
695	κωλακρέτην r. Cf. Meisterhans p. 74.	κωλαγρέτην
712	ἐλαολόγοι r. Cf. Meisterhans p. 30 sqq.	ἐλαιολόγοι
788	σκωπτόλης	σκωπτόλις ††
792	ὄσφραϊνόμενος	ὄσφραϊνόμενος †
1035	δ'	om. ††
1066	γνώμην ††	ῥώμην
1080	ἡμῶν	ὑμῶν ††
1083	παρ' r. Cf. Bl. A. C. Gr. p. 167. ad Ls. 1275.	πρὸς
1267	οὐκ τῶν κρωβύλων r. Cf. similes locutiones in Nb. 1065 οὐκ τῶν λύχνων, Av. 13 οὐκ τῶν ὀρνέων, Pl. 435 ἡ'κ τῶν γειτόνων.	οὐκ τῶν κρωβύλου
1293	ταῖς πλευραῖς	ταῖς πλευραῖς στέγειν. Bentleius edd. probb. ταῖς πλευραῖς τέγουσ. Cf. Blaydesii adnot.
1297	ἦ	ἦς ††
1364	χοιρόθλιψ	χαιρόθλιψ ††
1366	ταυτὸ ††	τοῦτο
1374	ἐν μέσῳ	τοῦ μέσῳ, ex quo editores τοῦν μέσῳ restituerunt.
1458	ἔχει †† Cf. similia menda in Eq. 607 ἐξέρπει V pro -ποι, 1056 φέρει V pro -ροι, 1138 τύχοι SV pro -χη, Ach. 362 ἔχοι A pro ἔχει, Pl. 72 πύθοις R pro -θησθε, 438, 477, 896, 1037, aliis locis.	ἔχοι
Pacis:		
17	οἶός τ'	οἶος †
193	γλίχρων	γλίχρον †

vss.	S—V	R
607	ὑμῶν	ἡμῶν ††
790	ἀποκνίσματα γ.	ὑποκνίσματα SAVBE s. v. σφυ- ράδες. De praepos. ἀπό et ὑπό permutatis cf. ad Ra. 644 p. 44.

Acharnensium :

vss.	S—ABCFGΔ	R
10	κεχήνη γ. addito ab edi- toribus apostropho. Cf. E. M. 386, 30 ἰστέον δὲ ὅτι τὸ διαλυθὲν ἐκ τοῦ ἰωνικοῦ συναιροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ποιοῦσιν εἰς η, πεποιήκη λέγοντες, ὅθεν παρὰ Ἀριστοφάνει· ἐκεχήνη προσδοκῶν τὸν Αἰσχύλον.	κεχήνει
85	παρετίθει δ' ; cum Din- dorfio ex Athen. IV 130 f. παρετίθει θ' scri- bendum est.	καὶ παρετίθει†
116	οὐκ	κούκ praef.
218	οὐδ' ἄν	ἄν οὐδ'†
279	κρεμήσεται. Eadem forma in Vp. 808.	κρεμασθήσεται†
330	εἶρξας ††	εἶρξας cum ΓΔ γ. Cf. Eust. ad Od. p. 1387, 3 τὸ εἶργω ἐπὶ μὲν τοῦ κωλύω ἐψίλουν. — ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγκλείω ἐδάκυνον.
333	ὄδ'	om. †
351	ἐπετίλησεν ††	ἐνετίλησεν
393	ἤδη (ἤδη C) e glossemate originem duxisse videtur	ἄρα μοι γ. Cf. Blaydesii adnot. ad h. v.
535	Μεγαρεῖς	Μεγαρής cum ΓΑΒ corr. praef. De Attico -ῆς pro -εῖς in nom. plur. cf. Bachm. conl. observ. Ar. p. 131 et Meisterhans p. 140.

vss. S—ABCFGΔ	R
622 καρτερόν	κρατερόν †† sed r. καρτεράν in v. 393.
639 ὑποθωπεύσας	ὑποθωπεύσας π †
640 εὔρε τὸ πᾶν ††	εὔρετο πᾶν
658 οὔτε ††	οὐδὲ
687 σκανδάληθρ' ἰστάς	σκανδαλιθρίστας ††
784 ἄλλ' οὐδὲ. Ἐτ' οὐ numeris adversatur neque οὐδὲ sententiae aptum. Correxerit οὐχὶ Dindorfius e versu insequente πᾶ δ' οὐχὶ θύσιμός ἐστι; Cf. etiam vss. 793 ἄλλ' οὐχὶ χοῖρος τάφροδίτη θύεται, 1213 ἄλλ' οὐχὶ νυνὶ τήμερον Παιώνια, Ec. 982, 991, Pl. 993, alios locos.	ἄλλ' οὐ
802 φιβάλεωσ r. (φορβάλεωσ ABC ††)	φιφάλεωσ ††
806 τρώξονται	τρύξονται ††
843 σοι r. Cf. v. p. 103 tractatum.	cou cum A
863 φουρήτε r. s. v. ὀκτίνοις, φουράτε s. v. πρωκτός	φουεῖτε ††
908 ἔρχεται	ἐξέρχεται †
973 οἱ (οἶον S) ἔχει σπειάμενος	σπειάμενος οἱ ἔχει † Cf. Dindorfii notam a Blaydesio ad h. v. allatam.
1035 τριβλικίγῃ r. Cf. schol. ad h. v.	τριβίκιγῃ sec. Herw.
1122 τοὺς κιλίβαντας (κυλλ- A ††)	τοὺς κιλίβαντας sec. Herw. †
1126 πλατύς r. Γέλωσ πλατύς, οὐχὶ πολὺς, ἐρείς monet Herodianus apud Phryn. p. 471. Cf. etiam Bl. A. C. Gr. p. 34. ad Ach. 1126.	πολὺς gl.

vss.	S—ABCΓΔ	R
1158	ἐπὶ τραπέζης ortum videtur e scriptura τραπέζης (-πέζη AB)	ἐπὶ τραπέζη praef. Cf. Blaydesii adnot. ad h. v. et Kuehner-Gerth de praepos. ἐπὶ c. dat. in Gr. Gr. II ¹ § 438 II p. 499.
1181	ἐξήγειρεν	ἐξέγειρεν ††

Ecclesiastiarum:

vss.	S—Γ	R
34	τρυγονῶσα (-γανῶσα A)	θρυγονῶσα praef.
115	δεινὸν ἐστὶν (A)	δεινὸν δ' ἐστὶν praef.
162	ἀκριβωθήσεται (v. deest in A)	ἀκριβωθήσεται (sic) ††
168	ψόμην (v. deest in A)	ψόμη ††
180	νουθετεῖν (A)	om. †
235	τίς om. †	τίς
256	τί δ' ἦν (A)	τὶν δ' ἦν (sic) ††
266	δὲ om. (A) †	δὲ
283	ὀρθροῖς	ὀρθροῖς †† Cf. infra v. 741.
283	πνύκα ††	πύκνα. Cf. Meisterhans p. 144, 10
291	κεκονιμένος	κεκονισμένος †
587	ἐστι †	ἐστιν
651	κοὶ δὲ	κὺ δὲ †† Cf. infra v. 932.
678	παιδαρίοιαι †	παιδαρίοισιν
681	καταθήσω	καθήσω †
684	βῆτ'	βῆτα †
687	ὄτω Γ S ^C (οὔτω S ^{AVBE} ††)	ὄτο ††
688	μὴ ἐξελευσθή †	μὴ ἔξελευσθή
688	τούτους	τούτοις ††
689	ἔστι ††	ἔσται
692	ἄπεισιν NS (ἄπειαι Γ)	ἄπειαι ††
741	ὄρθριον	ὄρθριον corr. in ὄρθιον ††
932	κοὶ	κὺ ††
1086	τιῆ om. †	τίῃ corr. ex τίῃ
1101	ἔχουσαι ††	ἔχουσαν
1119—20	αὐ τῶν †	αὐ τούτων
1126	'ctί praef.	'ctιν

Lysistratae:

vss.	S—BCLΔ	R
156	παρειδών	παρειδών cum L ††
170	ρύχάχετον ††; ρύαχετον editores ex Hes. et Phot. s. v. restituerunt.	ρύχάχετον ††
291	τῷ ξύλω	τῷ ξύλω (corr. ex ξυλώ) ††
367	πλεύμονας r. Cf. ad Ra. 474 p. 14	πνεύμονας
417	πιέζει	πιεζει ††
448	έκκοικιῶ (έκκωικιῶ S ^{Med.})	έκκοικιῶ cum C †
458	σκοροδοπανδ-	σκοροπανδ- †
506	γραῦ καυτῆ	γραῦς αὐτῆι ††
549	τήθῶν	τήθων ††
553	ροπαλιμοῦς	ροπαλιμοῖς (sic) R ¹ } †† ροπαλιμοῦς R ² }
561	έφ' ἵππου	έφ' ἵππον ††
577	πλουόντας (πωλ- BCΔ ¹ ††)	θλίβοντας gl. ex scholio καὶ πλουόντας τοὺς θλίβοντας εἰς τὴν πολιτείαν ἑαυτοῦς in textum illatum.
656	ἄρα — ἐστιν	ἄρα — ἐστιν ††
700	τῆ Ἐκάτῃ, quod θήκατῃ legendum est.	τῆι κάτῃ ††
791	τίν'	τίν' cum BC ††
795	ἡμεῖς δ' praef.	ἡμεῖς τ'
983	κυρράνιε	κυρράνειε R corr. †
1039	πανωλέθροισιν	πανολέθροισιν †
1073	έχοντες	έχοντας ††

§ 4.

Iam ad eos locos tractandos aggrediamur, quos asterisco notavimus. Atque cum de Eq. et Ra. versibus prolatis nihil dicendum nobis sit, a Nubium fabula ordiamur. Cuius in v. 371 καίτοι χρῆν αἰθρίας ὑεῖν αὐτόν, ταύτας δ' ἀποδημῆν S—V peccaverunt, cum post αἰθρίας glossema οὐςης metro invito in textum recipere. Cf. Pl. 516, ubi similiter in V post ὑμῖν

participium οὐκιν illatum est. Neque Blaydesio assentior, qui participium οὐκης retinere vult pronomine αὐτὸν eiecto; quo carere omnino non possumus. Similes autem inveniuntur locutiones, in quibus οὐκης vel ὄντος subaudiendum est; notissimae illae sunt χειμῶνος, θέρους, ὀπώρας, ὄρθρου, δειλης, ἡμέρας, ἑσπέρας, κνέφους, κκότους, aliae.

In v. 432 ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ κύ R praebet γνώμας μεγάλας οὐδεὶς νικήσει πλέον ἢ κύ, S—V γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ κύ. Quod Meinekius, Bergkius, Blaydesius lectionem S—V amplexi sunt, cum Kockio ab iis dissentio. Neque enim adiectivum μεγάλας temere e versu eiciendum est, cum in v. 433 Strepisades dicat μὴ μοίγε λέγειν γνώμας μεγάλας. Optimo iure Kockius in apparatu critico monuit: “μεγάλας ist wegen 433 jedenfalls beizubehalten”. Quo adiectivo a librariis propter μεγάλας in v. 433 omissio totus locus foedissime interpolatus est. Quae cum ita sint, critici versus coniecturis sanare studuerunt. Velut Porsonus γνώμας μεγάλας νικήσει πλείονας οὐδεὶς proposuit verbis ἢ κύ tamquam glossemate deletis. Sed cum in R Aldina editione comprobante genuina lectio γνώμας μεγάλας servata sit, a R proficiscendum mihi videtur. Itaque Kockio plaudere malim, qui illud πλέον in adnot. ad h. v. defensum retinuit et genitivo κοῦ, qui glossemate ἢ κύ expulsus est, in textum posito versus sic scripsit: ἐν τῷ δήμῳ γνώμας μεγάλας νικήσει κοῦ πλέον οὐδεὶς.

In v. 511 S—V ἐνεκα exhibent, R εἴνεκα. Hoc loco occasione oblata exponere liceat, quibus formis huius praepositionis Aristophanes usus esse videatur. In codicibus hae vocis formae inveniuntur: ἐνεκα (ἐνεκ', ἐνεχ'), οὔνεκα (οὔνεκ', οὔνεχ'), εἴνεκα (εἴνεκ, εἴνεχ'), ἐνεκεν. Iam locos afferamus, quibus R et V aut ii, qui pro V adhibendi sunt codices in Ach. Ec. Ls. fabulis, hanc praepositionem praebent:

	vss.	RV	
Av.	84 trim. iamb.	εἴνεκ'	numeris non invitis
	293 tetr. troch.	οὔνεκα	” ” ”
	517 tetr. anap.	οὔνεκα	” ” ”
	855 vers. strophae iamb.-troch.	ἐνεκα	” ” ”
	1274 trim. iamb.	οὔνεκα	” ” ”

vss.		RV	
Av. 1544	trim. iamb.	ἔνεκα	numeris non invitis
Eq. 544	tetr. anap.	ἔνεκα R num. inv., οὔνεκα V	" " "
Nb. 6	trim. iamb.	οὔνεκα	" " "
238	" "	οὔνεκ' num. inv. (cf. p. 31 et ad Nb. 62 p. 93)	" " "
361	tetr. anap.	οὔνεκα	num. non inv.
420	" "	ἔνεκεν num. inv. (cf. p. 34)	" " "
422	" "	ἔνεκα R num. inv., εἴνεκα V	" " "
511	monom. anap.	ἔνεκα V num. inv., εἴνεκα R	" " "
526	vers. Eupolid.	οὔνεκ' R, εἴνεκ' V; utrumque	" " "
555	" "	οὔνεκα R, εἴνεκα V; "	num. inv.
1217	trim. iamb.	ἔνεκα	num. non inv.
1236	" "	ἔνεκ'	" " "
1508	" "	οὔνεκα	" " "
Pc. 203	" "	οὔνεκα	" " "
210	" "	εἴνεχ'	" " "
221	" "	οὔνεκ'	" " "
664	" "	ἔνεκα	" " "
744	tetr. anap.	οὔνεκα R, εἴνεκα V; utrumque	" " "
760	" "	εἴνεκα	" " "
Pl. 177	trim. iamb.	ἔνεκα	" " "
329	" "	εἴνεκα	" " "
989	" "	ἔνεκεν R num. inv. (cf. p. 33), ἔνεκα V	" " "
990	" "	οὔνεκα	" " "
1177	" "	οὔνεκα	" " "
1200	" "	οὔνεκ'	" " "
Ra. 108	" "	ἔνεκα	" " "
189	" "	ἔνεκα V num. inv., εἴνεκα R	" " "
232	dim. troch.	ἔνεκα	" " "
1008	tetr. anap.	οὔνεκα	" " "
1118	tetr. troch.	οὔνεχ'	" " "
1414	trim. iamb.	οὔνεκα	" " "
Vp. 702	tetr. anap.	ἔνεχ' (ἔνεκ' V levi mendo)	" " "
703	" "	εἴνεκ'	" " "
719	dim. anap.	εἴνεκ'	" " "
886	trim. iamb.	εἴνεκα num. inv. (cf. p. 31)	" " "
1347	" "	εἴνεκ'	" " "

vss.	R et codd. qui pro V sunt		
Ach. 386	trim. iamb.	ἐνεκα	num. non inv.
958	" "	οὔνεκα	" " "
Ec. 106	" "	οὔνεκα	" " "
170	" "	ἐνεκα	" " "
367	" "	ἐνεκα	" " "
559	" "	οὔνεκα	" " "
658	tetr. anap.	οὔνεκ'	" " "
659	" "	ἐνεκεν (οὔνεκεν sic N num. inv.)	" " "
659	" "	εἴνεκα	" " "
Is. 74	trim. iamb.	εἴνεκα	" " "
491	tetr. anap.	ἐνεκα R num. inv., οὔνεκα ceteri	" " "
501	" "	εἴνεκα	" " "
544	dim. anap.	ἐνεχ'	" " "
Ph. 176	trim. iamb.	οὔνεκ'	" " "
360	vers. glycon.	ἐνεκ'	num. inv.
366	" "	οὔνεκ'	num. non inv.
443	trim. iamb.	ἐνεκ'	num. inv.
454	" "	οὔνεκα	num. non inv.

Unum locum sciens omisi, Pl. 1085, ubi R solus lepido errore οὔνεκά ποτε exhibet, cum V, ceteri, Suidas recte ενεκαποτέ' praebeant. Locis igitur 59 Aristophanes praepositione ἐνεκα usus est. Addere liceat in comicorum fragmentis secundum Jacobii indices hasce formas inveniri:

ἐνεκα 14 locis
οὔνεκα 7 "
εἴνεκα 4 "
ἐνεκεν nusquam.

Atque formae praepositionis nostrae in Aristophanis fabulis sic exhibentur in R et V vel iis qui pro V sunt:

ἐνεκα 15 locis
ἐνεκεν 2 "
οὔνεκα 22 "

εἴνεκα 11 locis, non 8, ut arbitrantur Wackernagel in KZ. 28, 1887, p. 110 et Meisterhans p. 216. Reliquis 9 locis R et V vel ii qui pro V sunt inter se dissentiunt.

Primum videamus, num omnibus 15 locis forma ἐνεκα

recte se habeat. Numeris minime adversatur in Av. 855, 1544, Nb. 1217, 1236, Pc. 664, Pl. 177, Ra. 108, 232, Vp. 702, Ach. 386, Ec. 170, 367, Ls. 544. Duobus reliquis locis, Th. 360 et 443, *έvek'* in R traditum metro accomodari nequit. Atque in v. 360 *οὔνεκα* pro *έvek'* rectam esse formam docemur ipso codice R. Nam verba v. 360 paulo post iterantur in v. 366, quem R sic exhibet: *κερδῶν* (Reiskius, *χώρας* R) *οὔνεκα* ἐπὶ βλάβῃ. In v. autem 443 Porsonus recte pro lectione R *έvek'* αὐτῇ a metro aliena *ένεκα* καὐτῇ restituit.

Iam ad formas *οὔνεκα* et *ένεκα* transeamus. Ex quibus aliis criticis velut de Wilamowitzio in Eur. Her. II² p. 42, Weckleinio in curis epigraphicis p. 36—39, Blaydesio forma *οὔνεκα* suspecta est, aliis Brunckium secutis *ένεκα*. Kaibelius in editione Soph. El. p. 164 dicit: "Daß die bei den Tragikern unzähligemal überlieferte Form der Präposition *οὔνεκα* überall aus *ένεκα* verderbt sei (Wilamowitz Eur. Her. II² 42), kann man nicht glauben. Selbst wenn attische Inschriften des 6. u. 5. Jahrhs. für die gebildete Sprache nichts beweisen sollen (C I A IV 422, 4 *οὔνεκα* τοὔδε, 491, 8 ἀρετῆς *οὔνεκα*), wie kann denn die Form in die Texte gekommen sein . . . ? Vergeblich sieht man sich nach einem ähnlichen Beispiel gewalt-samer Textverderbnis um. Man kann nur folgern, daß die rein attische Prosa *ένεκα* und *ένεκα*, die Dichter auch *οὔνεκα* schrieben, gleichviel wie die Katachrese zu erklären sein mag". Blaydesius ad Ra. 189 adnotavit: "*ένεκα* revocavit ubique Holden, qui *οὔνεκα* non nisi coniunctionem esse neque prae-positionis vim usquam induere contendit laudatis Ammonio *περὶ διαφ. λέξ.* p. 106 et Donaldson (New. Cratylus p. 358)". Sed formam *οὔνεκα* prae-positionis vim habere docemur in-scriptionibus Atticis. Cf. duos illos titulos supra prolatos. Accedit quod omnibus locis (25) apud Sophoclem in Mediceo M *οὔνεκα* invenitur idemque 4 locis apud Aeschylum in M et saepissime apud Euripidem.

Atque ut *οὔνεκα* sic etiam *ένεκα* minime addubitandum est, quo Homerum et epicos — est enim epica forma, de qua cf. G. Schulzium in Quaestionibus Epicis p. 135 — usos esse satis constat. Quam formam tragici Attici a Ionibus re-

ceperunt; namque apud Aeschylum duobus locis (Prom. 361, Suppl. 194) in omnibus codicibus, apud Euripidem duobus locis una cum forma οὔνεκα, uno loco (Herc. 210) in omnibus codicibus exhibetur. Quem ad Eur. locum de Wilamowitzius in Eur. Her. II^a 42 haec adnotavit: "εἴνεκα und ἔνεκα ist beides gut attisch, ἔνεκεν nicht, obwohl Eur. sich dasselbe in Anapaesten vereinzelt gestattet hat (Med. 1086)". Atque titulis Atticis forma εἴνεκα confirmatur, cum in duobus epigrammatis occurat: C I A II 3620, b, 6 (IV saec. a. Chr. n.) πολλῆς εἴνεκα κωφροσύνης et IV, 1, a, 477, e (circa 450 a. Chr. n.).

His igitur expositis audiamus Wackernagelium. Qui quaestione diligenter instituta in KZ. XXVIII, 1887, p. 112 monet: "Nach der Überlieferung haben also die attisch schreibenden Dichter, wenn die dactylische Form wünschenswert war, οὔνεκα oder εἴνεκα eintreten lassen, jenes aber viel häufiger . . . Dagegen in der Prosa scheint der Gebrauch sporadisch und zufällig; auch hier überwiegt im ganzen οὔνεκα außer bei Demosthenes, dessen Überlieferung eine merkwürdige Vorliebe für εἴνεκα zeigt". Idem vir doctissimus praepositione οὔνεκα sagaciter defensa p. 112—119 optimo iure p. 126 dicit: "Da somit οὔνεκα als genitiv-regierende Partikel sich wohl erklären läßt, hört das Widerstreben gegen das von der Überlieferung Gebotene auf, berechtigt zu sein". Sed quod pergit: "Wir werden es, auch wo es nicht überliefert ist, überall da einsetzen, wo die rein attisch schreibenden Dichter statt ἔνεκα eine dactylische Form angewandt haben, da eine andere dactylische Form außer dem völlig unzulässigen εἴνεκα sich nicht findet", ab eo dissentio. Sumamus enim formam εἴνεκα pro οὔνεκα iis temporibus, quibus textus nostri orti sunt, in codices, quibus Atticorum poetarum opera adservantur, illatam esse: qui tandem fieri potuit, ut forma οὔνεκα ex tragoediis Atticis omnino non extruderetur, ex fabularum Aristophanearum singulis tantum locis iisque paucis expelleretur? Accedit quod Kaibeli dubitationes (supra p. 29) de voce οὔνεκα ex εἴνεκα corrupta etiam de forma εἴνεκα valent. Atque unum exemplum afferre liceat, quod omnino non pro Wackernagelii sententia loquitur. In Ec. 658 omnes codices formam οὔνεκ'

praebent, cum in sequenti versu εἴνεκα exhibeatur. Quam vocem, cum formam οὔνεκα, ut ita dicam, subsequatur, certe grammatici vel librarii, si in ea offendissent, in οὔνεκα mutavissent. Itaque cum et οὔνεκα et εἴνεκα inscriptionibus Atticis VI. V. IV. saec. a. Chr. n. confirmetur, illud mihi persuasum est: neque οὔνεκα neque εἴνεκα ex Aristophanis fabulis eiciendum esse, sed iis locis, quibus RV in una alterave forma exhibenda consentiunt, eam quae his libris exhibetur formam retinendam esse, nisi forte numeris adversatur.

Inquiramus igitur in singulos locos, quibus et R et V vel ii qui pro V sunt codices unam alteramve formam praebent. Οὔνεκα 22^{ies} traditum esse supra monuimus. Quibus 22 locis praeter Nb. 238, ubi Bentleio auctore ἐνεκ' pro οὔνεκ' scribendum est, ne prava anapaesti incisio fiat (cf. ad Nb. 62 p. 93), haec forma numeris accomodatissima est et ubique ut εἴνεκα in prima syllaba ictum metricum habet. Atque etiam εἴνεκα 11 locis, quibus et in R et in V vel iis qui pro V sunt codicibus exhibetur, metro minime repugnat excepto Vp. vs. 886 νείαιν ἀρχαῖς εἴνεκα τῶν προλελεγμένων. Quo in trimetro iambico tertium pedem ἀρχαῖς ἐνεκα scribendum esse iam Reisigius vidit. Cf. alios trimetros iambicos, ubi ictus tertii pedis item in prima syllaba particulae ἐνεκα positus est: Nb. 1217 ὅτε τῶν ἑμαυτοῦ γ' ἐνεκα νυῖ χρημάτων, Pl. 177 Φιλέπιος δ' οὐχ ἐνεκα κοῦ μύθους λέγει; Ec. 170 αὐτὴ γὰρ ὑμῶν ἐνεκα μοι λέξιν δοκῶ, 367 οὗτος γὰρ ἀνὴρ ἐνεκά γε στεναγμάτων.

Pergamus ad 9 eos locos, quibus codices in voce ἐνεκα exhibenda inter se dissentiunt: 2 locis (Eq. 544 et Ls. 491) R solus contra metrum ἐνεκα praebet, V aliique οὔνεκα.

3 locis εἴνεκα et ἐνεκα exhibentur atque ita quidem, ut in Nb. 422 R ἐνεκα, ibid. 511 et Ra. 189 V ἐνεκα contra metrum praebent, V recte εἴνεκα in Nb. 422 idemque R in Nb. 511 et Ra. 189.

3 locis οὔνεκα et εἴνεκα inveniuntur: Nb. 526 οὔνεκ' R, εἴνεκ' V, ibid. 555 οὔνεκα R, εἴνεκα V, Pc. 744 οὔνεκα R, εἴνεκα V. In Nb. 526 particula nostra coniuncta est cum relativo ὧν; neque vero pro certo diiudicari potest, utrum ὧν εἴνεκ' an ὧν οὔνεκ' retinendum sit, cum poeta in hac locutione

sibi non constiterit. Cf. Pc. 221 ὦν οὔνεκ' RV; Pl. 1200 ὦν δ' οὔνεκ' RV; Ra. 1414 ὦνπερ οὔνεκα RV; Th. 176 ὦνπερ οὔνεκ' R; contra Pc. 760 ὦν εἴνεκα RV; Vp. 703, 719, 1347 ὦν εἴνεκ' RV. Equidem nostro loco lectionem R sequi velim, quippe cum οὔνεκ' secundum Blaydesium etiam in reliquis libris exhibeatur, nisi quod in A οὔνεκα legitur.

In Nb. 555 metrum neque οὔνεκα neque εἴνεκα patitur; aut οὔνεχ' aut εἴνεχ' scribendum est, cum pronomen ἦν sequatur. Atque cum post substantiva forma οὔνεκα in codicibus exhiberi soleat (cf. Av. 293 ἀσφαλείας οὔνεκα, Nb. 361 γνώμης οὔνεκα, Pl. 990 φιλίας οὔνεκα, Ra. 1118 θεατῶν γ' οὔνεχ', Ach. 958 κυχοφάντων γ' οὔνεκα, Th. 366 χώρας οὔνεκ'), nostro loco τοῦ κόρδακος οὔνεκ' quam εἴνεκ' scribere malo. Quae locutio etiam in Aristid. or. 34, 47 (Keil = II 564 Dd.) invenitur, ubi codices non interpolati οὔνεκα, ceteri εἴνεκα praebent, quo de loco B. Keilius me monuit.

Tertio^a denique loco, Pc. 744, lectio V εἴνεκα τοῦδι praeferranda mihi videtur; conferre enim licet Nb. 422 εἴνεκα τούτων RV; Pc. 210 τοῦδ' εἴνεχ' RV; Ls. 501 τοῦδ' εἴνεκα R ceterique.

Uno loco, Pl. 989, ἔνεκεν legitur in R, ἔνεκα in V; neutrum numeris invitis. Priusquam autem ad formam ἔνεκεν transeamus, de formis ἔνεκα, οὔνεκα, εἴνεκα etiam illud monere iuvat Aristophanem sibi constitisse in hisce duabus locutionibus τίνοσ οὔνεκα; et πολλῶν οὔνεκα. Quarum prior illa invenitur in Av. 517, Pc. 203, Pl. 1177, Ra. 1008, altera in Nb. 6, 1508, Ec. 559, 659 (cf. p. 34), Th. 454.

Venio nunc ad formam ἔνεκεν. Qua praeter Homerum et lyricos poetae Alexandrini, qui vocantur, usi sunt atque iis quidem locis, quibus metrum hanc formam flagitabat. Velut apud epicos Alexandrinae aetatis, Apollonium Rhodium 4, 364 cῶν ἔνεκεν καμάτων et Theocritum 17, 46 cέθεν δ' ἔνεκεν Βερενίκα, 29, 37 μάλ' ἔνεκεν cέθεν legitur. Sed a vetere dialecto Attica formam ἔνεκεν alienam esse monet Meisterhans p. 216. Cuius ipsa verba afferimus: "Dem Attischen von Haus aus fremd sind die Formen auf -εν (ἔνεκεν, εἴνεκεν, οὔνεκεν) . . . Dagegen dringen die Formen auf -εν seit den Zeiten der

Koine auch in die attische Schriftsprache ein. Es findet sich nämlich $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ am frühesten auf 2 Inschriften des religiösen Kollegiums der Thiasoten vom Ende des IV. Jahrhunderts: $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ neben $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\alpha$ C I A II, 987, A, 2. 5 ("titulum post medium saec. quartum lapidi incisum esse censet Rangabis specie litterarum fretus. Nec probabile est eum multo recentiorem esse"); $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ IV, 2, 611 b, 13 (302 v. Chr.)". Apparet igitur Atticos IV saec. forma $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ usos esse. Ac iam in Euripidis tragoediis eam inveniri de Wilamowitzius loco p. 30 prolato observavit. Uni autem loco (Med. 1086) a viro doctissimo commemorato addere liceat Med. 999, 1114, El. 742, Hel. 383, ubi omnes codices $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ exhibent. Qua forma Euripidem non solum in anapaesticis numeris, ut de Wilamowitzius l. l. monuit, sed etiam in iis versibus, qui dactylicos praebent numeros, usum esse perspicitur ex Med. 999 $\tau\acute{\epsilon}\kappa\nu\alpha$ $\nu\upsilon\mu\phi\iota\delta\iota\omega\nu$ $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ $\lambda\epsilon\chi\acute{\epsilon}\omega\nu$, El. 742 ($\beta\rho\tau\epsilon\acute{\iota}$ -) ψ $\theta\nu\alpha\tau\acute{\alpha}\varsigma$ $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ $\delta\acute{\iota}\kappa\alpha\varsigma$, Hel. 383 $\kappa\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\sigma\acute{\upsilon}\nu\alpha\varsigma$ $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ \cdot $\tau\acute{\omicron}$ δ' $\acute{\epsilon}\mu\omicron\nu$ $\delta\acute{\epsilon}\mu\alpha\varsigma$. Itaque rectius sic dicendum est, in eo genere metrico, quod graece $\acute{\iota}\sigma\upsilon\nu$ vocatur, particulam $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ apud Euripidem nobis occurrere.

Iam consideremus singulos locos, quibus $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ apud Aristophanem invenitur. In Pl. 989 RMA cett. codd. $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ praebent, V et Suidas $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\alpha$. Blaydesius in adnot. ad h. v. dixit: "Non credibile est $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\epsilon\nu$ scripsisse nostrum, cum aequae bene $\acute{\epsilon}\nu\epsilon\kappa\alpha$ ferat metrum". Cui assentiri non dubito, praesertim cum numeri v. nostri non ad illud $\acute{\iota}\sigma\upsilon\nu$, quod vocatur, genus spectent. Accedit, quod Aristophanes in quarto pede trimetri iambici tribrachum in deliciis habuit. Cuius rei confirmandae causa afferre iuvat, quae J. Rumpel in Philol. XXVIII, 1869, p. 604 sqq. quaestione diligenter habita monuit: "Von den 2625 Tribraichen, die sich somit bei Aristophanes finden, kommen 1102, also fast die Hälfte, auf den vierten Fuß . . . Hinsichtlich der Bildung der einzelnen Tribraichen bemerken wir, daß von den 835 in einem Wort befindlichen etwa der vierte Teil aus dreisilbigen Wörtern besteht. Daß dies besonders im ersten Fuße stattfindet, ist begreiflich, weil zu Anfang des Verses nur solche oder tribrachisch anlautende verwendbar sind. Aus demselben Grund treten dreisilbige

Wörter mit tribrachischer Messung am häufigsten im vierten Fuße auf; hier war es die Cäsur nach der dritten Basis, welche die Ausdehnung des Wortes hinderte und, da sie den Vers gleichsam in zwei gleiche Hälften zerlegte, zu einem ähnlichen Anfang nötigte wie im ersten Fuße". Atque hosce versus afferimus, in quibus ἔνεκα tribrachium efficit: Pc. 664 ἀκούσαθ' ὑμεῖς ὧν ἔνεκα μομφὴν ἔχει, Av. 1544 τούτων ἔνεκα δεῦρ' ἦλθον, ἵνα φράσαιμι σοι, Th. 443 ὀλίγων ἔνεκα καὶ τὴ παρ-ἦλθον ῥημάτων. Quae cum ita sint, lectio S—V ἔνεκα contra cett. omn. codd. ἔνεκεν sequenda mihi videtur. Fortasse quispiam dixerit: cum omnes codices contra V faciant, veri non est simile V genuinam praebere scripturam. At satis multi in Pl. fabula inveniuntur loci, quibus V contra ceteros codices verum servavit. Mihi quidem in Velseni apparatu critico 14 loci in vss. 256, 286, 307, 340, 621, 707, 715, 781, 948, 975, 1037, 1116, 1131, 1205 occurrerunt. Atque etiam in Pl. 586 illud κοτίνου στεφάνω S—V retinendum esse contra scripturam κοτινῶ στεφάνω ex cett. codd. lectionibus κοτίνω στεφάνω (RM; κοτίνω στεφάνω cett.) Dindorfio, Meineckio, Velseno aliis probatam p. 38 exponam.

Iam ad Ec. 659 pergamus, ubi RΓ πολλῶν ἔνεκεν (-κε Γ), N πολλῶν οὔνεκεν praebent. Ad Blaydesium me non applico, qui ad h. v. adnotavit: "Fort. πολλῶν νῆ τοῦτον τὸν Ἀπόλλω". Quae coniectura audacior et violentior est, quam cui fides haberi possit. Cf. Bachm. con. observ. Ar. p. 113 de legibus repetendae praepositionis. Bergkiius aliique lectionem R πολλῶν ἔνεκεν amplexi sunt. Quae quamquam offensionem metricam evitat, tamen repudianda mihi videtur eo, quod quattuor reliquis locis, quibus comicus hac locutione usus est (Nb. 6, 1508, Ec. 559, Th. 454), codices in verbis πολλῶν οὔνεκα exhibendis consentiunt. Quam ob rem nostro loco cum Meineckio πολλῶν οὔνεκα scribere non dubito, praesertim cum in interrogatione Praxagorae v. 658 τοῦ γὰρ τάλαν οὔνεκ' ἔχονται; eadem forma inveniatur.

Tertius locus, ubi ἔνεκεν apud nostrum extat, est Nb. 420, quo in v. RVMA cett. codd. ἔνεκέν γε (om. γε R) exhibent. Vulgata lectio ἔνεκέν γε metro adversatur, cum syllabam -εν in

thesi ponere non liceat, ut ex Euripidis versibus p. 33 prolatis facile perspicias. Itaque hoc loco mutatione opus est. Neque vero ordo verborum immutandus est, quamquam Blaydesius adnotavit: "Praestat tamen forsitan legi ἄλλὰ ψυχῆς γ' ἔνεκα κερραῖς. Plerumque enim post nomen ponitur ἔνεκα". Nam praeter nostrum locum in Nb. 422, 1236, Pl. 177, 989, Pc. 744, Ra. 232, Vp. 886 praepositio nostra ante vocabulum suum posita et in Nb. 511, 1217, Eq. 544, Th. 443 inter duo vocabula, quibuscum coniuncta est, interposita est. Quae cum ita sint, aut οὔνεκά γε aut εἵνεκά γε scribendum est. Atque cum poetam formam οὔνεκα cum substantivis coniungere solitum esse p. 32 viderimus, Meinekii mutationem ἄλλ' οὔνεκά γε ψυχῆς κτλ. sequemur.

Hac igitur quaestione docuisse nobis videmur, tribus formis ἔνεκα, οὔνεκα, εἵνεκα comicum usum esse. Iam in fine singulos versus enumeremus ita, ut iis locis, quibus R et V vel ii, qui pro V sunt codices, inter se dissentiunt, unus asteriscus, iis vero quibus alia forma atque in codicibus legitur opus erat, duo asterisci addantur:

ἔνεκα 17 locis: Av. 855, 1544, Nb. **238, 1217, 1236, Pc. 664, Pl. 177, *989, Ra. 108, 232, Vp. 702, **886, Ach. 386, Ec. 170, 367, Ls. 544, Th. 443.

οὔνεκα 28 locis: Av. 293, 517, 1274, Eq. *544, Nb. 6, 361, **420, *526, *555, 1508, Pc. 203, 221, Pl. 990, 1177, 1200, Ra. 1008, 1118, 1414, Ach. 958, Ec. 106, 559, 658, **659, Ls. *491, Th. 176, **360, 366, 454.

εἵνεκα 14 locis: Av. 84, Nb. *422, *511, Pc. 210, *744, 760, Pl. 329, Ra. *189, Vp. 703, 719, 1347. Ec. 659, Ls. 74, 501.—

In fine v. 965 κεί κριμνώδη κατανίφοι libri variant, cum κριμνώδη R, κρημνώδη S—V (κριμνώδη S^B m. sec.), schol. rec. κριμνώδη: γρ. καὶ κριμνώδη καὶ κρυμνώδη praebeant. Cum κρημνώδη vulgari errore pro κριμνώδη scriptum sit, aut κριμνώδη aut κρυμνώδη nobis eligendum est. Atque G. Hermannus, quamquam utrumque bene se habere monuit allatis locis, quibus utraque lectio tueri possit, tamen praefendum duxit κριμνώδη. Quo de verbo haec recte observavit vir doctissimus: "Quod et magis comicum videtur et nescio an aptius sit. Nam in

nivibus primo et praecipue spectatur densitas, eaque merito etiam potius commemoranda est quam frigus, quod sponte intellegitur”.

In v. 995 αἰσχρὸν ποιεῖν, ὃ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τᾶγαλμ’ ἀναπλήσειν in R traditum est μέλλει τᾶγαλμ’ ἀναπλάττειν, in S—VM μέλλει τᾶγαλμ’ (ἄγαλμ’ SM corr.) ἀναπλήσειν. Lectio R hunc sensum praebet: quod Pudoris imaginem effingere debes. Qua scriptura maxime propter articulum offenditur. Iure enim G. Hermannus ad h. v. monuit: “Cum vel satis niire dictum sit, aliquam imaginem Pudoris fingere, magis molestum est, addito articulo eam effigiem quasi unicam, quae fingi possit, commemorari”. Atque etiam locutio τᾶγαλμ’ ἀναπλήσειν repudianda mihi videtur; nam vereor, ut compositum ἀναπλήθειν “inquinare” significet, quod et sensus requirit et simplex aptaque interpretatio schol. V Ald.: ὅπερ μέλλει μολύνειν (πληρῶσαι V) τὴν αἰδῶ τuetur. Versus igitur corruptus quin coniectura sanandus sit, nemo iam dubitabit. Atque cum verbum inquinandi exspectetur, praecceptor meus B. Keilius ὃ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει (c in μέλλει delete, quod ex τ insequentis vocis originem duxit) τᾶγαλμα παλάττειν scribere proposuit. Quae coniectura comprobatur et confirmatur H. Dielsii quaestione de voce παλάττειν in Hermae vol. XL, 1905, p. 306 sqq., ubi de commutatis verbis παλάττειν et πλάττειν agitur. Nostro igitur loco in R pro vera locutione τᾶγαλμα παλάττειν librariorum negligentia τᾶγαλμ’ ἀναπλάττειν scriptum est. Quam lectionem, cum a sensu totius loci abhorreret, grammaticus nescio quis in τᾶγαλμ’ ἀναπλήσειν mutavit. Atque notandum est librum R ut in v. 432 p. 26 tractato sic etiam in nostro v. ansam dedisse genuinae comici scripturae restituendae.

§ 5.

Sequitur, ut Pluti locos tractemus, quibus S—V a R discrepant.

In v. 17 καὶ ταῦτ’ ἀποκρινομένου (S—V, -μένω R) τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ neque ἀποκρινομένου neque ἀποκρινομένου ferri posse primus Bentleius vidit. Cuius coniecturam ἀποκρινόμενος Dindorfius amplexus iure editorum laudem tulit; haec

eius sunt verba: “ἀποκρινομένου positum a librariis, qui genitivum accommodarent verbis κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ: ad quam constructionem nihil causae erat cur rediret poeta orationemque impeditam sine causa redderet. Admodum probabilis Bentleyi coniectura est ἀποκρινόμενος. Chremylum a Carione interrogatum nihil respondisse apparet ex v. 19. 24”.

In v. 185 ἐφ’ οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζεται μόνος lectio S—V est μόνος, R μόνον. Dind. Mein. Bergk. μόνον retinuerunt. Quod ita defendi potest, ut adverbium μόνον ad verba ἐφ’ οἷς ἂν — ἐπικαθέζεται referatur. Atque multa alia enuntiata inveniuntur, in quibus simili munere fungitur μόνον, e. g. in Ls. 732 ὅσον διαπετάσας’ ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον, Ra. 94 ἀ φροῦδα θάπρον, ἦν μόνον χόρον λάβη, Antiph. 3, 111, 9 [K. 195, 9] ὅς’ ἂν μόνον τύχη τις εἰπών, Alex. 3, 485, IV, 3 [K. 222, 3] ἅπαντες ὀρχοῦντ’ εὐθύς, ἂν οἴνου μόνον ὀσμὴν (ὑρην Blaydesii coniectura) ἴδωσιν. Velsenus nescio qua de causa coniecturam μόνος proposuit ita, ut ad verbum κρατοῦσι illud μόνος redeat. Quam quominus sequamur, eo prohibemur, quod μόνος non solum nimio spatio a κρατοῦσι separatur, sed ne sententia quidem requiritur adverbio ἐκάστοτε praecedente. Masculinum μόνος Leeuwenius tuetur, cum in adnot. hanc interpretationem praebet: “Paulo laxior est verborum structura. Nam hoc est quod Cario dicit: καὶ ἐν τοῖς πολέμοις οὗτος μόνος ἐπικαθεζόμενος τὴν νίκην δίδωσι, etiam in bellis hic modo adsit, victoria sequitur”. Non dubito Leeuwenio assentiri, praesertim cum in v. 182 Chremylus dicat: μονώτατος γὰρ εἶμι cū πάντων ἀπὸς et in v. 186 Plutus ex Carione quaerat: ἐγὼ τοσαῦτα δύνατός εἰμι’ εἰς ὧν ποιεῖν; Quo in versu εἰς ὧν significat “ipse solus”. Cf. similem locum in Eq. 861 εἰς ὧν | ἔπαυσα τοὺς ξυνωμότας et Pl. 949, ubi ad εἰς ὧν adiectivum μόνος accedit: ὀπή καταλύει περιφανῶς εἰς ὧν μόνος | τὴν δημοκρατίαν. Videtis etiam Vp. 1500, Eq. 140, Pl. 1053, alios locos apud Aristophanem, denique Hermipp. fr. 2, 399, III, 4 [K. 45, 4] εἰς γὰρ μόνος ὧν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπαναν.

In v. 242 ἦν δ’ ὡς παραπλήγ’ ἀνθρωπον εἰσελθὼν τύχῳ. R ὡς praebet, S—V εἰς. Saepè particulae ὡς, εἰς, ἐς confun-

duntur, e. g. in nostrae fabulae v. 152 ὡς V plurimique cett. codd., εἰς S, ἐς R, in v. 237 ὡς Par. 8 et Iunt. Ed., εἰς RV cett., in v. 495 ὡς RV, εἰς U, Bodl. 2. 3. Nostro loco editores optimo iure ὡς in textum receperunt. Neque enim εἰς de persona dici statuit Elmsleius ad Ach. 1222. Aut εἰσελεῖν εἰς τινος (scil. οἰκίαν) aut ὡς τινα Attici dicebant, non εἰς τινα. Ceterum conferas velim de praepositione ὡς cum verbis eundi ab Aristophane coniuncta Bachm. coni. observ. Ar. p. 115.

V. 566 in R sic legitur: νῆ τὸν Δί' εἰ δεῖ λαθεῖν αὐτόν, πῶς οὐχὶ κόσμιόν ἐστιν; in V: νῆ τὸν Δί' εἴ γε λαθεῖν αὐτόν δεῖ, κόσμιόν ἐστιν; Suidas verba profert: εἴ γε λαθεῖν αὐτόν δεῖ, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστιν; Meinekius, Bergkius, plurimi cett. editt. versum corruptum deleverunt. Cf. Porson. Adv. p. 35. Iam scholiastae versus suspectus erat. Legimus enim in schol. rec. ψυχρὸν δὲ τὸ ἐνθύμημα. Adde quod coniunctione εἴ γε, quippe quae ab Attico sermone aliena sit, non usus est comicus (cf. Dobree Adv. crit. II p. 187). Quae cum ita sint, grammaticus quidam Aristophani versum nostrum temere inculcavisse videtur. Versus autem apud Suidam ex duobus Pherecrateis constat, cum in codicibus eius numeri depravati sint a malo versificatore, qui versum anapaesticis tetrametris comici accommodare voluit.

In v. 586 κοτίνῳ στεφάνῳ traditum est in R, κοτίνου στεφάνῳ in S—V. Ex lectione R Porsonus κοτινῶ στεφάνῳ effecit, quod editores praeter Leeuwenium receperunt. Equidem de adiectivo κοτινῶ dubito, quippe cum nusquam inveniatur. Atque iure Leeuwenius in adnot. ad h. v. monet: "Genitivum materiae recte se habere testantur inscriptiones, e. g. 'στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ' in lapide Amorgino". Praeter hoc exemplum cf. CIA II, 660, 16, 17, 18 ter στέφανος χρυσοῦς θαλλοῦ, Dittenberg. Syll. I. Gr.² 277, 7 κίττου στέφανον, 588, 9 στέφανον χρυσοῦ κίττου, alios locos, denique incerti poetae Anth. Pal. V 199 κίττου κῶναιοι στέφανοι. Quae cum ita se habeant, et in v. 586 et in v. 592 κοτίνου στεφάνῳ scribendum est, quamquam in v. 586 mox sequitur χρυσῶ, quae causa fuisse videtur illius κοτίνῳ. Atque unum locum afferre liceat, quo pariter atque in nostro v. post genitivum materiae adiec-

tivum χρουός sequitur, Aeschin. I 187, ubi de decreto, quod est de reducibus a Phyla castello, verba fiunt: ἔπειτα κελεύει στεφανοῦσθαι θαλλοῦ στεφάνῳ αὐτῶν ἕκαστον, ἀλλ' οὐ χρουός. τότε μὲν γάρ ἦν ὁ τοῦ θαλλοῦ στέφανος τίμιος, νυνὶ δὲ καὶ ὁ χρουός καταπεφρόνηται.

In v. 596 R praebet κατὰ μῆνα προκάγειν, S—V κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν superscripto γρ. κατὰ μῆνα προκάγειν in V. Ex eo, quod in V legitur, colligendum esse puto in archetypo ^{προκάγειν} scriptum fuisse κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. Atque librarius R pro genuina scriptura ἀποπέμπειν glossam interlinearem προκάγειν transcripsit. Lectio autem προπέμπειν, quam quidam ex deterioribus codicibus et schol. rec. exhibent, e verbis προκάγειν et ἀποπέμπειν conflata est.

In v. 1010 καὶ νῆ Δί' εἰ λυπουμένην γ' αἰσθοιτό με particula γ' in R abest. Velsenus non recte fecit, quod scripturam R amplexus est. Iure contra Blaydesius monet: "Restituenda omnino particula, quae plane hic requiritur". Nam permulti inveniuntur loci, quibus locutioni καὶ νῆ Δία brevi spatio unius duorumve vocabulorum intermisso particula γε additur. Satis habemus hosce locos afferre: Pl. 134 καὶ νῆ Δί' εὐχονται γε, 144 καὶ νῆ Δί' εἴ τί γ' ἔστι, Eq. 418 καὶ νῆ Δί' ἄλλα γ' ἔστι μου, 719 καὶ νῆ Δί' ὑπό γε δεξιότητος, Nb. 1227 καὶ νῆ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπίμνυς. Cf. multa alia exempla in Blaydesii adnot. ad h. v. congesta.

In v. 1020 lectio S—V est χροός, R χροιάς. Poetas diphthongis οι, αι et vocalibus ο, α ante vocales usos esse, prout metrum unum alterumve postulavit, nemo nescit. Velut apud Aristophanem invenitur ρόας metri causa in Vp. 1268, contra ροιῶν in Pc. 1001 numeris longam syllabam desiderantibus. Cf. etiam Ec. 676, 684, 686, ubi Γ στωάς et στωάν exhibet, R recte στωιάς et στωιάν, quae formae metro requiruntur. Vox χροία praeter v. 1020 quattuor locis reperitur. Atque tribus locis (Nb. 718, 1012, 1016) numeris forma χροιά per diphthongum poscitur. Quarto autem loco (Nb. 1171) nihil interest, utrum χροιάν au χροάν scribas; neutrum numeros violabit. Quo loco cum in codicibus τὴν χροιάν exhibeatur, nisi quod R falso genitivum τῆς χροιάς praebet,

editores formam χροιάν receperunt. Quae cum ita sint, quamquam neque χρόαc neque χροιάc metro adversatur, tamen χρόαc S—V, quippe quod ceteris codicibus et scholiis confirmatur, cum Meinekio et Velseno illi χροιάc R praeferre velim.

In v. 1085 R exhibet οὐνεκά ποτε ἐcτί σοι καὶ τὴν τρύγα, S—V corr. συνεκποτέ' ἐcτί σοι καὶ τὴν τρύγα, sed V pr. m. συνεκποτέ' ἐcτί καὶ τὴν τρύγα ce. Scribae incuria in R illud οὐνεκά ποτε ortum esse patet. Prior autem lectio V καὶ τὴν τρύγα ce inde nata videtur, quod corrector vel ipse librarius pronomine σοι indiligenter neglecto ce falso in extremo versu addidit. Atque vera scriptura σοι καὶ τὴν τρύγα in V secundum Velsenum a tertia manu restituta est.

In v. 1110 ἡ γλώττα τῷ κήρῳ τούτων τέμνεται R γίνεται praebet, S—V τέμνεται, sed addito γρ. γίνεται in mg. V.

Ex quo colligere licet in archetypo fuisse: ^{γίνεται} τέμνεται. Cf. similes locos in v. 596 p. 39 et v. 271 p. 55 tractatos. Atque quod verbum γίνεται Dindorfius et Bergkii amplexi sunt, vereor ut recte fecerint. Certè τέμνεται servare praestat cum Meinekio, qui in Vind. Ar. p. 223 τέμνεται defendit hisce verbis: "Mihi sententiae loci unice convenire videtur τέμνεται, quod ambigue dictum est, sed ut praecidendi vel excidendi significatio praevaleat".

De discrepantiis S—V a R in reliquis fabulis fusius disputandum nobis non est.

Caput II.

§ 6.

Quoniam de versibus egimus, quibus Suidas cum V aut iis qui pro V sunt codicibus a R dissentit, pergamus ad eas scripturas tractandas, quibus lexicographus cum R consentit. Quarum iam sequatur index:

Equitum: .

vss.	S—R	V
61	<p>ὁ δὲ γέρων cum M. Quod cum editoribus servare velim contra Zacherum, qui in Ar. St. p. 11 sqq. lectionem εἶθ' ὁ γέρων nimis exquisita ratione usus defendit. Verbum <i>κιβυλλιάων</i> simpliciter significat "an Orakelmannie leiden" (<i>χρησιμῶν ἐρᾶ, τοῖς χρησιμοῖς ἥδεται schol.</i>). Atque iure Blaydesius in adnot. ad h. v. monet: "Sensus est: senex enim oracula amat". Particula εἶθ' igitur apta non est.</p>	<p>εἶθ' ὁ γέρων cum A</p>
104	<p>ρέγχει cum A</p>	<p>ρέγκει cum M r. Cf. Thom. Mag. p. 322, 7 (ed. Ritschl) ῥέγχω οὐδεὶς τῶν Ἀπικῶν, ἀλλὰ ῥέγκω. Ἀριστοφάνης ἐν</p>

vss.	S—R	V
		Νεφέλαις. οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν et Moer. p. 338 ῥέγκει, ἐπὶ τῶν κοιμημένων, Ἀττικῶς. ῥέγκει, Ἑλληνικῶς.
182	ἰσχύειν cum M	ἰσχύειν cum A ††
196	σοφῶς cum M	σαφῶς cum A ††
211	αἰκάλλει cum M	'καλ*εἶ (sic V, καλεῖ A) ††
356	ἐγὼ δ' cum M (δὲ A) †	ἐγὼ δέ γ'
357	ἐπιπιῶν	ἐκπιῶν cum MA †
408	ἠπαιωνίαι γ.	ἠ παιῶν ῥσαι cum M et A, qui παιῶν' praebet; gl.
580	φθονεῖθ' (S ^A) cum M ††	φθονεῖθ' cum A
580	κομῶσιν cum M †	κομῶσι cum A
680	ὑπερεπυπάζοντό με ††	ὑπερεπύππαζόν τέ με cum MA r. De hoc verbo cf. B. A. 69, 7 ὑπερπυπάζειν : ὑπερθαυμάζειν, ἐκπλήττεσθαι, παρὰ τὸ πύππαξ, ὃ ἔστιν ἐπίρρημα θαυμασμοῦ.
756	νῦν δεῖ (δῆ R) ce πάντα δῆ cum MA	νῦν δῆ ce πάντα δεῖ γ. Cf. Z. Ar. St. p. 120.
761	προκίεσθαι (-ικεσθαί R) cou	προκείσθαι σοι cum MA levi mendo pro vera scriptura προκείσθαι σοι. GP Ald.
761	πρότερον γ. Cf. Th. 380 p. 108 tractatum.	πρότερος cum MA
761	cū om. †	cū cum MA
792	ὄρων οἰκοῦντα τοῦτον ἐν cum M †	τοῦτον ὄρων οἰκοῦντ' ἐν cum A
821	μὴ cum MA	om †
846	τῶν	τι τῶν cum MA †
849	αὐτοῖσι τοῖς cum M	αὐτοῖς cum A †
856	κατασπάρσαντες	καθαρπάρσαντες cum M corr. A r. Cf. Z. Ar. St. p. 126.
928	τάδε cum M †	ταδί cum A
1144	κάμ' RM, κάμ' S	καί μ' cum A ††

vss.	S—R	V
1187	καὶ πτεῖν cum MA	κάκπειν ††
1256	ἔσομαι σοι cum M r.	γένωμαι σοι cum A. Iure Blaydesius in adnot. ad. h. v. monet: "Γένωμαι correxit grammaticus aliquis, qui constructionem parum intellexeret et post ὅπως necessario requiri subiunctivum existimaret".
1277	αὐτὸς cum M	οὗτος cum A ††
1363	ἐκκρεμάσας cum MA	κρεμάσας †
1368	πυγιδίοισιν (-σι S) cum MA	πυγιδίσι †
1369	ὁ πολίτης cum MA ††	ὀπλίτης
Banarum:		
134	ἐγκεφάλου cum MA	ἐγκεφάλωι ††
137	ἐπὶ cum MA praef.	εἰς
189	εἵνεκα (οὔνεκα MA) cf. ad Nb. 511 p. 26 sqq.	ἐνεκα
217	κραιπαλαίκωμος ††	κραιπαλόκωμος cum MA
230	καλαμόφογγα cum MA	καλαμόφογγα ††
249	πομφολυγοπαφλάσμασιν cum MA praef.	πομφολυγοπαφλάσματι
263	οὐδὲ μὴν ἡμᾶς κύ γε (superscr. κύ R) cum MA, οὐδὲ μνήμας (i. e. μ(ῆ)ν ἡμᾶς) κύ γε S	οὐδὲ μὴν ὑμᾶς κύ. Recte se habet lectio RMAS omisso γε.
281	φιλοτιμούμενος cum MA	φιλότιμον γένος †† scribae mendum.
289	παντοδαπὸν cum MA	παντοδαπῶν ††
356	εἶδεν cum A	εἶδε (ἴδε M) †
406	ἐξεύρες	κάξεύρες cum MA praef.
494	ἴθι cum MA	ἴθι ††
520	ὅτι cum M (ὡς A)	ὄτ' †
538	μεταστρέφεσθ' αἰεὶ cum M (-στρέφειν A)	μεταστρέφεσθαι r. Cf. Fritzschiium ad h. v.

- vss. S—R
- 562 κάμυκάτό γε cum MA και μυκάτό γε ††
- 580 παυε παυε του λόγου παυε τούτους τούς λόγους ††
cum MA
- 585 άντείποιμι cum MA άν γ' είποιμ' έτι ††
- 618 βασανίζω cum MA βασανίζω r. Cf. Cob. Var. Lect.
p. 178.
- 644 ύποκινήσαντ' cum MA r. άποκινήσαντ'
Cf. praepositiones ύπό
et άπό commutatas in
Pc. 790 ύποκνίσματα R,
άποκνίσματα S—V, Pl.
562 et 1034 άπό R, ύπό
V, Nb. 762, aliis locis.
- 684 κελαρύζει (τρύζει in com- κελαδεί cum MA
mentario p. 261 restituit
Fritzschius, cui κελαρύζει
conflatum videbatur ex
glossemate κελαδεί et
τρύζει.)
- 712 τε κονίας cum MA † κονίας
- 833 άπερ cum A praef. όπερ cum M
- 843 παύς' cum MA †† παύ'
- 901 λέξει cum A †† λέξειν cum M r. Cf. futurum
cυσκεδάν in v. 903.
- 935 κολοκτρούνα †† κάλεκτρούνα cum MA
- 943 άπ' ήθών cum MA; άπ- άπήθων
ηθών scribendum est,
quod ut variam lectio-
nem adnotat schol. rec.
γρ. δέ και άπηθών, άντι
του έκλεγόμενος.
- 966 σαρκασμοπιτυοκάμπται cum A. σαρκασμοπιτυοκάμπται cum A.
Eodem mendo V praebet φα-
ματοκάμπτας pro -κάμπτας in
Nb. 333 et δυσκολοκάμπτας pro
-κάμπτους in Nb. 971.

- | vss. | S—R | V |
|------|---|---|
| 967 | οὐμός (οὐμός B) | οὔμοι (οὐ μοι M, δύμοι A). Editores recte οὔμοι. |
| 995 | ἐλαῶν | ἐλαῶν cum MA r. Cf. Meisterhans p. 30 sqq. |
| 1056 | Λυκαβηττοῦς cum M ² A | Λυκαβητόντοῦς † |
| 1201 | ληκηθίου cum MA | ληκηθίου †† |
| 1387 | ὡσπερ cum MA | ὅπως † |
| 1428 | φανέται cum Fritzschio, cuius cf. adnot. ad h. v., praef., nisi quod futurum offensionem quandam praebet. Itaque haud scio an iure Hamackerus in Mnem. VI, 1857, p. 224 φανέται in πέφανται mutaverit, cui Kockius in adnot. ad h. v. (ed. IV. 1898) plaudit. | πέφυκε cum MA. Grammaticorum coniecturam redolet, ut iam Fritzschius observavit; est enim lectio facilior. |
| 1448 | * χρηαίμεθα (-μεθα SAVE Med.) cωθείημεν ἄν | χρηαίμεθ' (-μεθ' MA) ἴως cωθείημεν ἄν cum MA |
| 1450 | πράξαντες cum Dindorfio, Fritzschio, Kockio praef. contra Bergkium, Meinekium, alios. | πράπτοντες cum MA |
| 1466 | πλὴν γ' ὁ (γ' om. A) | γε πλὴν ὁ cum M † |
| 1505 | καὶ τοῦτο (τουτί A) | καὶ τουτοῖ (καὶ τουτοῖ M ²) superscr. a pr. m. γρ. τούτοις. Corruptela orta propter τουτί in v. 1504. Bergkium καὶ τουτοῖ (scil. τοὺς βρόχους, i. e. laqueos, quos Pluto Aeschylodaturus est) scripsit Velseno, Blaydesio, Kockio (cuius cf. adnot. in ed. IV. 1898) probantibus. |
| 1514 | κατὰ cum MA | καὶ τὰ †† |

Nubium:

vss.	S—R	R
133	βάλλ' cum A	βάλλ' cum M ††. Frequens mendum. Cf. ad Nb. 131 p. 63.
151	Περικαὶ cum MA	Περικὰ ††
294	οὕτως cum MA	οὕτως γὰρ †
333	ἄσματοκάμπτας cum MA	ἄσματοκάμπτας (idem S ^{AVE}) ††.
362	παραβάλλει (-η S) cum M (περιβάλλει A)	παραβάλλεις. r. Cf. G. Hermannum ad h. v. et Bl. A. C. Gr. p. 175 ad Nb. 362.
365	πάντ' ἐστὶ cum MA	om. †
399	*πῶς δῆτ' cum M (πῶς A)	δῆτ'
400	σφόδρα γ' cum MA	σφόδρ' (idem S ^{AV}) †
559	τὰς ἐμὰς cum MA et Athen. VII 299 b.	τῶν ἐμῶν ortum propter genitivum τῶν ἐγγελέων.
649	κομφὸν cum MA	σοφὸν gl.
845	ἔλω cum MA	λέγω ††
984	ἀρχαῖά γε καὶ cum MA	ἀρχαῖά γε †
987	ἐν ἱματίοις διδάσκεις cum MA r. Cf. Kockii adnot. ad h. v. in ed. IV. 1894.	ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις
996	εἰσάττειν (S ^{AVBE} , εἰσιέναι S ^{C Med.} idemque S ^E inter vss. s. v. μήλω βληθῆναι. Verbum εἰσιέναι, quod nihil aliud est nisi glossema, etiam MA praebent.)	ἄττειν †
1005	*ἀποθρέζει (-εις SA, -οις M)	καταθρέζεις
1006	κύφρονος cum MA	κυφροσύνης sec. Herw. ††
1155	κλάετ' cum MA	κάετ' ††
1173	κάντιλογικός cum MA	κάντιλογος †
1217	ὅτε cum MA	ὅτι ††
1235	προκαταθείην cum MA	προκαταθείην (idem S ^{Med.}) ††
1286	τοῦτο δ' ἔσθ' cum MA	τοῦτ' ἔσθ' †
1395	ἄν cum MA	ἄν om. †
1474	καὶ cē cum MA	ce καὶ †

Pluti:

vss.	S—R	V
144	λαμπρὸν καὶ καλὸν (καλὸν καὶ λαμπρὸν SAE Med.) cum M et A corr., qui sic exhibet: καλὸν καὶ λαμπρὸν ^α	καλὸν †
145	χάριεν ἀνθρώποις	χάριεν ἐν ἀνθρώποις cum MA dittographia.
152	εἰς †† Cf. v. 242 p. 37 tractatum.	ὡς cum MA
184	κάν cum MA	καὶ ††
271	*ἡμάς cum MA	ἔπειτ'
278	δίδωσι cum MA	κοὶ δίδωσι †
307	γρυλλίζοντες cum MA ††	γρυλλίζοντες r. Cf. B. A. 33, 1 γρυλλίζειν καὶ γρυλλισμός: ἐπὶ τῆς τῶν χοίρων φωνῆς. δι' ἐνόσ λ, καὶ οὐ διὰ δυοῖν et Polluc. V, 87.
328	βλέπειν cum MA	βλέπων †† Libenter commu- tantur ων et ειν, e. g. in Av. 420 ἔχων M pro ἔχειν, 788 ἐλθεῖν M pro ἐλθῶν, Nb. 737 ἔξευρεῖν MA alii pro ἔξευρών, Ra. 365, 744 aliis locis.
328	*Ἄρη cum A r. Cf. Meister- hans p. 143, 2. (*Ἄρην M)	*Ἄρηι ††
387	καὶ cum MA	καὶ τοὺς †
549	τῆς πτωχείας πενίαν cum MA	τῆς πενίας πτωχείαν † caesura tetrametri anapaestici neglecta.
556	φειδάμενος cum MA	φειδόμενος ††
556	καταλείψει cum MA	καταλείψειν ††
581	ὄντως cum M	om. cum A †
581	λημῶντε (S ^{BCE} Med.) cum M †	λημῶντες cum A
807	᾽τσι cum MA	om. †

vss.	S—R	V
818	*σκοροδίσις cum MA	σκορόδοις
885	*δήγματος cum MA	διηγήματος
904	γ' cum MA	γὰρ †
1086	καὶ cum MA	τε καὶ †
1087	*ταῦτα πάντ' cum MA	πάντα ταῦτ'
1136	πορίσις MA	πορίσις ††

Avium :

68	Φασιανικός cum MA	Φασιανός †
497	τὸ (R sec. Herw.) cum A	τὸν sec. Herw. cum M †
523	δ' add. R sec. Herw. cum MA	om. sec. Herw. ††
658	κοῦ †	καυτοῦ cum MA
659	ἀρίστιον cum M r. Cf. Eq. 538 ἀριστίων	ἀρίστιον sec. Herw. cum A ††
692	*παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ (S ^{AV} Med.) cum schol. Nb. 361	Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ cum MA et S ^{BCE}
701	δ' om. (S ^{ACE} Med.) cum M †	δ' cum A
769	*τοιάδε cum MA	τοιάνδε
772	ἰαχον (S ^{AVBE})	ἰαχον cum MA r. Cf. v. p. 97 tractatum.
807	εἰκάμεθα cum M et A, qui ἢ pro εἰ praebet †	ἠκάμεθα
959	εὐφημία 'ετω (ἔετω S) cum M	εὐφημί' ἔετω cum A ††
1272—73	*ὦ τρισμακάρι' (-μάκαρ S), ὦ κλεινότατε (κλεινότ' R), ὦ σοφώτατε, ὦ γλαφυρώτατε, ὦ κατακέλευσον	ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε ὦ τρισμακάρι', ὦ κατακέλευσον cum MA
1563	*τὸ λαίμα cum MA	τὸ λαίμα

Vesparum :

429	μακαριεῖν ce	μακαρίζειν (om. ce) ††
454	τρόπος	τρόπους ††

vss.	S—R	V
505	ὀρθοφοιτο- (ὀρθροφοιτο- cum schol. legendum.)	ὀρθοσφοιτο-
510	ἐγγέλευσιν Formam Atti- cam ἐγγέλεισιν, quam Athen. VII 299 b praë- bet, editores Dindorfio duce recøperunt.	ἐγγελίεισιν (ἐνγελίεισιν S ^A) ††
724	γάλα	μάλα ††
900	καί	om. †
1069	κικίνου	κίνου ††
1213	χύτλασον	χύτλαρον ††
1268	οὔτος ὄν γ'	οὔτος ὦν ††
1307	*κάτυπτέ με	κατέτυπτέ με
1364	οὔτος †	οὔτος οὔτος
1374	αὐτῆς	om. †

Pacis:

63	σεαυτοῦ (S ^A V ^B) ††	σεαυτὸν
76	περόν	περῶν (i. e. περωτὸν) †
187	v. om. propter vocem μιαρώτατος in fine vss. 185, 186, 187.	v. habet
496	κακόνοι	κακοὶ †
711	κατελάβας	καταγελάσας V corr. ††

Acharnensium:

vss.	S—R	ABCΓΔ
230	ἀντεμπαγῶ	ἄτ' (ἄτε B) ἐμπαγῶ ††
463	σπογγίω	σφογγίω r. De hoc Atticismo cf. Koch in editione Moeridis lexici p. XCIX et alia exempla in Croenert Memor. Gr. Herc. p. 85 adnot. 3.
590	τεθνήκει ††	τεθνήξει (-η A), ex quo Dawe- sius τεθνήξεισιν restituit.
741	ἤμεν cum A } εἶμεν esse εἰ μὲν C } Megaren-	ἤμεσ B, ἤμις Δ } †† ἢ μὲν Γ } ††

vss.	S—R	ABCΓΔ
	sium inscriptiones docuerunt. Cf. Ahrens De Dial. Dor. p. 170; Boisacq Dial. Dor. p. 200.	
772	περίδου	περιδοῦ ††
812	πρίωμα cum B	πρίωμα A } †† πράωμα C }
1099	θυμίτας cum C (θυμητίδας SE Med.)	θυμοίτας BΓΔ } †† θουμοίτας A }
1110	καί μοι ††	κάμοι γ. Cf. Ach. 512, 1102, 1125, 1133, alios locos.
1160	λαβεῖν αὐτοῦ cum C	αὐτοῦ λαβεῖν †
1170	σπέλεθον cum AC	πέλεθον BΓ γ. Cf. Moer. p. 310 Πέλεθος, Ἄττικῶς. σπέλεθος Ἑλληνικῶς.
1179	παλίνωρον ††	παλίνωρον BC † παλίνωρον A γ. ex voce παλίνωρος.
1190	ἀτταταῖ ἀτταταῖ	ἄττα παττατὰ ††

Addimus quattuor locos, ubi ACΓ a parte S—R contra BΔ stant:

627	τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν cum ΓAB corr. C, praef.	τοὺς ἀναπαίστους ἐπίωμεν B pr. Δ
634	ὑμάς cum ACΓ	ἡμάς BΔ ††
847	ἀναπλήσει cum ACΓ	σε καταπλήσει B } †† σε ἀναπλήσει Δ }
1088	δειπνεῖν cum ACΓ	δειπνεῖν γάρ BΔ †. Cf. similem locum in Nb. 294, ubi V contra metrum γάρ addidit.

Ecclesiastiarum:

vss.	S—R	Γ
45	κάρεβίνθων	κάρεβίνθου ††
56	ἐμπλήμενος (sed πεπλημένος cum schol. Eq.)	ἐμπεπλημένος (A) †
662	S s. v. τριχίδες	

vss. S—R	Γ
97 τὸν φορμίσιον	τὴν φ. (A) ††
207 σκοπεῖσθ'	σκοπεῖς (A) ††
235 ἐπιπέμψειεν (ἐπιμέψειεν S ^{BKV}) ἄν	ἐπιπέμψειας ἄν ††
254 λοιδορῆ	λοιδορεῖ (-ῆ A) ††
267 ἐξωμιάσαις	ἐξωμιάσαις (A) ††
295 παραχορδιεῖς	παραχορδιῆς ††
379 γέλων	καὶ γέλων †
385 πάντας κυτοτόμοις (S ^A πάντας, ceteri S πάντα)	πάντες κυτοτόμοι ††
392 ἀποιμωξόν	ἀποιμωζόν ††
393 διοίχεται	οἶχεται †
398 πρῶτος Νεοκλείδης	om. †
405 ἐμβαλλόντα	ἐκβαλλόντα corr. ex ἐκβαλόν- τα ††
417 *πλευρίτις ἄν	πλευρίτις
420 κυλοδεψῶν	κυλοδεψῶν ††
420 τῆ θύρα S. s. v. τετραστα- τήρου, sed τὴν θύραν falso s. v. ἀλφिताμοιβούς.	τῆ θύρα (sic) ††
421 ὀφειλέτω	ὀφείλεται ††
425 μακρὰ	μακρὰν παρέχειν ††
428 ἀνεπήδης'	ἀνεπήδησεν ††
441 εἶναι πράγμ' ἔφη νουβυ- στικόν	ἔφη πράγμ' εἶναι νουβυστικόν †
448 οὐ μαρτύρων γ'. Parti- culam γ' iure deleuit Dobraeus.	γ' οὐ μαρτύρων
473 γεραιτέρων	γηραιτέρων ††
540 ἡμπεσχόμην. Ab edd. ex B. A. 381, 25 ἡμπεσχόμην restitutum.	ἡμπεσχημένον ††
611 καλαθῦραι	τοῦτον καλαθῦραι ††. Gl. τοῦ- τον male in textum irrepsit. De pronomibus insertis cf. Blaydesium ad Pl. 648, 1170, Ach. 437, Th. 754.

vss.	S—R	Γ
630	καλοῖα	καλοῖς †
631	δημοτική γ'	δημοτικὴν ††
647	φιλήσειεν	φιλήσει ††
668	γε	om. †
683	ἀπήει (ἀπήει S ^E) ††	ἀπή
685	τὸ δὲ θῆτ' εἰς τὴν παρὰ ταύτην	τὸ δὲ θῆτ' ἐστὶ παρ' αὐτὴν †
693	κατὰ τὰς διόδους	κατὰ διόδους †
694	ἀπὸ τοῦ δείπνου †	ἀπὸ δείπνου
695	λέξουσιν	λέξουσι ††
707	λαβόντας	λαβούσας ††
733	στέψασα †	στρέψας'
737	κομμώτρια	κομμότρια †
741	*ἀωρι νύκτωρ (S ^{AC} , ceteri S νυκτῶν.)	ἀωρι νυκτῶν
751	οὕτως	om. †
791	γένοιτο	γένηται ††
792	διῆξειεν	δίξειεν ††
797	ταχύ	ταχεῖς ††
808	πλείν	πλείς ††
820	ἔπειθ'	ἔπειτ' ††
833	τάνάφορον	τάνόφορον ††
846	Σμοῖός, quod Σμοῖός scribendum est.	Σμοός. De oi et u commutatis of. Blaydesium ad Th. 392.
868	πομπησίαν	πομπησίαν ††
882	ἴτ'	ἴτε †
883	μελίδριον	μελίδρυον ††
888	τοῦτ' ἐστὶ	τοῦτό ἐστὶ †
952	ἐμὸν	ἐμοὶ ††
973	θρύμμα ††	θρέμμα
991	νυνὶ	νὺν †
1033	πρὸ τῆς	πρὸς τῆς (sic) ††
1089	κατὰ τὸ	κατὰ τοῦ ††
1089	καννώνου	κανόνου †
1117	μεμύρωμαι ab editoribus ex Athen. XV 691 b in μεμύρισμαι correctum.	μύρωμαι

Lysistratae :

vss.	S—R	BCLΔ
27	πολλαίαι τ' (S ^{AV}) γ. (πολ- λαίαι τ' S ^{BEC})	πολλαίαιν ††
43	κροκωτά φοροθαιραεφ.	κροκωτοφορούσαι
360	ἤδη οἰμ. †	ἤδη BCL γ., τις Δ
789	ἐλαγοθήρει. Dind., Mein., Engero probatum. Cf. Phryg. p. 627.	ἐλαγοθήρα
810	περιειργμένος cum C	περιειργαμένος BLΔ ††
1004	θίγειν (S., θιγήν R)	είγειν BCL, είην Δ, ex quo ειγήν Invernizius edd. probb.
1028	ἐκκάλευσον ††	ἐκκάλεισον
1073	χωρούσιν †	χωρούς' BCΔ
1243	κάείω (S., καίω R)	καί κινήω BCΔ, gl. ad verbum διποδιάξω adscriptum.
1244	ἐς τοὺς Ἀκαναίους τε καὶ ἡμᾶς	ἐς τὴν Ἀκαναίω τε καὶ ἐς ἡμᾶς. Non acquiescimus in Brunckii scriptura ἐς τὴν Ἀκαναίω τε κῆς ἡμᾶς Dindorfio et Buengero (p. 59) probata. Iure Meinekii in Vind. Ar. p. 139 monuit: "Neque ἡμᾶς in laconico ser- mone ferendum neque καλὸν substantivo carere potest". Quare ἐς τὴν Ἀκαναίω τε χᾶμ' ᾄειμ' ᾄμᾳ proposuit. Quae de Wilamowitzius (Textgesch. d. griech. Lyr. p. 88, 7) Meinekii inscius probavit, nisi quod κᾶμ' et ᾄμᾳ scripsit.

§ 7.

In singulis versibus tractandis, cum de Equitibus nihil dicendum nobis sit, ordiamur a Ranarum fabula. Cuius in v. 1448 τούτοιςι χρῆσαιμεσθ', ἴως σωθῆμεν ἄν adverbium ἴως,

quod in ceteris codd. traditum est, in S—R propter similem vicinam syllabam cw in cwθειμεν excidisse veri est simillimum. Atque vulgata lectio χρῆσαιμεθ', ἴσως cwθειμεν ἄν verbo cwθειμεν metri sustinendi causa in cwθειμεν contracto haud dubie vera est. Namque forma non contracta ab usu poetarum Atticorum aliena est; conferas velim, quae de hac re observaverunt La Roche in Ztschr. f. d. österr. G. 1874, p. 428 et de Bamberg in Ztschr. f. d. Gymnasialw. 1877, Ber. p. 15. Atque etiam Rutherford in The new Phrynichus p. 451 sqq. plurimis exemplis ex Atticorum poetarum fabulis congestis formam cwθειμεν a primo Dawesio in Miscell. Crit. p. 453 defensam amplexus est. Quae cum ita se habeant, facere non possumus, quin scripturae S—R χρῆσαιμεθα, cwθειμεν ἄν Kockio probatae fidem denegetur. Quod autem in M supra -μεθ' ἴσως scriptum est: γρ. ἴσθι, huic variae lectioni nihil tribuendum nobis videtur. Est enim mala coniectura grammatici cuiusdam legum metricarum imperitissimi, sive τούτοις χρῆσαιμεθ', ἴσθι (vel ἴσθ' ὡς) cwθειμεν ἄν sive τούτοις χρῆσαιμεθ', ἴσθ' ὡς cwθειμεν ἄν scribi voluit.

In Nubium v. 398—99 καὶ πῶς ὦ μῦρε cὺ . . . δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρηξεν S—R praebent πῶς δῆτ', V δῆτ'. Editores in hoc versu scribendo inter se dissentiunt. G. Hermannus, Bergk, Meinekius voce δῆτ' omissa πῶς, Bentley, Blaydesius, Kockius, alii omisso πῶς illud δῆτ' receperunt. Neque dubium est, quin Bentley verum viderit. Nam δῆτ' ad πῶς v. praecedentis referendum est ut in Eq. 17 πῶς ἄν οὖν ποτε εἶποιμ' ἄν αὐτὸ δῆτα κομψευριστικῶς, ubi vox δῆτα separata a πῶς cum hoc vocabulo coniungenda est. Cf. etiam alios versus, in quibus particula δῆτα quibusdam verbis a πῶς aliisve vocibus seiuncta invenitur, velut Nb. 1196 πῶς οὐ δέχονται δῆτα, Pc. 200 πῶς οὖν cὺ δῆτ', Ls. 912 καὶ πῶς ξθ' ἀγνή δῆτ', Th. 211 πῶς οὖν ποιήσω δῆτα; Eq. 810 οὐκ οὖν δεινὸν ταυτί ce λέγειν δῆτ' ἔστ', Vp. 172 οὐκ οὖν κἄν ἐγὼ | αὐτὸν ἀποδοίμην δῆτ' ἄν; Ls. 54 Ἄρ' οὐ παρῆναι τὰς γυναῖκας δῆτ' ἐχρήν; similia passim. Atque vocabulum πῶς ita in versum venisse arbitror, ut nescio quis grammaticus πῶς supra δῆτ' poneret, quo significaretur particulam δῆτ' ad πῶς in v. 398 referen-

dam esse. Quae corruptelae origo verisimilior est, praesertim cum V illud πῶς omiserit.

In v. 1005 ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιῶν ὑπὸ ταῖς μορφαῖς ἀποθρέξει στεφανωσάμενος κτλ. in S—R ἀποθρέξει (-εις S) legitur, in V καταθρέξει. Editores praeter Blaydesium et Leewenium compositum ἀποθρέξει servaverunt idque rectissime. Nam pro κατατρέχειν, quod exspectamus, poeta facete verbo ἀποτρέχειν usus est, quod de servorum manumissione dici solitum esse ex inscriptionibus potissimum compertum habemus. Δίκαιος enim λόγος tamquam in numero servorum habet Phidippidem, quem liberum evasurum esse promittit, si se sequeretur. Diiudicandum autem nobis est inter ἀποθρέξει, quae forma apud Suidam, B. A. 427, 31, schol. Soph. ad Oed. Col. 701 invenitur, et ἀποθρέξει, quod in R exhibetur. Atque cum iam Brunckius viderit mediam formam in futuris ab Atticis in deliciis haberi et in Ra. 193 et R et V περιθρέξει praebeat itemque μεταθρέξει in Pc. 261, Bergkio, Meinekio, aliis ἀποθρέξει amplexis assentiri non dubitamus.

In Pluti v. 271 μῶν ἀξιοῖς φενακίαις ἔπειτ' ἀπαλλαγῆναι ἀζήμιος in V ἔπειτ', in S—R ἡμᾶς traditum est. Quibus ex diversis scripturis colligendum esse arbitror in archetypo sic

scriptum fuisse: μῶν ἀξιοῖς φενακίαις ἔπειτ' ἀπαλλαγῆναι. Illud ἡμᾶς interpretandi causa superscriptum falso pro ἔπειτ' librarius R transcripsit propterea, opinor, quod accusativum requirebat. Sed vox ἔπειτ' utique retinenda est. Cf. eandem constructionem in Ach. 497 εἰ πτωχὸς ὦν ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν μέλλω, Nb. 1042 αἰρούμενον τοὺς ἤττονας λόγους ἔπειτα νικᾶν, Av. 29, Th. 557, 559, 884, aliis locis. Non recte igitur Blaydesius fecit, quod pronomen ἡμᾶς voci ἔπειτ' praetulit. Meinekio contra laudandus est, qui lectionem V secutus est, nisi quod accusativum μ' de verbo φενακίαις dependentem ante ἔπειτ' inseruit. Quo pronomine haud scio an opus non sit. Cf. v. 280 δεστικ φενακίζεις, φράσαι δ' οὐπω τέτληκας ἡμῖν et Ach. 90 ταῦτ' ἄρ' ἐφενάκιζες cὺ δύο δραχμᾶς φέρων, quibus duobus locis φενακίζειν absolute positum est.

In v. 818 ἀλλὰ σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἐκάτοτε Leewenius ex substantivo σκορόδοις, quod in V legitur, formam

σκορόδοισιν restituendam esse putavit. Sed qui scripturae V fidem habet, mea quidem sententia vocem σκορόδοισιν integram recipere (cf. χρυσοῖς, λίθοις in v. antecedente) et metri causa articulum τῆς ante τροφῆς cum Iunt. ed. inserere debet. Neque vero dubito, quin cum Meinekio, Velseno, aliis lectio R σκορόδοισιν retinenda sit et eo, quod cum ceteris omnibus codicibus tum scholiorum explicationibus σκορόδοισιν, τοῖς τῶν σκορόδων φύλλοις, confirmatur, et eo, quod deminutivis libentissime usi sunt comici.

In v. 885 ἀλλ' οὐκ ἔνεστι κυκοφάντου δῆγματος V scribae mendo pro δῆγματος praebet διηγήματος. Ut alios praeteream, qui hunc versum corrigendum et emendandum esse censuerunt, Velsenus et Leeuwenius pellecti, opinor, adnotatione schol. R λείπει φάρμακον hanc vocem textui inseruerunt ita quidem, ut ille φάρμακα δ' ἔνεστι κυκοφάντου δῆγματος; hic ἀλλ' οὐκ ἔνεστι κυκοφάντου φάρμακον scriberet. Leeuwenii coniectura repudianda est, quippe qua substantivum δῆγματος e textu eiciatur, quod vereor ut ex interpretatione in versum irrepere potuerit. Neque quisquam Velseni mutationem sequetur, quam ipse in adnot. ad h. v. incertam esse professus est. Mihi quidem Leeuwenius et Velsenus scholio R decepti videntur. Tali enim adnotatione scholiastae nihil aliud monere in animo habebant nisi hoc: eam vocem, quae praeter expectationem in textu omisa esset a poeta, subaudiendam esse. Versus noster igitur omisso substantivo φάρμακον vertendus est: At non inest adversus sycophantae morsum, ita ut subaudiendum sit "remedium". Conferas velim idoneam interpretationem Suidae s. v. ἀλλ' οὐκ ἔνεστι, quae etiam in scholiis nostris invenitur; in qua de δακτυλίῳ sermo est φαρμακίτης vulgo vocato. Quo ex ipso anuli nomine apparet substantivum φάρμακον subintellegendum esse. Itaque cum Meinekio et Blaydesio adversus Velsenum et Leeuwenium versum — etiam ab Apostolio in Paroem. Gr. II p. 591 (XIII 57) sic ut in codicibus nostris prolatum — non corrigendum esse arbitror. Hic locus enim una est ex iis sententiis dicacibus, quarum mucro ab illis quidem, qui Aristophanis temporibus vixerunt, statim comprehendebatur, a nobis vero, quippe cum absit

vox φάρμακον, quae maxime desideratur, haud ita facile intellegitur.

In v. 1087 οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα πάντ' ἰάσεται lectio V est πάντα ταῦτ', S—R ταῦτα πάντ'. Quarum neutra numeris adversatur. Utraque autem verborum positione poetam nostrum usum esse multis docemur locis. Satis habemus hosce versus affere, quibus RV in ordine verborum exhibendo conspirant: Pl. 927 πάντα ταῦτα, Eq. 99 πάντα ταυτί, Vp. 514 πάντα ταῦθ', contra Pl. 516 τούτων πάντων, Eq. 176 ταῦτα πάντα, Av. 756 ταῦτα πάντ'. Quam ob rem iis locis, quibus codices inter se discrepant, is verborum ordo retinendus erit, qui maiore fide traditus est. Nostro igitur loco cum editoribus lectionem ταῦτα πάντ' sequi non dubito, quippe quam praeter R Suidas, Paris. A, Ambros. M exhibeant. Accedit quod in V frequentes sunt verborum transpositiones, ut statim videbimus.

In Avium v. 692 εἰδότες ὀρθῶς παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ κλάειν εἶπητε τὸ λοιπὸν editores in diversas partes discedunt, cum Bergkii, Blaydesii, Leeuwenius scripturam V Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ tueantur, Dindorfius, Meinekii, Kockii lectioni S—R παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ fidem habeant. Quamquam neutra verborum positione numeri violantur, tamen scriptura παρ' ἐμοῦ Προδίκῳ praeferenda nobis videtur; nam librum V saepe verborum ordinem immutantem deprehendimus, velut in Av. 675 ἀγαθῇ τύχῃ pro τύχάγαθῇ, Eq. 508 ἔπη λέξοντας pro λέξοντας ἔπη, 1046 τείχος ἐστι pro ἐστι τείχος, Nb. 433 μεγάλας γνώμας sec. Herw. pro γνώμας μεγάλας, 481 πρὸς τῶν θεῶν^β διανοῆ^α sec. Herw. pro διαν. πρ. τ. θ., 1407 τέθριππον τρέφειν pro τρέφ. τέθρ., 1508 παῖε βάλλε sec. Herw. pro βάλλε παῖε, Pc. 287 ταυτί λαβῶν pro λαβ. τ., 560 τῆ θεῶ πρώτον pro πρ. τ. θ., 1175 δέη δέ που pro δέ που δέη, Pl. 57 πάνυ ταχύ pro ταχύ πάνυ, 132 ἐστίν ὁ παρέχων pro ὁ παρ. ἐ., 426 με τίνα pro τίνα με, 459 τῆς πενίας πτωχείαν pro τῆς πτωχ. πεν., 507, 629, 747, 867, 870, 940, 969, 979, 1087, 1173, 1196, Ra. 847 παῖδες μέλαιναν pro μέλανα παῖδες, 1035, 1403, Vp. 1445 ἐπικλητήρες λείψουσι pro κλητήρες ἐπιλείψουσι.

Etiam in v. 769 sqq. Bergkii lectionem V τοιάνδε κύκνοι . . . συμμιγή βοήν ὁμοῦ περσοῖς κρέκοντες Ἰακχον Ἀπόλλω pro τοιάδε κύκνοι κτλ. amplexus est idque hoc quoque loco iniuria. Nam si legitur τοιάνδε κύκνοι voce τοιάνδε ad βοήν in v. 771 relata, in v. 737, cui v. noster respondet, cum Bentleio scriptura Μούσα λοχμαία in Μοῦς ὦ λοχμαία mutanda est. Neque vero habemus, cur verba Μούσα λοχμαία addubitemus, praesertim cum in omnibus codicibus inveniuntur. Propterea ut numeri v. 769 iis v. 737 respondeant, illud τοιάδε S—R quippe sententiae aptissimum — vertendum enim est “in hunc modum” — cum Dindorfio, Meinekio, Kockio servare praestat.

Vss. 1272—73 in S—R sic exhibentur: ὦ τρισμακάρι' (-μάκαρ S), ὦ κλεινότατε (κλεινότ' R), ὦ σοφώτατε, | ὦ γλαφυρώτατε, ὦ κατακέλευσον. VMA praebent: ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε | ὦ τρισμακάρι' ὦ κατακέλευσον. Hunc locum medela indigere inter criticos Aristophaneos constat. Nam praeterquam quod codices in verborum ordine exhibendo in diversissimas partes discedunt, adiectivum σοφώτατε in v. 1272 ex fine v. 1271 repetitum ferri nequit. Primum mea quidem sententia interest videre, quomodo ambo vss. traditi sint. Et in S—R et in VMA idem ordo trium superlativorum ὦ κλειν., ὦ σοφ.; ὦ γλαφυρ. invenitur. Reliqua autem verba sic exhibentur, ut S—R ὦ τρισμακάρι' initio v. 1272, VMA initio v. 1273 praebeant. Nunc quaestio oritur, ultra positio vocabulorum ὦ τρισμακάρι' genuina sit. Mihi quidem verba ὦ τρισμακάρι' in S—R ex initio v. 1273 librarium errore initio v. 1272 posita esse verisimilius videtur quam in VMA, postquam initio v. 1272 omissa erant, versum 1273 inchoasse. Haec verba, cum in S—R non recte initio v. 1272 posita essent, librarii locum falso inchoatum simpliciter sic restituere sibi videbantur, ut legum metricarum rationem non habentes verba ὦ γλαφυρώτατε ex fine v. 1272 insequentī versui continuarent. Ut autem libris VMA vocabula ὦ τρισμακάρι' initio v. 1273 exhibentibus fidem habeamus, vel eo commovemur, quod tres superlativi melius et aptius illud ὦ τρισμακάρι' praecedunt quam sequuntur. Quodsi quis nihilominus a lectione S—R proficisci volet, ei cum Meinekio fa-

ciendum erit, qui in Vind. Ar. p. 111 positione verborum ὡ τρισμακάρι' S—R servata ὡ τρις μακάρι', ὡ κλεινότατ', ὡ γλαφυρώτατε, ὡ κατακέλευσον, κατακέλευσον scripsit. Equidem ne rationem Meinekii probem, scholiis prohibeor testantibus Didymum et Symmachum verbum κατακέλευσον semel tantum positum legisse. Explicata scripturae discrepantia iam restat, ut offensio tollatur, quam repetita vox κοφώτατε praebet. Qua in re Kockius punctum tulisse videtur, cum in adnot. ad v. 1272 'ἔοχώτατ' pro κοφώτατ' scribere proponeret collatis Aesch. Ag. 1622: δύοι ἐξοχώταται φρενῶν ἰατρομάντεις. Eur. Suppl. 889: Παρθενοπαῖος, εἶδος ἐξοχώτατος. Soph. fr. 518: οὐδεὶς ἐξοχος ἄλλος ἐβλαστεν ἄλλου. Hac igitur leni mutatione Kockii adhibita vss. 1272—73: ὡ κλεινότατ', ὡ 'ἔοχώτατ', ὡ γλαφυρώτατε· | ὡ τρισμακάρι', ὡ κατακέλευσον nemini iam offensionem fore arbitror.

In v. 1563 τὸ λαῖμα traditum est in V, τὸ λαῖμα in S—R. Neutra vox sincera videtur grammaticis, qui hunc locum sanare conati pro codd. scriptura varia vocabula proposuerunt. Videsis, ne chartae nos misereat, coniecturas a Blaydesio congestas in adnotatione ad h. v. nimia materiae ubertate ut saepissime laborante. Adhuc sub iudice lis est, quam nos dirimere non posse libere profiteamur. Ex omnibus autem mutationibus maxime nobis probatur Bentlei et Meinekii λαῖμα, i. e. sacrificium, collata glossa Hesychii λαίγματα: πέμματα· οἱ δὲ σπέρματα, ἱερὰ ἀπάργματα. Cf. etiam Photii gl. λάγματα: ἱερὰ ἀπάργματα. Accedit, quod Suidas vocem λαῖμα interpretatur verbis τὸ ἱερόν, θύμα.

In Vesparum v. 1307 κάτυπέ με (S—R, κατέτυπέ με V) νανικῶς παῖ παῖ καλῶν et in S—R et in V contra metrum peccatum est. Ut numeri recte procederent, Bergkii et Meinekii cett. codd. lectionem κάτυπε δὴ με receperunt. Sed de vocula δὴ haud scio an Blaydesius in adnot. ad h. v. recte sic iudicavit: "Particula δὴ metri fulciendi causa ab grammatico aliquo interpolata est". Quapropter Blaydesio κάτυπεν ἐμὲ scribenti plaudo. Facile enim litterae νε ante με excidere poterant.

In Ecclesiazusarum v. 417 πλευρίτις (ἀν R) ἡμῶν οὐ-

δέν' ἄν λάβοι ποτέ Bergkii duplex ἄν R retinuit. Quod quamquam ab arte grammatica non abhorret — est enim Ἀττικισμός, de quo in libro posteriore ad Pl. 1078 fusius agetur —, tamen ut numeri melius profluant, praeferenda est scriptura πλευρίτις sine ἄν ceteris editoribus probata.

Adverbium νύκτωρ versus 741 ἄωρι νύκτωρ διὰ τὸν ὀρθριὸν νόμον C. Kuehnius (De codd. qui Ar. Ec. et Ls. exhibent, p. 10) bene sic defendit: “Non perspicio, cur duo adverbia copula omissa coniungi nequeant, si quidem alterum, νύκτωρ, ad explicandum prius ἄωρι adpositum esse statuimus. Praeterea ex locis a Blaydesio allatis evadit ἄωρι τῶν νυκτῶν, non ἄωρι νυκτῶν inveniri”. Cf. etiam duos locos apud epistolographos, quos dictionem comicorum imprimis imitatos esse constat, Aristaen. lib. II ep. 19 ἀκήκοα νέων κωμαστῶν ὑπὲρ ἐμοῦ μαχομένων ἄωρι νύκτωρ et Phalarid. ep. 141 (sec. Hercherum) νύκτωρ ἄωρι παντάπασιν.

Caput III.

§ 8.

Tertium est in quaestione nostra de Aristophanis apud Suidam reliquiis, ut de iis disseramus locis, quibus lexicographus et a R et a V discrepat. Ac primum quidem ii loci proferantur, quibus Suidas cum uno alterove ceterorum codicum contra RV facit in septem illis fabulis, (Eq. Ra. Nb. Pl. Av. Vp. Pc.), quae et in R et in V traditae sunt. Iam sequitur index locorum:

Equitum:

vss.	S	RV
35	προβιβάσεις cum M †	προβιβάσεις (-βιάσεις A)
41	ἀκρόχολος cum MAΘΓ ¹ (o in α corr., sed superscr. ο Γ ²) †	ἀκράχολος r. Cf. de hac voce Schanzi Proleg. ad Platon. vol. VIII § 1.
70	ὀκταπλασίονα cum M † α (-ον A)	ὀκταπλάσια R, ὀκταπλάσιον V
79	τῷ μὲν χεῖρ' S ^{Med.} cum M † (ἡ μὲν χεῖρ S ^{ABV} ††)	τῷ χεῖρ' cum A
230	ἐξηκακμένος cum Ald. ††	ἐξηκακμένος cum MA
239	τὸ νῶτον cum M corr. A	τὸν νῶτον (νότον R) †
299	σοφίζη cum M	σοφίζει cum A r. Cf. Zacheri quaestionem de altera persona sing. indicat. med. in Philol. Suppl. vol. VII, 1899, p. 473—84.
406	πίνε πῖν' cum M	πίνε πίνε cum A †
420	κάγῳ cum M omisso 'ν ††	κάγῳ R, κ' αγῷ 'ν V ² , κάγῳ ἐν A (κάγῳ 'ν scribendum)
517	ὀλίγοις χαρίσασθαι cum M	ὀλίγοις πάνυ (R, ἤδη VA) χαρίσασθαι †

vss.	S	RV
534	αὔον om. SABE Med. cum ΜΑΓ ¹ Θ	habent
535	χρήν cum M	χρή RA, χρή V ††
542	πρώτα cum M	πρώτον cum A †
543	κάντεῦθεν cum Θ †	κατ' ἐντεῦθεν cum MA
673	ἐρρέτω cum M, in quo superscr. γρ. ἐρπέτω ††	ἐρπέτω cum A
1181	ἡ γοργολόφας cum ΜΑΘ ††	ἡ γοργολόφα c'
Banarum:		
18	πλείν ἢ ἐΐαυτῶ cum M (΄νιαυτῶ A)	πλήν ἡνιαυτοῦ ††
83	ἀπολιπών μ' ἀποίχεται cum MA †	ἀπολιπών μ' οἶχεται
236	ἔχω cum M	γ' ἔχω cum A praef.
473	ἑκατοντακέφαλος cum M, qui ἡκατον- praebet †	ἑκατογκέφαλος cum A r. Cf. B. Kœil in Hermae vol. XXXVIII, 1903, p. 140.
505	κατερικτῶν cum MA praef.	κατερικτῶν
526	διανοή cum MA	διανοεῖ cf. supra Eq. 299.
536	αὐτὸν cum A	αὐτὸν cum M ††
537	ἑστάναι cum MA	ἑστάναι ††
585	τύπτῃς cum U †† (De οι, η, ει confusis cf. supra p. 21 ad Vp. 1458)	τύπτοις cum MA
711	ψευδονίτρου cum A	ψευδολίτρου cum M r. Cf. Phot. lex. p. 227, 23 λίτρον, οὐ νί- τρον, Ἀττικοί. οὕτως Ἄριστο- φάνης, Phryn. p. 305, Moer. p. 246.
991	κάθηνται cum A	κάθηντο cum M, unde καθήντο Brunckius.
1068	περὶ SABCE cum M (De περὶ et παρὰ commutatis cf. p. 12 ad Eq. 56)	παρὰ cum A editores proba- verunt, nisi quod Kockius in Nb. ed. IV. 1898 dubitanter

vss.

S

RV

adnotavit: περι? Quod equidem praefendum duco exemplis, quae Kockius in adnot. conguessit, et Zacheri verbis in Ar. St. p. 11 ad Eq. 56 περιδραμῶν collatis. Iam Piersonus in Moer. lex. p. 416 in nota ad v. χιτωνικός praepositionem περι probavit.

1164 ἐλήλυθε cum MA

ἐλήλυθεν praef.

1372 πλέων cum MA

πλέον ††

1432 ἦν cum MA

ἦν R, ἦ (sic) V ††

Nubium:

74 κατέχεε cum M†

κατέχεεν cum A

88 τὸν αὐτοῦ τρόπον cum M ††

τοὺς αὐτοῦ τρόπους cum A

130 κινδαλάμους cum M, unde Brunckius Atticum κινδαλάμους restituit. Cf. Moer. p. 360 ibique Piersoni notam.

κινδάμους cum A†

131 στραγγεύομαι cum MA

στραγγεύομαι †† Solitum mendum. Cf. Nb. 133 VM βάλ' pro βάλλ', 145 RV ἄλοιτο pro ἄλοιο, Pl. 307, 314, Pc. 643, Ra. 257, multos alios locos.

335 ἐπόιουν cum MA

ἐπόουν (V sec. Herw.)†

371 ἐχρῆν (γ' ἐχρήν M)†

χρῆν cum A

733 οὐδὲν ἔγωγε cum MA†

οὐ δῆτ' ἔγωγ'

800 τῶν cum MA

om. R†, καὶ V ††

813 ἐτέρως cum Δ, aliis deterioribus Blaydesii codd.; gl.

ἕτερα cum M, i. e. ἕτερα, quod A praebet.

845 πότερον cum MA

πότερ' ἂν ††

861 πειθόμενος cum Δ

πειθόμενος cum MA ††

vss.	S		RV
876	*καίτοι cum MA		καίτοι γε ††
960	αυτοῦ cum MA		αὐτοῦ ††
967	βόημα cum M (βόαμα S ^E)		βόαμα cum A praef.
969	ἐντειναμένους cum MA		ἐντυναμένους R sec. Herw. ἐντηναμένης vel ἐντηνομέ- νης V sec. Blayd. (Herw.) } † nihil adnotat).
975	ἀνισταμένους } cum MA	} Utraque lectio spennen- da. Προ- νοῆσαι enim praecedenti ἔυμψῆσαι originem de- bet; ἀνισταμένους autem a grammaticis in nume- ro singulari haerentibus male scriptum est. Simi- les a numero plurali ad singularem transitiones multifariam apud Aristo- phanem comparent, e. g. in Th. 797–98, Ra. 1075 sqq., Vp. 553 sqq., 565 sqq., Ls. 358 sqq.	ἀνιστάμενον
975	προνοῆσαι } cum MA		προνοεῖσθαι
976	καταλείπειν cum MA		καταλιπεῖν †
1001	βλιτομάμμαν cum M (-μά- μαν A)		κλιτομάμαν †† litteris minus culae formae commutatis.
1006	λευκῶ cum MA		om. †
1047	*c' ἔχω μέσον λαβῶν cum nonnullis Blaydesii de- terioribus codd.		ce μέσον ἔχω λαβῶν (λαβῶν ἔχι γ' MA)
1110	οἶαν cum MA		οἶον e v. 1109 perperam re- petitum.
1228	πω τότ' cum AΘ dett. quibusdam codd.		πώποτ' cum M ††
1235	κἄν προσκαταθείην cum MA		καὶ προσκαταθείην (R, προ- V) ††

vss.	S	RV
1256	*προσαποβαλείς cum MA	καὶ προσαποβαλείς R, καὶ προσαπολείς V
1277	*προσκεκλήσεσθαι γέ μοι cum MA	προσκεκλήσεσθαι μοι δοκεῖς
1376	κάπετριβεν cum MA et <i>schedula vetustissimi codicis a Reitzensteinio in Hermae vol. XXXV, 1900, p. 602 sqq. edita.</i>	κάπέθλιβε (-εν V) ††
1473	οἴμοι cum MA	ωἴμοι R sec. Herw. ὤμοι V ††

Plati:

172	τὰς cum MA	om. †
185	ἐπικαθίζηται SABV cum M. Sed recte ἐπικαθέζεσθαι S. in adnot.	ἐπικαθέζηται cum A
244	ἔπεσον cum MA †	ἔξέπεσον
255	*ὡς ὁ καιρὸς cum MA	ὡς (R, οὐ γὰρ V) καιρὸς
301	ἡμέρον cum MA	om. †
314	ὡς Ἄριστος SBEV Med. cum M †	Ἄριστυλλος (-τυλος V) cum A
329	οὔνεκα cum MA. Cf. de hac particula ad Nb. 511 p. 26 sqq.	εἵνεκα
401	ποιῆσαι νῶ cum M corr. A	ποιῆσαι (R, ποιῆσω V) νῶν ††
423	Ἐρινός cum MA ††	Ἐρινός
581	*γνώμαις cum M corr. (λήμαις S ^E pr.)	λήμαις cum A, sed γρ. γνώμαις in V.
635	λελάμπρυνται cum M ^a edd. probb.	λελάμπρυνται cum A
662	κατεκλίνομεν cum A ††	κατεκλίναμεν cum M
666	ὑπερηκόντισεν cum M. <i>Videsis ad Av. 1443 p. 20.</i>	ὑπερηκόντικεν (-σέν R) cum A ^κ <i>praeef.</i>
673	ἀθάργς cum M r. Cf. B. A. 351 sqq., Bl. A. C. Gr. p. 236 ad Pl. 673, schol.	ἀθάρας cum A †† sed recte ἀθάργς R in v. 683, rursus ἀθάρας in v. 694.

vss.	S	RV
	adnotationem ad h. v. Ἄττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ἦ ἀθάρας, ἢ δὲ κοινὴ διὰ τοῦ ᾠ ἀθάρας, quacum Suidas consentit.	
1093	ἐπίπτουν (ἐπιπτον S ^{AV}) cum MA †	ὑπέπιπτον. Vera forma est ὑπε- πίπτουν.

Avium :

245	κάμπτεθ' cum Ald. †† Littera μ male inserta est, ut in Eq. 493 R ἐπέγκαμψον pro ἐπέγκα- ψον, Ls. 688 Γ ἀμπελώσιν pro ἀπελ-, 920 R λάμβδα pro λάβδα, Pl. 729 RV ἡμιτύμβιον pro ἡμιτύβιον, Th. 1197 R συμβήνην pro συβίνην, Vp. 727 schol. κίμπωνας pro κίπ-, aliis locis. De hac re cf. G. Schulzii quaesti- onem in KZ. XXXIII, 1895, p. 366 sqq. et Meisterhans p. 84, 4.	κάπτεθ' cum M (-τεσθ' A)
257	καινῶν ἔργων cum M ††	καινῶν ἔργων τ' (καιν. τ' ἔργ. A)
649	ἔγωγε cum A ††	ἐγώ τε cum M
714	πέκτειν cum A, qui recte πεκτείν.	πέκειν cum M †
755	ἔστιν ἐνθάδ' cum M Ald. praef., ne ordo verborum ἐνθάδ' ἔστιν in v. 757 recurrat. Cf. eandem va- rietatem in v. 756 ἔστιν παρ' ἡμῖν et in v. 758 παρ' ἡμῖν ἔστιν.	ἐνθάδ' ἔστιν cum A

vrs.	S	RV
796	αὐ cum A Ald. r. Cf. v. p. 97 tractatum.	ἄν cum M
798	Διτρέφης cum M. Scribendum Διειτρέφης. Cf. Kockii adnot. in ed. III 1894 et Bechtel-Fick, Griech. Personenn. p. 98.	Διτρέφης cum A †† (sed Διτρέφης in v. 1442)
919	κατὰ S ^{VE} Med. cum M† haplographia.	κατὰ τὰ cum A
1079	σπίνουσι cum MA r. Cf. Phot. lex. p. 531, 10 Σπινός: διὰ τοῦ ἐνός ᾧ λέγουσιν. Ἄριστοφάνης Τατηνισταῖς et Herod. (ed. Lentz) p. 945, 17 sqq.	σπίνουσι R } †† πίνουσι V }
1381	λιγύμοχος varia lectio in Γ.	λιγύφογγος cum A; λιγύμουθος M, quod interpretamentum esse verae lectionis λιγύφογγος per se patet; eiusdemque farinae esse λιγύμοχος docet schol. RV: λιγύφογγος (-ον V) ἔφη διὰ τὸν μόχθον κτλ.

Vesparum :

655	παπίδιον cum BC r. Cf. v. 609 παππίζουσι	παπίδιον
668	περιπεφθεῖς cum BC	περιπεμφθεῖς ††
674	λαγαριζόμενον (S ^A , λαγαροζομ- ceteri) cum BC Ald. Veram huius verbi formam esse λαγαρίζεσθαι Meinekius in FCG. 2, 313, VI monuit.	λαγαριζόμενον
741	κούδεν cum BC	καὶ οὐδέν †
1474	πράγματα cum BC	τὰ πρ. †
1481	διορχησόμενος cum Ald.;	διορχησάμενος

soniana; nam praeterquam quod sensui sic optime consultitur, facile γ' αὐτ' in τοῦτ' abire potuit.

In v. 1047 ἐπίσχεσ· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἀφυκτον RV positionem verborum σε μέσον ἔχω λαβὼν habent, S σ' ἔχω μέσον λαβὼν. Utraque scriptura metro accommodari potest; sed cum prava sit constructio verborum in RV, non dubito cum G. Hermanno, Meinekio, Kockio, aliis lectionem S deterioribus quibusdam quoque codicibus adservatam praeferre. Μέσον enim cum participio λαβὼν coniungendum est, ut verborum constructio grammaticè sic intellegatur: ἔχω σε ἀφυκτον, μέσον λαβὼν.

In v. 1256 προσαποβαλεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δῦδεκα S—MA προσαποβαλεῖς ἄρ' exhibent, R καὶ προσαποβαλεῖς ἄρ', V καὶ προσαπολεῖς ἄρ'. Proficiscamur a scriptura V G. Hermanno probata. Quae quamquam quadamtenus commendatur v. 1181 ἀπολοῦς' ἄρ' αὐθ' (scil. τὰ πρυτανεία) οἱ θέντες, tamen cum Dind. Bergk. Mein. aliis προσαποβαλεῖς ἄρ' scribere praestat. Nam particula καί, quae hoc loco Latinum "etiam" valet, cum ad αὐτὰ referenda sit, ante ipsum pronomen, non ante verbum ponenda erat. Praeterea numeri lectionis καὶ προσαποβαλεῖς ἄρ' anapaesto dactylum excipiente ferri non possunt. Nulla vero offensio est in verbis προσαποβαλεῖς ἄρ' coniunctione καὶ omissa. Cf. similes locos in Nb. 1181 ἀπολοῦς' ἄρ', Ach. 325 δῆξομαρ', 336 ἀπολεῖς ἄρ', Ls. 452 γνῶσθεσ' ἄρα, Pc. 532 κλαύσαρα, Ec. 668, Th. 248, 916, Pl. 876, aliis vss.

In v. 1277 sqq. cū δὲ νῆ τὸν Ἑρμῆν προσκεκλήσεσθαί γ' ἐμοί, εἰ μάποδώσεις τάργυριον in RV pro προσκεκλήσεσθαί γέ μοι (S—MA) legitur προσκεκλήσεσθαί μοι δοκεῖς. Scripturam S—MA veram esse patet, nisi quod pro γέ μοι rectius scribitur γ' ἐμοί. Agitur enim de re futura, ut ex apodosi εἰ μὴ ἀποδώσεις τάργυριον elucet. Corruptela autem in RV errore librarii finem v. 1276 bis transcribentis aut in vecto interpretamento δοκεῖς effecta est. Atque lectio S—MA scholiis confirmatur, quae lemmati προσκεκλήσεσθαί hanc addunt adnotationem: ἀντὶ τοῦ διὰ μαρτύρων ἀχθήσεσθαί, εἰς τὸ δικαστήριον κληθήσεσθαί. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ δοκεῖς. Ex quo apparet verbum δοκεῖς semel a comico adhibitum esse, in fine scilicet v. 1276: σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.

In Pluti v. 255 ἴτ' ἔγκονεῖτε σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, R metro invito articulum ὁ omisit. Ex verbis autem V οὐ γὰρ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν Meinekius in Vind. Ar. p. 210 οὐ γὰρ καιρὸς ἔστι μέλλειν restituendum esse putavit, cum offendi sese diceret articulo in lectione S—MA ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν. Quam ferri posse concedit forma μέλλει pro μέλλειν reposita. Neque vero intellego, quid offensionis ὁ καιρὸς praebeat. Similes enim inveniuntur constructiones in Th. 661 ὡς ὁ καιρὸς ἔστι μὴ μέλλειν ἔτι, Soph. Oed. R. 1050 κημήναθ', ὡς ὁ καιρὸς ἠύρησθαι τάδε, Aesch. Choe. 706 ἀλλ' ἔσθ' ὁ καιρὸς. Verbum autem ἔστιν post καιρὸς, ὥρα, χολή, κίνδυνος, εἰκός, ἀνάγκη, alia similia vocabula saepe omitti satis nota res est. Itaque cum Bergkio, Blaydesio, Velseno, aliis scripturam S—MA tuentibus facio vel eo commotus, quod illud οὐχὶ, pro quo Meinekius ἔστι scribere vult, in omnibus codicibus invenitur; quamquam non infitior locutionem ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν insolentem esse; est enim βραχυλογία, quam sic interpretari licet: ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ τοιοῦτος οἶος μέλλειν.

In v. 581 ἀλλ' ὦ Κρονικαῖς λήμαις ὄντως λημῶντες τὰς φρένας ἄμφω S—M corr. γνώμαις praebent, RV λήμαις addito γρ. γνώμαις V. Multi loci eiusmodi occurrunt, ubi V in mg. scripturam aliorum librorum commemorat. Videsis Pl. 1110 ^{γνώμαις} p. 40 tractatum. Similiter atque aliis locis in archetypo λήμαις scriptum fuisse suspicari licet. Quarum lectionum utraque etiam scholiastae Ald. praesto fuit, qui ἀντὶ δὲ τοῦ γνώμαις γράφεται λήμαις adnotavit addita explicatione vocis λήμη, quam et in schol. RV et apud Suidam invenies. Ceterum cf. de locutione proverbiali Κρονικαὶ λήμαι Suidam et Hesychium s. v. et Paroem. Gr. I p. 263 (Diogen. V 63).

Caput IV.

§ 10.

Pergamus ad Suidae proprias scripturas. Quas non omnes proferemus, cum et longum neque operae pretium esse ducamus, unamquamque earum Suidae voluntariarum mutationum enumerare, ubi additis vel omissis nonnullis vocabulis vel verborum ordine immutato et permutato deformatum depravatamque versum in schedas suas recepit. Ut paucis delibatis exemplis lexicographi summam libidinem atque licentiam illustrem: Suidas s. v. τριβή verba οὐκ ἄχαρις ἐς τὴν τριβὴν ex Av. 156 proferens ante οὐκ ἄχαρις de suo infersit οὗτος μὲν οὖν, vel s. v. πραγματοδίφης verba Av. 1423—24 ὦ μακάριε τῆς τέχνης· καὶ πραγματοδίφης sic transposuit: καὶ πραγματοδίφης. ὦ μακάριε τῆς τέχνης; eiusdemque farinae sunt Vp. 668 s. v. περιπεφθεῖς: τούτοις τοῖς ῥηματίοις περιπεφθεῖς, ἄρχειν αἰρεῖ καυτοῦ pro codicum lectione ἄρχειν αἰρεῖ καυτοῦ τούτοις κτλ., Ra. 1280 s. v. βουβωνιῶ: βουβωνιῶ γὰρ τῷ νεφρῷ ὑπὸ τῶν κόπων pro ὑπὸ τῶν κόπων γὰρ τῷ νεφρῷ βουβωνιῶ. Iam igitur singulos locos enotemus:

vss.	S	RV
	Equitum:	
4	ἀφ' οὐ; cf. Bueng. p. 29.	ἐξ οὐ
9	πενθήσωμεν gl.; cf. Bueng. p. 33.	κλαύσωμεν
48	ἐθώπευεν †	ἐθώπευ'
49	τῆσι ††; cf. Bueng. p. 31.	ἄκροισι
56	πανουργοτάτως †	πανουργότατά πως
57	αὐτὴν ††	αὐτὸς
104	ταῖς θύραις ††; cf. Bueng. p. 31.	ταῖσι βύρσαις
192	ἐστὶν †	ἔτ' ἐστὶν

vss.	S	RV
254	ἔφυγεν	ἔφυγεν †
257	βοηθεῖθ' †	παραβοηθεῖθ' (-θεῖθ' R)
258	πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεσθείς †	τὰ κοινὰ πρὶν λαχεῖν κατεσθείς
259	διασειῶν gl.; cf. Bueng. p. 29.	πέζων
272	εἰ δ' ἐκκλίνει (ἐκκλῖνοι S ^A , ἐνκλίνει S ^V) †	ἦν δ' ἐκκλῖνη R † ἦν δ' ὑπεκκλῖνη V
278	ἠδείκνυμι r. Cf. Bueng. p. 26.	δείκνυμι
292	ἀσκαρδάμυκτον S ^{ABE}	ἀσκαρδάμυκτος r. Cf. Z. Ar. St. p. 45.
372	κατασκευάσω † Suidasse-cundum senioris Graecitatis usum comico composita inculcavit, ubi codices nostri simplicia exhibent, e. g. in Ra. 79 διακωδωνίω pro κωδωνίω, Nb. 126 κατακείσομαι pro κείσομαι, 465 ἐπόψομαι pro ὄψομαι, 1276 κατασεεῖσθαι pro σεεῖσθαι, Ach. 1082 διαμάχεσθαι pro μάχεσθαι, Ls. 896 διαφορουμένης pro φορουμένης.	σκευάσω
379	ἐκκοψόμεθα † †	κέψομεθ' (-ώμεθ' V)
382	καὶ πυρὸς ἕτερα †	πυρὸς ἕτερα
397	ὁ δὲ †	ὡς δὲ
400	εἰ μὴ σε †	εἴ σε μὴ
419	ὄρατ' ἄρα S ^{AVBE} Med. † †	ὄραθ' ὦρα
502	ἦξει ex v. 497 huc mi-gravit. Cf. Bueng. p. 34.	ἔλθοις
511	γενναίως comissa καὶ S ^{AVE} Med. † (add. καὶ S ^B)	καὶ γενναίως

vss.	S	RV
521	κατὰ τῶν ἀντιπάλων † (κατὰ interpretamentum; cf. schol. κατὰ τῶν ἀντα- γωνιστῶν.)	τῶν ἀντιπάλων
522	δ' ὑμῖν om. †	δ' ὑμῖν
538	ἡμᾶς SAB Med. ††	ὑμᾶς
542	χρή †	χρήναι
546	ἀποπέμψατ' †	παραπέμψατ'
570	ἠρέμησε SA (ἠρήμησε S ^v) ††	ἠρίθμησεν (idem SCB ^z)
602	ῥυππαπαῖ e schol. in- vectum. Cf. Bueng. p. 32.	ἰππαπαῖ
635	κόαλεμοι s. v. κόαλεμος cum schol. V. Recte; cf. Z. Ar. St. p. 100.	κόβαλοι (idem S s. v. Σκίταλοι.)
792	ἐν πιθάκναις †	ἐν ταῖς (ταῖς V) πιθάκναις
796	ῥοθοπυγίζων ex inter- pretatione ortum. Cf. Bueng. p. 33.	ῥαθαπυγίζων
803	καθοράται ††	καθορᾶ σου
807	αὐτῶν ††	αὐτὸν
835	Ξ †	τετταράκοντα
844	ἐμοὶ δὲ τοιοῦτον ἔργον ἔστ' εἰργασμένον †	ἐμοὶ γὰρ ἔστ' εἰργασμένον (ἐργ-R) τοιοῦτον ἔργον
889	τοῖς τρόποις †	τοῖσιν (τοῖς V) τρόποις
889	χρῆσμαι †	χρῶμαι R, χρώμενος V ††
1130	ταπεινώσας gl. Cf. Bueng. p. 32.	ἄρας
1159	τούτον †	τουτονὶ
1252	οὐχὶ ††	οὐκ ἄν
1274	λοιδορεῖσθαι ††	λοιδορῆσαι
1277	ἄνδρὸς om. †	ἄνδρὸς
1312	ἐπὶ † ortum propter pro- ximum ἵπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν.	εἰς
1321	ἀπεψήσας ††	ἀφεψήσας

vss.	S	RV
1378	συνεριστικός (S ^{AC} , συνε- ριστικός S ^{BE} , συνεριστι- κῶς S ^V) s. v. Φαίαξ.	συνερκτικός (idem Ss. h. v.) Din- dorffius συνεριστικός e schol. re- stituit.

Banarum:

33	ἐγὼ οὐκ r. Sic in Eq. 1021 Aristophanis VA alii, ἔγω γ' οὐκ RM ² .	ἐγὼ γ' οὐκ. Littera γ' e scrip- tura ἐγὼ ^γ οὐκ (i. e. ἔγω' οὐκ) male inserta.
79	διακωδωνίω †	κωδωνίω
89	ἐτ' ††	ἕτερ'
102	ἰδίᾳ ἢ ἄνευ. Vetus est varietas scripturae; ut in Aristophanis Parisino A ἄνευ ἰδίᾳ traditum est, sic in eo, quo Suidas usus est, ἢ ἄνευ codice ἰδίᾳ fuit.	ἰδίᾳ V, ἄνευ R
134	δύο r. De hac forma apud dual. cf. Schanzi praef. Platon. vol. VII § 10.	δύω
146	κῶρ ἀείνω	κῶρ ἀεὶ νῶν R } †† κῶρ' ἀείναον V }
149	ἠλόησεν r. Cf. Kockium ad h. v.	ἠλοίησεν
153	πυρρίχην ἔμαθε τὴν Κι- νησίου †	τὴν πυρρίχην τις ἔμαθε τὴν Κινησίου
263	πάντως νικήσεις verbo νικήσεις ex interpreta- tione perperam in tex- tum illato. Cf. schol.: ἔξωθεν δὲ προσληπτέον τὸ νικήσεις.	πάντως
320	γοῦν om. †	γοῦν (οὖν V)
320	ὥσπερ	ὄνπερ praef.
429	τὸν †	τοῦτον τὸν V τοῦτονι τὸν R †

vss.	S	RV
618	ἐν πίνακι †† s. v. βασανί- ζειν. — At ἐν κλίμακι s. v. κλιμακίζειν.	ἐν κλίμακι
619	δαίρων †† s. v. βασανί- ζειν. — At δέρων s. v. κλι- μακίζειν.	δέρων
680	περιβρέμεται SAC cum schol. ad v. 93 †† s. v. χειδόνων. — At ἐπιβρέ- μεται s. v. φιλοτιμότεραι.	ἐπιβρέμεται (v. h. apud Suid. e male lecto compendio prae- positionis ἐπι nata.)
684	ὡς ἀπόλοιτο κἄν ἴσαι ψῆφοι γένωνται. Gl. est φῆφοι.	ὡς ἀπολείται κἄν ἴσαι γένωνται
800	σύμπυκτα SABV, σύμ- πηκτα SCE Med. recte, nisi quod cum Aristoph. M ξύμπηκτα scrib. S sub- stant. πλαίσιον s. h. v. verbis τὸ ἐκ ξύλων τετρα- γώνων πῆγμα explicat.	σύμπυκτα R ξύμπυκτα V
807	οὐ γὰρ — συνέβαιεν †	οὔτε γὰρ — συνέβαιν'
888	*ἐπίθεε καὶ cὺ δὴ λιβα- νωτὸν	ἐπίθεε καὶ δὴ cὺ λιβανωτὸν λαβῶν R, ἐπίθεε λαβῶν δὴ καὶ cὺ λιβανωτὸν λαβῶν V in ras. sed. a pr. m. sec. Velsen.
943	δοῦς †	διδούς
988	τάς ††	τῆς
1000	τοῖς ἰστίοις	τοῖς (τοῖαν V) ἰστίοιαν †
1068	ἰχθύας †† Cf. Croenert Memor. Gr. Herc. p. 174, 1.	ἰχθύς R corr., ἰχθύς V
1073	εἰ μὴ ††	ἀλλ' ἦ
1089	ὥστ' ἀπαφauάνθην SACB Med. (ἐπαφ- S ^V , ἐπεφ- S ^E)	ὥστ' ἀπαφauάνθην V, ὥστ' ἐπ' ἀφauάνθην R. Fritzschius in comment. p. 352 ὥστε γ' ἀφauάνθην Bergk., Kock., Vels. aliis probantibus.

vss.	S	RV
1247	τοὺς ὀφθαλμοὺς S ^{AVBE} ††	τοῖσιν ὀφθαλμοῖς
1332	ὄρφνη	ὄρφνα praef.
1504	τοῦτο †	τουτὶ

Nabium :

58	*δεῦρ' ἴθ'	δεῦρ' ἔλθ' R, δεῦρ' V
62	*δῆτ'	δ' ἦντεῦθεν R δῆν ἐντεῦθεν V
126	κατακείομαι †	κείομαι
157	*ἔχοι (S ^{AC}) περὶ ἐμπίδος (περὶ τῆς ἐμπίδος S ^{BC} , ἔχει τὰς ἐμπίδας S ^E , qui inter vss. περὶ τῆς ἐμπίδος)	ἔχοι τὰς ἐμπίδας
215	*μέγα	πάνυ R, πάλιν V
320	Ζητῶ (Ζητῶν S ^A) ††	Ζητεῖ
365	τὰ δ' ἄλλα †	τὰλλα δὲ
372	τῷ νῦν λόγῳ	τῷ νυνὶ λόγῳ †
460	*ἔξων	ἔξεις R ^{ων} ἔξεις V m. pr. sec. Herw.
465	ἐπόψομαι †	ὄψομαι V, ὄψομ' R †
550	ἐμπηδῆσαι †	ἐπεμπηδῆς'
703	ἐμπέτης † ex interpreta- tione schol.	πέτης
774	μοι διαγέγραπται †	διαγέγραπταί μοι
813	πως om. †	πως
813	τὰ πολλά †	τὰ τοιαῦθ'
832	ἐς τοσοῦτον μανιῶν † s. v. χολῳῖν. — At s. v. μανιῶν praebet ἐς τοσοῦ- τον τῶν μανιῶν.	ἐς τοσοῦτον (-το R) τῶν μανιῶν
864	*ὄτ'	τούτου
869	τῶνδε S ^{ACV} †	τῶν ἐνθάδε
973	βαδίζοντας, sed interpre- tatur quod S ^E praebet, καθίζοντας, verbis tout- έστιν, εὐκόσμως καθεσθῆ-	καθίζοντας (-τος V)

vss.	S	RV
	ναι (pro καθῆσθαι). Litterae β et κ minusculae formae a librariis commutatae ut in Nb. 1001 RV κλιτομάμαν pro βλιτομάμαν.	
1147	δεῖ gl. Cf. Pl. 216, ubi similiter R ² V δεῖ pro χρῆ et Ra. 1008, ubi R δεῖ pro χρῆ.	χρῆ
1215	ἦν τότε' εὐθὺς †	εὐθὺς ἦν τότε
1216	χρήσαντά με (μῆ S ^{AC} , με μῆ S ^B) e scholiis: χρήσαντα πράγματα ἔχειν in- vectum.	non habent
1218	ἔλκω σε (ἔλκωσι S ^{BV}) κλητεύοντα	ἔλκω c' ἐκκλητεύοντα R } †† ἔλκω c' ἐγκλητεύοντα V }
1252	οὐκ ἂν ἀποδοίης ex initio v. 1250 οὐκ ἂν ἀποδοίην originem duxisse videtur.	οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις r. Cf. Blaydesii adnot. ad h. v.
1276	κατασεεῖσθαι †	σεεῖσθαι (idem S ^B)
1499	*καὶ (om. γὰρ)	γὰρ (om. καὶ)

Plati:

77	ἦ ab editoribus Kuesterum secutis iure receptum. Cf. schol. V ad Vp. 1074: τὸ δὲ ἦ ἀντὶ τοῦ ἦν Ἀττικόν, ὡς τὸ "ἦ παρεσκευασμένος" ἐν Πλούτῳ, schol. ad Vp. 1091, Δv. 1363. Videsis etiam Blaydesii comment. p. 148 ad. h. v.	ἦν
144	ἔνεστι S ^{AB} ††	ἐστι

vss.	S	RV
150	τις αὐτάς † (αὐτάς τις S ^E) s. v. πειρώων. — Ατ αὐτάς τις s. v. ἡταίραι Κορ.	αὐτάς τις
528	δάπιςιν	δάπια R corr. ut vid. ex δ' ἀπὶ αὐτῶν, δάπια V †† φάτ' εἶναι. Lineam invasit φάτ' a grammaticis ἐλλείψεως inter- pretandae gratia additum.
550	εἶναι	
627	Θησειοῖσιν S ^{ABVE} Med. †	Θησειοῖς
675	ἀφερπύσαι †† (ἐφ- S ^E)	ἐφερπύσαι
801	*τῶν ἰσχάδων S ^{ABV}	τὰς ἰσχάδας
1085	πιεῖν (S ^{BV} , πδῖ sic S ^A sec. Bernh. = παίειν) ††	πίνειν
1086	κομιδῆ om. †	κομιδῆ (-δῆ V)
1167	ἐπι†† ex v. 1168 illatum.	ἐν •

Avium :

109	θάτερον ††	θατέρου
134	ποτ' praef.	τότε γ'
134	δτ' †	δταν
149	οικίζετε	οικίζετον r. propter dualem ἐλ- θόνθ' in proximo v.
190	οἱ ἄνθρωποι τοῖς θεοῖς †	ἄνθρωποι θεοῖς
191	φέρωσι φόρον †	φόρον φέρωσι
244	πρὸς ††	παρ'
265	ἐς om. †	ἐς
275	χρόαν (χόαν S ^{BE})	χώραν r. Cf. schol., unde appa- ret lectionem S ex gramma- ticorum interpretatione ortam esse.
315	πάρει Interpretamentum a grammaticis additum propterea, quod deside- ratur verbum, quo enun- tatum τίνα λόγον — ἔχων regatur.	om.

vss.	S	RV
336	*ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους ὑστερος λόγος.	πρὸς μὲν οὖν (οὖν om. V ¹) τὸν ὄρνιν ἡμῖν ἔστιν ὑστερος λόγος.
521	πνα †	τι
655	διατραγόντες ἔστων ††	διατραγόντ' ἔσεσθον
717	πρὸς ἔργα τράπεσθε. Substant. ἔργα ex adnot. schol. οὕτως ἐπὶ τὰ ἔργα χωρεῖτε.	πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε
719	νόμιζε † s. v. ὄνον ὄρνιν. — νομίζοντες † s. v. οἰωνοί. — νομίζετε s. v. ὄρνις r.	νομίζετε
719	ὄσα περὶ μαντείας † haplographias. s. v. ὄνον ὄρνιν. — ὄσα μαντείας †† s. v. ὄρνις. — ὄσαπερ περὶ μαντείας s. v. οἰωνοί r.	ὄσαπερ περὶ μαντείας
732	χορείαν † s. v. πλουθυγίαν. Praecedenti eὐδαιμονίαν originem debet χορεία ν. — χοροὺς s. v. γάλα.	χοροὺς
740	*νάπαισι κορυφαῖς τ' ἐν ὄρειαις	νάπαισι κορυφαίσι (V sec. Herw.) τ' ἐν ὄρειαις
750	ἀπεγεύετο gl. S ^A , ἀπογεύετο S ^{BE} , ἀπογεύετω S ^{Med.} , ἀπελέγετο S ^{CV}	ἀπεβόσκετο
796	*αὐ κατέπτατο	ἄν καθέζετο
825	ἀλαζονευόμενος	ἀλαζονευόμενοι verum esse e schol. apparet.
829	alterum ἄν om. †	habent
1078	*ζῶντα αὐτὸν ἀγάγη	ζῶντ' ἀγάγη
1096	ἡλιομανής	ὑφ' ἡλίω μανείς V } † gl. ὑφηλιομανής R }
1111	εἶτα βούλησθ' ἀρπάσαι π †	εἶθ' ἀρπάσαι βούλησθέ τι (βούλησθ' ἔτι V sec. Herw.)

vss.	S	RV
1113	προηγορεῶνας (προγ- S ^A) †	πρηγορεῶνας ab editoribus in πρηγορῶνας contractum. Cf. alia verba similiter formata in Kockii adnot. ad h. v. (ed. III 1894).
1115	ἐὰν μὴ ἡμᾶς κρίνητε νι- κᾶν ex schol. ad v. 1114 ἐὰν δὲ μὴ ἡμᾶς κρίνητε νικᾶν innectum.	ὡς ὑμῶν δεῖ ἂν μῆνην (μῆνην:B) ἔχη
1127	ἀμφοτέροι κομπαταί in- terpretationis loco in- sertum.	om.
1239	δειλὰς †† s. v. μάκελλα. — δεινὰς s. v. μῶρά μοι	δεινὰς
1432	κύγνηθι μοι gl.	τί γὰρ πάθω
1473	ἔστι τι †† dittographia.	ἔστι γὰρ
1477	δεινὸν ††	δειλὸν
1478	τοῦτο μὲν οὖν ἦρος αἰεὶ (αἰεὶ S ^{ACE}) †	τοῦτο μὲν ἦρος αἰεὶ. Bentleius edd. probb. metri causa post τοῦτο articulum τοῦ addidit, qui propter syllabam το facile excidere poterat.
1480	τοῦτο δὲ †	τοῦ δὲ
1519	ὡςπερ ἐν Θεμοφορί- οις ††	ὡςπερὶ Θεμοφορίοις (-οῖσι V sec. Herw.) r. Cf. similes locu- tiones in Blaydesii comment. p. 422 ad h. v. congestas.
1563	τοῦ καμήλου ††	τῆς καμήλου
1615	βαβακατρεῦ †† "Appa- rent vestigia corrupti- onis in ipso κ, id est ιc." Bernhardt.	ναβαικατρεῦ
1620	μικητία	μικητίαν †† Quod Dindorfius praepositione διὰ subaudita tueri frustra conatus est.

vs.

S

RV

Vesperum :

349	κιτῶμαι ††	κιτῶ
454	οὐκ ἐς †	οὐκέτ' ἐς
455	τε †	om.
504	δι γ. s. v. εἰ καὶ νῦν. — ὀπιή † s. v. ὀρθοφοιτο-	ὀπιή R } δι ἢ V } †
610	ἐπιθωπεύσαν ††	ὑποθωπεύσαν
656	πρῶτα †	πρώτον
656	ὑπὸ χειρὸς ††	ἀπὸ χειρὸς γ. Cf. Blaydesii comment. p. 301 ad h. v. et Bl. A. C. Gr. p. 314 ad Vr. 656.
713	*πέπονθ'	ποθ'
795	γὰρ κατεψείς (-ῆς S ^c) ††	γούν καθέψει
1035	καμίνου †† interpolatum ex depravato καμίλου	καμήλου
1066	καὶ τῶνδε ††	δεῖ τῶνδε
1264	ἴωμεν ἤδη. Glossema est ἤδη αὐτ̄ pro ἄγε νυν αὐτ̄ pro δὴ in v. 1265 in- vectum.	ἄγε νυν ἴωμεν. Eadem locutio in Pc. 851.
1270	ἥπερ (εἶπερ S ^{BE} Med.) ††	ἥπερ V γ., ἥπερ (sic) R
1274	τοῖς Θετταλοῖς S ^B Med. ††	τοῖς Θετταλῶν (idem S ^{ACVE})
1301	ἵππολυτος	ἵππυλλος γ. Cf. Blaydesii ad- not. ad h. v.
1304	ἐπέπλητο (ἐπέπληστο S ^{BE} Med.) ††	ἐνέπλητο
1461	μετέβαλον (-έβαλλον S ^B Med.) ††	μετεβάλλοντο

Pacis :

47	ὡς Κλέωνα — αἰνίττεται. De ὡς et ἐς inter se commutatis cf. Pl. 242 p. 37 tractatum.	ἐς Κλέωνα — αἰνίττεται γ. Cf. Eq. 1085 ἐς τὴν χεῖρ' — ἠνίξατο.
62	ποθῶν †	ποθ' ἡμῶν

vss.	S	RV
119	οὐκ ἔχω εἰπεῖν ex Euripidis fr. 15 δοξάσαι ἔστι, κόραι· τὸ δ' ἐτήτυμον οὐκ ἔχω εἰπεῖν a schol. allato.	ἄχθομαι ὑμῖν
121	ἔνδον †	ἔνδον δ'
121	μῆ †	μηδὲ
162	ρίν' †	τὴν ρίν'
172	τὸν †	τὸν σὸν
182	*ὦ μιὰρὲ S ^{ACVB} , ὦ βδελυρὲ καὶ τολμηρὲ S ^{Med} , ὦ μιὰρὲ καὶ τολμηρὲ S ^E	ὦ μιὰρὲ καὶ τολμηρὲ
243	ὡς om. †	ὡς
277	τυγχάνει om. S ^{AVBE Med} †	τυγχάνει
278	ἔστι νῦν † s. v. ἀλλ' εἴ τις. — νῦν ἔστιν s. v. Σαμοθράκη	νῦν ἔστιν
368	*πυρὸν	τυρὸν
415	*παρέτραγον	παρέτρωγον
496	ἐν ἡμῖν r. Nam cum praeter chorum nemo adsit nisi Trygaeus et Mercurius, verba v. 496 ad ipsum chorum respicere debent.	ἐν ὑμῖν
537	χοὸς r. Cf. Th. 347 χοὸς R.	χοῶς
562	λιταργοῦμεν S ^{AVBE Med} †	λιταργειοῦμεν (i. e. λιταρῆ-)
631	βαλόντες †	ἐμβαλόντες
640	τὰ Βρασίδα (S. v. Βρασίδα varia lectio haec: Βρασίδου S ^{AC} , Βρασίδου ^a S ^E , Βρασίδα S ^{BV})	τὰ Βρασίδου. Quam genitivi formam Buengerus p. 65 ad Th. 1153 iure defendit.
734	μέντοι †	μὲν
734	τε ††	τούς
747	τὸ νῶτον	τὸν νῶτον †
874	ἐν Βραυρῶνι †	Βραυρῶνάδ'
876	πρωκτοετηρίδα S ^{ACVE} †	πρωκτοεπεντετηρίδα

vss.	S	RV
959	δαλίον, r. Cf. Blayd. ad h. v.	δαδίον
1144	*ἄφρευε	ἄφραυε, sed ἄφρευε V in mg.
1309	ταῖν γνάθωιν	τοῖν γνάθωιν r. De forma duali τοῖν cf. Schanzi praef. Platon. vol. XII § 9.

Acharnensium :

vss.	S	R ceterique
23	ἄωριᾶ. Ut saepe ita hic quoque interpretationem schol. in lemma S misgrasse apparet ex adnot. Ald.: ἄωριαν· ἀντὶ ἄωριᾶ.	ἄωριαν
26	ἄθροι, sed ἄθροοι recte cum schol. legisse videtur, ut ex adnot. προπαροξύνειν δὲ δεῖ τὸ ὄνομα, καὶ δακύνειν τὴν πρώτην συλλαβὴν Ἄττικῶς evadit. Ceterum cf. Dindorfii notam a Blaydesio ad h. v. allatam.	ἀθρόοι
35	ἦδειν. De ἦδει(ν) cf. Lautensach, Grammat. Stud. zu d. griech. Tragikern u. Komikern, I 13 (Progr. Gotha 1896).	ἦδ' εἰ R ἦδει ACG, ἦδη BΔ } ††
58	τὴν ἀσπίδα ††	τὰς ἀσπίδας
64	φορήματος (φρονήματος S ^{BKV} , interpretatio vocis σχήματος.)	σχήματος
112	Σαρδιανικὸν †† s. v. ἵνα μή ce. — Σαρδιανικὸν s. vce. Σαρδῶ et βάμμα.	Σαρδιανικὸν R Σαρδανιακὸν ABΓ } †† Σανδανιακὸν CΔ } ††
115	γ' om. S ^{AC} Med. †	γ'
119	ἔξευρημένε	ἔξευρημένε ††

vss.	S	R ceterique
120	τοιόνδε δὲ s. v. Κλειθέ- νην. — τοιόνδε δ' ὦ r. eum Aristophanis eodd. BC s. v. Στράτων	τοιόνδε γ' ὦ (R, θ' ὦ ΔΓ). Par- ticula δ' requiritur; in priore enim v. μὲν subintellegitur.
121	ἔκκευαμένος falso s. v. Στράτων. — ἐκκευαμέ- νος s. v. Κλειθένην	ἐκκευαμένος
127	*οὐδέποτε ἴχει γ' ἡ θύρα	οὐδέποτε ἴχει θύρα R, οὐδέποτε γ' ἴχ' ἡ θύρα ΔΒΓΔ
138	τὴν Θράκην χιόνι πολλή††	χιόνι τὴν Θράκην ὄλην
140	ἡνίκα †	ὄτ' ἐνθαδὶ
144	ἔγραφον †	ἔγραφ'
144	Ἀθηναίοι (-ναῖοι S ^E) κα- λός S ^{AVBE} ††	Ἀθηναῖοι καλοὶ
158	ἀποτεθρίακεν	ἀποτέθρακεν RABrg. ἀποτέθρακεν ἄν B corr. Δ } †† ἄν ἀποτέθρωκεν Γ
171	διοσημία ἐστὶ, unde ab edd. διοσημία ἔπι resti- tutum.	διοσημί' ἐστὶ
258	μαθῶν ††	λαθῶν
273	τοῦ Στρυμοδώρου Θράτ- ταν ††	τὴν Στρυμοδώρου (Στρ. om. A) Θράτταν
301	*τοῖς ἵππεύουσιν εἰς κατύ- ματα.	τοῖσιν (τοῖσι C, τοῖς ΒΔ) ἵππεύ- οῦσιν ποτ' ἐς (ποτε B pr. Δ) κατ- τύματα (κατάμματα C)
343	τοῖς ††	ἔν τοῖς
391	ἄλλ' ††	εἴτ'
392	*οὐ προσδέξεται	οὐκ εἰσδέξεται
405	εἶπερ ποτ' †	εἶπερ δὴ ποτ' ΒΔ, εἶπερ πῶποτε' RAG editt. probatum. Cf. si- milem locum in Pc. 392 βοη- θήσωμεν, εἶπερ πῶποτε.
441	ὅσπερ p ^{raef.}	ὥσπερ
454	τάλας γε †† s. v. πλέκος. — τάλας (omisso γε S ^{AVBE})	τάλας γε RACG †† τάλας ce ΒΔ r.

vss.	S	R ceterique
	Med., γε habet S ⁹ † s. v. διακεκαυμένον	
454	τοῦ πλέκου †	πλέκου
475	ὦ Εὐριπίδιον γλυκύτατον, ὦ φιλάτιον. Elmsleius corr. Εὐριπίδιον, ὦ γλυ- κύτατον καὶ φιλάτων edd. probb.	Εὐριπίδιον γλυκύτατον καὶ φιλάτιον R Εὐριπίδιον ὦ φιλάτιον } † καὶ γλυκύτατον ABC
510	αὐτοῖς	καὐτοῖς r.
510	Ταινάρου ††	Ταινάρῳ (idem S ^A)
512	παρακεκομμένα e. v. 517 invectum.	διακεκομμένα R dittographia: ἀμπέ ΛΙΑ κεκομμένα, unde -λια in δια-. — κεκομμένα ceteri r.
532	νόμους ἐτίθει †	ἐτίθει νόμους
581	ἐλιγγῶ r. Cf. de hac voce Schanzi praef. Pla- ton. vol. VII § 1.	ἠλιγγῶ R, sed recte εἰλ- in v. 1218; ἰλιγγῶ ceteri.
610	*ὦν ἐνη (ὦν ἐν ἡ S ^{AV} Med.)	ὦν; ἐνη (sic) R, ὦν ἐν ἡ ceteri
671	Θασίαν κυκῶσι † haplo- graphia.	Θασίαν ἀνακυκλῶσι (-κῶσι scri- bendum)
684	οὐδὲν ὀρῶντες S ^{AVBE} Med.) †	οὐχ ὀρῶντες οὐδὲν
842	πημανεῖ †	πημανεῖται levi mendo pro πημανεῖ π. Cf. Blayd. ad h. v.
843	*ἐναπομόρξεται	ἐξομόρξεται
843	Πρέμις ††	Πρέμις
850	*οὐδ' ὡσπερ ὁ πονηρὸς	οὐδ' ὁ περιπόνηρος
916	*θρυαλλίδα	θρυαλλίδας
971	*εἶδες ὦ	εἶδες ὦ bis
991	ἐμέ	ἐμέ τε †
1032	τοῦ Σπιτάλου; littera c falso cum Πιτάλου con- iuncta.	τοῦ Πιτάλου RΓ corr. ††, τοὺς Πιτάλου ABCΓr. Δ
1082	διαμάχεσθαι †	μάχεσθαι
1099	δοὺς ἐμοὶ cum schol. R ad v. 772 ††	οἶσε, καί

vss.	S	R ceterique
1112	μίμαριν ††	μίμαρκυν (RBΔ, -κον AC ††)
1150	ψεκάδος s. v. Ἀντίμαχος. — ψεκάδα cum schol. legisse videtur s. v. ψεκάς	ψεκάδος BΔ †† ψακάδος RACΓ r. Cf. Th. 856 ψακάδος R, Pc. 121 ψακάς RV, 1141 ἐπιψακάζειν RV et Moer. p. 419: Ψακάς Ἀπτικῶς· ψεκάς Ἑλληνικῶς.
1153	ἀπολέσειεν †	ἐξολέσειεν
1155	ἄδειπνον ἀπέλυεν †	ἀπέλυεν ^{εν} (-αν Δ) ἄδειπνον ABCΔ ἀπέκλεισε δειπνῶν (i. e. δείπνων, ut schol. Ald. recte praebet) R. Quae lectio aut e glossemate aut "e coniectura orta videtur eius qui quid sibi vellet ἀπέ- λυσε non intellegeret", ut Bach- manni verbis utar. Qui in coni. observ. Ar. p. 10 scripturam Ald. ἀπέλυς' ἄδειπνον a Berg- kio receptam bene defendit.
1156	ἔτ' ἴδοιμι † s. v. τευθίδες (ἐπ- omissum propter ἔτ'). — ἔτ' ἐπίδοιμι s. v. ψεκάς	ἔτ' ἐπίδοιμι
1160	ἀρπάσας φάγοι †	ἀρπάσασα φεύγοι
1177	ἔρι'	ἔργ' ABCΓΔ ††, vers. om. R
1226	ὄδυρτή	ὄδυρτά RC r. ὄδύρτα BΓΔ } †† ὄδυρ (sic) A } ††
Iam in fine proferamus locos dialectum Megarenssem prae se ferentes :		
738	ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν Μεγαρική τις μηχανή	ἀλλ' ἔστιν γάρ μοι Μεγαρικά τις μαχανά

vss.	S	R ceterique
741	δόξῃτ' ἤμεν ἀγαθὰ σὺς (ubi legendum ἀγαθὰς σὺς)	δοξεῖτ' ἤμεν (ἡμὲν Γ, εἰμὲν C, ἡμες B) ἐξ ἀγαθὰς σὺς. Correc- tor B ἤμεν pro 1. pers. plur. habuit; quare Doricam termi- nationem μεσ interpolavit.
751	διαπεινώμεν ἀεὶ πρὸς τὸ πῦρ	διαπεινάμεσ ἀεὶ ποττὸ πῦρ
762	οὐκ εἰσβαλεῖτε, ὡς ἀρου- ραῖοι μύεσ	ὄκκ' ἐσβάλητε τὺς ἀρωραῖοι (ἀρουραῖοι R) μύεσ
763	ὀρύσσετε πασσάλῳ τὰς ἀγλίθασ	πάσσαι τὰς ἀγλίθασ (γλίθασ R) ἐΞορύσσετε
772	εἰ βούλει, περιίδου μοι περὶ θυμητῖδων ἀλῶν	αἰ λῆς, περιίδου (περιδοῦ ABCΓ) μοι περὶ θυματιδᾶν (θυμητῖδων R, θυμητιδᾶν Γ) ἀλῶν
786	δελφακουμένη	δελφακουμένα
787	ἔξει μεγάλην τε καὶ πα- χεῖαν κέρκον (gl. κέρκον)	ἔξει μεγάλην τε καὶ παχεῖαν κῆρυθρᾶν
813	τροπαλλίδος	τροπαλλίδος RABC τροπαλίδος ΓΔ
814	ἄν λῆς (om. SAVBE)	αἰ λῆς
860	ἴττω γ' Ἡρακλῆς, ἔκαμον τὰν τύλαν κακῶς	ἴττω Ἡρακλῆς ἔκαμόν γα τὰν τύλαν κακῶς
909	μικρός γε μήκος	μικκός (μικός A) γα (γε R) μάκος

Ecclesiastusarum :

vss.	S	RΓ
61	ὡσπερ gl.	καθάπερ
78	ἐκείνων τῶν σκυτάλων γ. Cf. Kuehniun, De codd. qui Ar. Ec. et Is. exhi- bent p. 24.	ἐκείνο τῶν σκυτάλων
129	ληρῶν gl. †	λαλῶν
161	οὐδ' ἄν ††	οὐκ ἄν
235	θάττον	μᾶλλον gl. esse ex adnot. Suidae θάττον ἀναπνοῆς· τάχιον, ἢ ἀντί τοῦ μᾶλλον apparet.

vss.	S	RG
276	περιστολίσετε ο schol. in textum irrepsit. Sed lem- ma recte ἐπαναβάλεθε.	ἐπαναβάλλετε (metri gratia -βάλεθε scribendum); cf. Sui- dae lemma.
287	ὁ γὰρ κίνδυνος †	ὁ κίνδυνος γὰρ
366	Ἄντιθένη cum Aristo- phanis Par. B praef.	Ἄντιθένην
417	ὑμῶν ††	ἡμῶν
428	λευκή ††	λευκός
447	χρύσιον †	χρύσι' R r. Cf. Kuehniam p. 24, χρυσία Γ †
473	γέ τοί	τέ τοί ††
554	μαυόμενος ††	μαυωμένη
611	βούληται cum Aristo- phanis Par. B	βούλειται (sic) R } †† βούλεται Γ
648	ὄζοις	ὄζοις ἄν
683	ἐν ποίῳ †	ἐν ὀποίῳ
686	τοὺς δὲ τὸ κάππ' ††	τοὺς δ' ἐκ τοῦ κάππ'
688	ἐξελώσιν † Cf. antea Ach. 1153 S ἀπολέσειεν pro ἐξολ.	ἀπελώσιν R, ἀμπελώσιν Γ †† frequenti mendo. Cf. p. 66 ad Δν. 245.
709	προθύροις †	προθύροισι
732	ἄν om. †	ἄν
733	δὴ θυλάκουσ' κάτω †	κάτω δὴ θυλάκουσ'
737	ἴθι †	ἴθ' ἢ
848	γράφεται δὲ καὶ κονί- ποδα s. v. κονιόπους. Legit igitur κονιόποδα.	κονίποδα. Dindorfius dualem κονίποδε restituit.
932	δὲ † Cf. antea Eq. 844, ubi S ut hic δὲ pro γὰρ praebet.	γὰρ
939	ἀνασποδῆσαι †	διασποδῆσαι
1002	ἠνούμεθ' ἄν, unde Co- betus recte ἠνούμεθα coniecisse videtur.	ἠνούμεθ' ἄν R ἠνούμεθα ἄν Γ
1087	ἄν om. †	ἄν
1121	πάντ' ἀπέπτατο	πάντα πέπτατο ††

Lysistratae:

Cum vss. 62—131, 200—267, 820—890, 1098—1236 absint a codicibus BCLΔ, primum eas componamus lectiones, quibus S a solo R discrepat in iis vss. qui in illis libris manuscriptis desiderantur.

vss.	S	R
64	Ἐκάτειον, ex quo θού- κάτειον editores Bentleio auctore.	τάκάτιον
91	δὲ †	δ' αὐ r. Cf. Bueng. p. 63.
105	ἀλλ' ἐμός †	ὁ δ' ἐμός
109	ὀκτωδάκτυλον	ὀκτωδάκτυλον r. Cf. Bueng. p. 64.
113	χρεῖ' ἤ, unde χρεῖη Dawe- sius in <i>Miscell. crit.</i> p. 271.	χρη ἤ
115	ἐγὼ δὲ, κἀν †	ἐγὼ δὲ γ' ἄν, κἀν
115	ὥσπερ	ὥσπερ ἡ † †
116	δοῦναι omisso ἄν S ^{ACE} Med. † (ἄν habent S ^{BV})	δοῦναι ἄν, quod δοῦν' ἄν le- gendum est.
129	ἐρρέτω † † Cf. Eq. 673, ubi S ut hic ἐρρέτω cum M contra ἐπέτω RV praebet.	ἐπέτω
221	ἀνήρ	ἀνήρ †
223	τώμῳ r. s. v. ἐπεροπεύειν. — τοῦμῳ s. v. κύλιξ ῥοπαλωτή	τὼ μῶ † †
225	οὐδὲ S ^{AVBE} Med. (εἰ δὲ S ^C) †	εἰ δὲ
229	ἀντενώ (ἀτενώ S ^{BV} Med.)	ἀνατενώ cum S ^C r. Cf. Bueng. p. 64.
231	λέαιν'	λέαινα †
235	ἐμπλησθῆ	ἐμπλησθῆ † †
247	ἐμβοηθήσειν	ἐνβοηθήσειν † †
839	ἐστὶ τοῦτ' — τρέφειν †	εἴη (unde ἤδη Dobraeus probb. edd.) τοῦτον — τρέφειν habet
840	καὶ φιλεῖν καὶ μὴ φιλεῖν om. Cf. Bueng. p. 64.	

vss.	S	R
844	ευσταθεύσω	ευνσταθεύσω ††
1111	κοινή	κονή ††
1124	μούσα	νοῦς r. Cf. Bueng. p. 65.
1127	ἀκούσας'	ἀκούσας ††
1128	λοιδορεῖσθαι †† Cf. Eq. 1274, ubi S ut hic formam λοιδορεῖσθαι contra rationem grammaticam pro λοιδορῆσαι exhibet.	λοιδορῆσαι
1153	ἑταίρους r. Cf. Bueng. p. 65.	ἑτέρους †
1153	Ἰππία (-αν S ^{BE} , -είαν S ^V), sed Ἰππίου cum codicibus nostris in v. 619.	ἰππίου, unde Ἰππίου, quod in Ls. 619, Eq. 449, Vp. 502 legitur, restitutum; cf. Bueng. p. 65.

Iam ii sequantur loci, quibus S et a R et a BCLΔ differt:

vss.	S	RBCLΔ
13	αὐτοῖς ††	αὐταῖς
139	εἰς v. praecedenti debetur. In adnot. recte ἐμὲν : ὁ δὲ νοῦς· οὐδὲν ἐμὲν κτλ.	ἐμὲν
353	αὐ om. †	αὐ
454	ἀνδρῶν gl. Cf. Bueng. p. 67.	γυναικῶν
461	παύεσθε	παύεσθ' R sec. Herw. } †† παύσασθ' BCLΔ
549	ἀνδρειοτάτη, quod Athen. III 90 b et Eust. ad Od. p. 1485, 40 auctoribus in textum receptum.	ἀνδρειοτάτων
615	ἄνδρες om. †	ἄνθρωποι R †, ἄνδρες BCLΔ
616	πλειόνων καὶ μεγίστων ††	πλειόνων καὶ μεζόνων R μεζόνων καὶ πλειόνων BCLΔ
688	ἴν', interpretamentum pro ὡς ἄν.	ὡς ἄν

vss.	S	RBCLΔ
787	<p>ἐκ Haec forma non solum metro sed etiam usu verborum Aristophaneo flagitatur. Cf. Z. Ar. St. ad Eq. 281 p.45 : "Ich habe überall εἰς geschrieben, außer in lyrischen, epischen und parodischen Stellen und in den Redensarten ἐκ κόρακακ und ἐκ μακαρίαν." Quibus similem addere liceat locutionem ἐκ (τὴν) κεφαλὴν (κοι) in Ach. 833, Nb. 40, Pc. 1063, Pl. 526, 650, 651, ubi ἐκ, non εἰς scribendum est.</p>	<p>εἰς</p>
796	<p>ωφρονέτεροι gl. Cf. Bueng. p. 68.</p>	<p>οἱ κύφρονες</p>
896	<p>διαφορουμένης gl. Cf. Bueng. p. 67.</p>	<p>φορουμένης</p>
1003	<p>ὥσπερ λαμπροφόροι δυνατεῖς interpretamentum.</p>	<p>ἄπερ λυχνοφορίοντες (-φορέοντες BΔ) .</p>
1082	<p>τοὺς Ἀθηναίους gl. interl. genuinam scripturam loco movit.</p>	<p>τούςδε τοὺς αὐτόχθονας</p>
1085	<p>τι χρῆμα</p>	<p>τὸ χρῆμα RBCΔ praef. Cf. Av. 826 λιπαρὸν τὸ χρῆμα, Ls. 83 καλὸν τὸ χρῆμα, Pc. 38, Vp. 933, alios locos.</p>
1092	<p>ὅπως μὴ †† Cf. Bueng. p. 67.</p>	<p>ὅπως οὐ</p>
1093	<p>θοιμάτιον</p>	<p>θοιμάτια (sic RCD, θοίμ- B), unde Dawesius in Miscell. crit. p. 229 θαίμάτια.</p>

§ 11.

Quoniam discrepantias attulimus, de iis agamus locis, quos asterisco insignivimus.

Atque cum de Suidae propriis scripturis in Equitibus nihil iam dicendum nobis sit, initium capiamus a Ranarum fabula. Cuius in v. 888 libris hae praebentur lectiones:

ἐπίθεε καὶ δὴ cὺ λιβανωτὸν λαβῶν R,
 ἐπίθεε λαβῶν δὴ καὶ cὺ λιβανωτὸν λαβῶν V,
 ἐπίθεε λαβῶν δὴ καὶ cὺ λιβανωτὸν AM,
 ἐπίθεε καὶ cὺ δὴ λιβανωτὸν S.

Editores in diversas partes discedunt. Fritzschiuss, Kockius, Velsenus, Blaydesius ἐπίθεε λιβανωτὸν καὶ cὺ δὴ λαβῶν, Bergkiuss et Meinekiuss ἐπίθεε λαβῶν δὴ καὶ cὺ λιβανωτὸν scripserunt, alii alia temptaverunt. Ansam corruptelae mea quidem sententia substantivum λιβανωτὸν dedit. Quod cum et ad ἐπίθεε et ad λαβῶν pertineat, in archetypo haud dubie post ἐπίθεε scriptum erat, sed a grammatico quodam ad constructionem enuntiati explicandam atque illustrandam iterum supra λαβῶν additum est. Librarius autem R, cum in exemplari suo legeret ἐπίθεε

λιβανωτὸν λαβῶν

λιβανωτὸν καὶ cὺ δὴ λαβῶν, additamentum variam lectionem (cf. Brinkmann, Mus. Rhen. LVII, 1902, p. 481 sqq.) priusque substantivum λιβανωτὸν delendum esse ratus sic versum scripsit: ἐπίθεε καὶ δὴ cὺ λιβανωτὸν λαβῶν verbis cὺ δὴ transpositis, ut numeri iambici, qui voce λιβανωτὸν post ἐπίθεε deleta turbati erant, restituerentur. Neque vero animadvertit librarius ille, alterum pedem καὶ δὴ a legibus trimetri iambici abhorrere. Haud scio an Suidas quoque scripturam R in codice suo legerit verbis tamen cὺ δὴ nondum transpositis. Itaque cum versus corruptus esset, in ceteris codicibus verba λιβανωτὸν et λαβῶν sedem suam mutaverunt ita quidem, ut in VMA ἐπίθεε λαβῶν δὴ καὶ cὺ λιβανωτὸν scriberetur. Cui lectioni cum R comparatae librarius V in fine vs. stulte λαβῶν addidit. Habemus igitur nostro loco vetustissimam glossam interlinearem, qua genuina comici verba ἐπίθεε λιβανωτὸν καὶ cὺ δὴ λαβῶν varie depravata sunt.

In Nubium v. 58 δεῦρ' ἔλθ', ἴνα κλάηε R praebet δεῦρ' ἔλθ', V δεῦρ', S δεῦρ' ἔθ', quam lectionem G. Hermannus in

textum recepit, quamquam Blaydesius eam ex interpretatione natam esse autumat. Sed non minus recte affirmare possis imperativum ἔλθ' verbi ἴθ' explicandi causa adscriptum fuisse. Quam ob rem videamus, utrum δεῦρ' ἔλθ' an δεῦρ' ἴθ' comicus dixisse putandus sit. Atque locos afferamus, quibus R et V vel ii, qui pro V sunt, codices in his locutionibus exhibendis consentiant: δεῦρο cum ἔλθῃ in Eq. 150, 559, 1335, Pc. 709, Ra. 549, Th. 634; δεῦρο cum ἔξελε in Eq. 725, Nb. 866, 1485; δεῦρο cum ἴθι in Ach. 155, Av. 252, Ec. 737, 889, Eq. 1389, Ls. 1271, Nb. 932, Pc. 79, 298, Ra. 1368; δεῦρο cum ἔξῃ in Ec. 734, 739. Atque etiam aliae locutiones inveniuntur, e. g. Eq. 586 δεῦρ' ἀφικου et Ls. 1263 μόλε δεῦρο. Novem igitur locis codices inter se sentiunt in voce δεῦρο cum ἔλθῃ vel ἔξελε coniuncta. Duodecim locis adverbium nostrum cum ἴθι vel ἔξῃ coniunctum exhibetur. Nusquam vero formam plur. imperat. ἔλθετε cum δεῦρο coniunctam invenimus. Plurali enim si opus erat, Aristophanes ἴτε adhibuit, velut in Pc. 79, Ra. 1368. Neque in verborum positione poeta sibi constitit, cum adverbium et ante et post imperativum collocaret et in Th. 634, Ls. 1271 imperativum voce δεῦρο bis posita circumcluderet. Qua ex comparatione perspicitur nostro loco rem non ita disceptari posse, ut aut ἴθ' aut ἔλθ' glossema esse dicatur. Itaque id quod in libris fide praeter ceteros dignis legitur, recipiendum erit. Atque cum praeter R etiam MA alique codices ἔλθ' praebeant et nostro loco similes inveniuntur Eq. 150 δεῦρ' ἔλθ', ἵνα πύθη, 727 ἔξελεθ', ἵν' εἰδῆς, Nb. 822 πρόσελεθ', ἵν' εἰδῆς πλείονα, dubium non est, quin lectio R δεῦρ' ἔλθ', ἵνα κλάης servanda sit.

V. 62 libris sic exhibetur: περὶ τὸν νόματος δ' ἠντεῦθεν (R, δῆν ἠντεῦθεν V, δῆτ' S) ἐλοιδορούμεθα. G. Hermannus δῆ' ἠντεῦθεν reposuit. Quae verba propter caesuram pravam anapaesti criticis Aristophaneis tolerari non posse videntur. Neque iniuria Engerus, Blaydesius, Kockius, alii in anapaesto -θεν ἐλοιδόσαντες offenserunt. Talis enim incisio anapaesti vicem iambi gerentis in quarto pede trimetri iambici ferri non potest, nisi ante tertiam arsin gravis caesura fit, velut in Ls. 768 μὴ στασιασόμεν· / ἔστι δ' ὁ χρημὸς οὐτοσί, Ra. 652 ἄνθρωπος ἱερός. |

δεῦρο πάλιν βαδιτέον, *ibid.* 658, Av. 442, Nb. 70. Cf. G. Hermannii *Epit. Doctr. Metr.* p. XII et Rossb.-Westph.² II p. 486. Qua de causa ii trimetri iambici, quibus gravi caesura penthemimeri non antecedente talis anapaestus exhibetur, qualis in Nb. 62, emendandi sunt, velut Nb. 238, ubi pro verbis RV ὦνπερ οὔνεκ' ἐλήλυθα Bentleius ὦνπερ ἔνεκ' ἐλήλυθα scripsit et Pc. 415, quem versum p. (99) a nobis tractatum habes. Atque nostro loco Reisigius probante Engero in praef. *La.* p. XX ex lectione M aliorumque codicum δὴ ταῦτ' rescribendum esse δὴ ἴναυθ' coniecit. Sed cum vox ταῦτ' grammaticorum coniecturam redoleat et pro ἐνταῦθα, i. e. "da", adverbium exspectetur, quod nostrum "von der Zeit an" significat, δὴ ἴναυθ', quod Kockius (Nb. ed. IV 1894) in adnot. ad h. v. proposuit, probabilius videtur quam Reisigii illud δὴ ἴναυθ'. Cf. locos a Kockio allatos, ubi ἐνθένδε sic usurpatum est.

In v. 157 ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχει, τὰς ἐμπίδας . . . ἄδειν unde Suidae verba ἔχει περὶ ἐμπίδος nata sint, conspicuum est. S^E enim, qui recte ἔχει (levi mendo pro ἔχει) τὰς ἐμπίδας praebet, verbis ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχει inter lineas περὶ τῆς ἐμπίδος addidit explicandi gratia, quae esset res, de qua quid sentiret Socrates diceret. Quam glossam Suidas ex eo, quo usus est, codice in schedas suas transcripsit. Librum S^E autem, quippe qui solus ex Suidae manuscriptis cum nostris codicibus consentiat, interpolatum esse, ut iam Bernhardy in praef. Suidae lexicī p. XX monuit, tam ex hoc loco apparet quam ex similibus aliis locis. Cf. e. g. Pc. 182 ὦ μισρὲ καὶ τολμηρὲ S^E s. v. μισροί recte cum RV, ὦ μισρὲ S^{ACVB}, ὦ βδελυρὲ καὶ τολμηρὲ S^{Med.}, Pl. 150 αὐτὰς τις S^E s. v. πειρῶν cum RV, τις αὐτὰς ceteri, 442—43 ἦς οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέτερον S^E s. v. ἐξωλέτερον cum V, ἦς οὐδὲν θηρίον ἐξωλέτερον ceteri, 815 ὁ δ' ἴπνος ἡμῖν ἑξαπίνης γέγονεν S^E s. v. ἴπνια cum Ambros. M., qui γέγον' praebet, ὁ δ' ἴπνος γέγον' (S^V, γέγονεν S^{AB}) ἑξαπίνης ceteri, Nb. 1216 χρῆσαντά με e schol. invectum S^E s. v. ἀπερυσθῆναι omisit cum RV, ceteri habent, 1276 σεσεῖσθαι S^E s. v. τὸν ἐγκέφαλον recte cum RV, κατασεσεῖσθαι ceteri.

In v. 215 τοῦτο πάνυ φροντίζετε pro lectione R πάνυ in V invenitur πάλιν, in S μέγα. Meinekii aliique πάνυ amplēxi

sunt, G. Hermannus μέγα. Equidem vereor ut Aristophanes μέγα φροντίζετε dixerit. Nam in similibus locutionibus μέγα βροντᾶν, βοᾶν, ἀνακραγεῖν, λέγειν, στένειν, ἀποπέρδειν a comico adhibitis illud μέγα nostrum "laut" significat. Nostro vero loco adverbium "sehr, ernstlich", quod Graece voce πάνυ exprimitur (Ls. 620 πάνυ δέδοικα, Pl. 122 ὀροδῶ πάνυ, Ra. 65 πάνυ — μανθάνω), sensu postulatur. Atque μέγα quomodo in textum S venerit, adnotatione schol. V μέγα ἄντι τοῦ μεγάλωc ad. v. 220 ἀναβόηcον — μέγα docemur, quam falso ad. v. 215 referens Suidas μέγα ἄντι τοῦ μεγάλωc Ἀριστοφάνηc Νεφέλαιc, τοῦτο μέγα φροντίζετε protulit. Scriptura autem V πάλιν ita orta est, ut librarius pro ΠΑΝΥ perperam ΠΑΛΙΝ legeret. Quae cum ita sint, adverbio πάνυ, quod ut R ita MA plurimisque aliis codicibus adservatur, fides habenda est.

In v. 460 scriptura S est ἔξωv, RV ἔξειc, syllaba ωv in V supra eic a pr. m. addita. Dependet haec vox de verbis ἴθι δ' ὤc in v. 458. Quod constructionem ἴθι δ' ὤc — ἔξειc editores probaverunt, ab iis dissentio. Neque enim Aristophanes, quantum scio, locutione ἴθ' ὤc pro ἴθ' ὄτι usus est. Cf. etiam quae ad Pl. 119 in tertio capite libri posterioris dicam. Inveni equidem hasce constructiones:

ἴθι cum particula ὄτι in Av. 1408, Eq. 948, Ls. 1138, Nb. 39, 1254, Pc. 373, Pl. 183, 216, 889, Th. 12.

ἴθι interpositum in Ach. 783, Pc. 875, Ra. 296, 918.

ἴθι cum participio in Ach. 456, 460, 490, Nb. 829, Pl. 962, Ra. 436, Th. 1170; uno loco ἴθ' ὤc cum partic. fut., non cum indicat., Ach. 325 ὤc τεθνήξωv ἴθι νυνί. Haud igitur dubito, quin Bentleius verum viderit, cum ἴθι δέ — ἔξωv proposuerit, nisi quod codd. lectionem δ' ὤc retinere debuit; namque defenditur locutio ἴθι δ' ὤc — ἔξωv collatis Ach. 325 ὤc τεθνήξωv ἴθι, Soph. Ant. 1063 ὤc μὴ ἴθι τὴν ἐμὴν φρένα, Phil. 253 ὤc μηδέν εἰδὲτ' ἴθι μ' ὦν ἀνικτορεῖc.

In v. 864 τούτου (RV) ἴπριάμην σοι διασίοιc ἀμαξίδα pro τούτου S δτ' praebet. Quae Suidae scriptura Bentleio et Reisingio placuit, qui vocem δτ' ad ποτὲ v. 861 referri voluerunt. Sed cum non solum non opus sit coniunctione δτ', verum impedita atque languida fiat oratio, si duobus versibus inter-

positis δτ' ad ποτὲ refertur, non habemus, cur pronomini τούτου bene se habenti fidem denegemus. Suidae ipsi illud δτ' crimini vertendum est. "Nescimus an memoriter versum laudarit" recte Bernhardy in adnot. ad. h. l. s. v. ἀμαξίς.

In v. 1499 τοῦτ' αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι S exhibet καὶ omisso γάρ, quod dant RV omisso καί. Utraque particula et sensu et metro requiritur. Itaque ab editoribus τοῦτ' αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι, quod in MA aliisque codicibus traditum est, receptum esse probo. Scripturas autem RV et S inde ortas esse veri simile est, quod in archetypo coniunctio καὶ in textu ommissa supra γὰρ scripta erat; quo factum est, ut in S γὰρ vocabulo καί, in RV καὶ illo γὰρ e contextu eiceretur.

§ 12.

In Pluti v. 801 ἀνίσταθ' ὡς ἀρπαζόμενος τῶν ἰσχάδων Dind., Mein., Vels., alii editores pro τὰς ἰσχάδας RV scripturam S τῶν ἰσχάδων optimo iure defendisse videntur, ut quae speciosior sit genitivo partitivo recepto. Cf. similes locutiones ab Aristophane usurpatae in Ach. 184 ξυνελέγοντο τῶν λίθων, 805 ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν τῶν ἰσχάδων, Eq. 420 τῶν κρεῦν ἐκλεπτον, Pc. 772 δὸς τῷ φαλακρῷ τῶν τρωγαλίων, 962 τοῖς θεαταῖς ῥίπτε τῶν κριθῶν, 1102 τῶν κλάγγων φέρε δευρί, 1136 κἀνθρακίζων τοῦρεβίνθου, Vp. 239 ἤψομεν τοῦ κορκόρου, aliis vss.

Anvium v. 336 S sic exhibet: ἀλλὰ πρὸς μὲν τούτους ὑστερος λόγος, RV πρὸς μὲν οὖν (οὖν om. V¹) τὸν ὄρνιν ἡμῖν ἔστιν ὑστερος λόγος. Fritzschius ad Th. 910 lectionem RV amplexus est, cum Dind., Mein., Kock., Blayd., alii Porsonum sequerentur, qui a verbis S profectus ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἔστιν ὑστερος λόγος proposuit. Recte editores contra Fritzschiium pronomen τοῦτον substantivo τὸν ὄρνιν praetulerunt. Verba enim ὑστερος λόγος sermonis forensis sunt, in quo οὗτος vocatur is qui accusatur, ut hoc loco upupa. Optime igitur toti sententiae convenit τοῦτον illi τῷ δὲ in v. 337 oppositum. Ansam autem variae scripturae dedisse videtur accus. τὸν ὄρνιν, qui haud scio an cum Blaydesio glossema putandus sit ad τοῦτον olim adscriptum. Atque etiam ἀλλὰ hic bene se habet. Praestat certe initio talium chori enuntiatorum, quale

est noster v., particulam ἀλλὰ quam οὖν ponere. Cf. praeter multa alia exempla Av. 352 ἀλλὰ μὴ μέλλωμεν ἤδη et nostro loco similem Vp. 453 ἀλλὰ τούτων μὲν τάχ' ἡμῖν δώσειτον καλὴν διαγν. Quibus causis commoveor, ut totum v. 336 in codicibus foedissime interpolatum esse censeam. Neque dubito ad Porsonum me applicare, cum non habeam, cur in eius scriptura offendam.

V. 740 in RV sic legitur: νάπαια κορυφαῖαί τ' (V sec. Herw., non -φαῖαί τ', ut Blaydesius adnotavit) ἐν ὀρείαις. Idem Suidas s. v. τροφή protulit, nisi quod κορυφαῖς pro κορυφαῖαί traditur. Ad hunc locum sanandum opus est versum 772 considerare, cui v. noster respondet. V. 772 sic exhibetur: πτεροῖς κρέκοντες ἴαχον (R alii, ἴαχον VMA) Ἀπόλλω. Quamquam Ellendt in lexico Sophocleo s. v. ἴαχω formam ἴαχον defendit, tamen editores iure ἴαχον in textum receperunt. Nam ἴαχον vox est epica (cf. G. Schulzium in KZ. XXIX, 1888, p. 230—49 eiusdemque Quaestiones Epicas p. 490), qua Attici usi non sunt nisi iis locis, ubi dictionem epicam imitari voluerunt, velut Aristophanes in Eq. v. hexametro 1016 ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο κτλ. ἴαχον contra forma est e cultu Iacchi nata (cf. Suidam ἴαχος οὖν παρὰ τὸ ἰάκω s. v. ἴαχος gl. 2.). Verbo ἴαχον igitur servato v. 772 πτεροῖς κρέκοντες ἴαχον Ἀπόλλω trimetrus logaedicus est. Iam ad v. 740 aggrediamur. Quem Meinekius G. Hermanno auctore particula τε post νάπαια inserta et v ephelcystico voci κορυφαῖαί addito sic scripsit: νάπαιαί τε κορυφαῖαί τ' ἐν ὀρείαις, ut tribracho in syllabis αῖ τε κο admissio numeris v. 772 accommodaretur. Itaque cum metrum utriusque versus bene se habeat, neminem iam neque Bergkio νάπαιαί τε καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις neque Fritzschio, Dindorfio, Blaydesio νάπαια καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις scribentibus plausurum esse puto.

Lectio RV ἂν καθέζετο in v. 796 εἶτα βινήσας ἐκεῖθεν αὐθις ἂν καθέζετο adverbio ἐκεῖθεν antecedente ferri nequit. Recte Blaydesius monet: "Dura foret locutio καθέζετο ἐκεῖθεν, non addito, participio quale est ἀνελθών. Facilis haec corruptio". Desideratur certe verbum ad actionem abeundi exprimendam. Accedit, quod eadem fere coniunctione et constructione verborum qua in vss. 795—796 ἀνέπτeto, εἶτα — αὐθις αὐ

κατέπτετο usus est poeta in vss. praecedentibus: 788—789 ἐκπτόμενος — κῆτ' — αὐθις αὐ κατέπτετο, 791—792 ἀνέπτετο, κάποπαρδῶν — αὐθις αὐ κατέπτετο. Quae cum ita sint, haud scio an iure Blaydesius verba S αὐ κατέπτατο scripturae RV ἄν καθέζετο praetulerit, nisi quod κατέπτατο Cobeto auctore in Var. Lect. p. 305 in κατέπτετο mutavit.

Numeri vs. 1078 et verbis RV ζῶντ' ἀγάγη et S ζῶντα αὐτὸν ἀγάγη laeduntur. Itaque editores variis coniecturis metrum restituere conati sunt; velut ζῶντ' ἀναγάγη Brunckius, ζῶντ' ἀπαγάγη Bergkiius, ζῶν τις ἀγάγη Dindorfius et Meinekius proposuerunt. Probabilius autem his omnibus mutationibus utique est id quod Burgesium et Lentingium secutus Blaydesius scripsit ζῶντά γ' ἀγάγη ex lectione Ambros. L 41 ζῶντ' ἀγαγάγη, unde causa corruptelae elucet. Neque aliena est particula γε a sensu huius loci; ἦν δὲ — γε enim "sin autem" valere Blaydesius in adnot. ad h. v. obiter monuit.

Vesparum v. 713 RV sic exhibent: οἶμοι, τί ποθ' ὡςπερ νάρκη μου κατὰ τῆς χειρὸς καταχεῖται. Idem Suidas praebet, nisi quod πέπονθ' pro ποθ' profert. Editores scriptura S οἶμοι, τί πέπονθ' κτλ. pellecti sunt, ut coniectantes in diversas sententias discederent. Velut Kuesterus Bentl. Pors. Blayd. probantibus οἶμοι, τί πέπονθ'; ὡς νάρκη κτλ., Meinekius, οἶμοι, τί πέπονθ'; ὡςπερ νάρκη μου τῆς χειρὸς καταχεῖται caesura neglecta, alii alia temptaverunt. Mihi quidem cum Bergkio in vulgata lectione οἶμοι, τί ποθ' ὡςπερ κτλ. acquiescendum videtur, in qua non sit quod reprehendatur. Cf. similes locos in v. 973 αἰβοῖ, τοῦτ' τὸ κακὸν τί ποτ' ἔσθ' ὅτ'ω μαλάττομαι; Eq. 183 οἶμοι, τί ποτ' ἔσθ' ὅτι καυτὸν οὐ φῆς ἄξιον; Pc. 62 ὦ Ζεῦ, τί δρασεῖεις ποθ' ἡμῶν τὸν λεῶν; Quo in Pacis v. lexicographus s. v. δρασεῖεις pariter peccans atque nostro loco τί δρασεῖεις ποθῶν τὸν λεῶν scripsit.

Pacis v. 182 in RV sic legitur: ὦ μιὰρὲ καὶ τολμηρὲ κἀναίσιχυντε κύ. Quod plurimi editores βδελυρὲ pro μιὰρὲ Suidam tradere adnotaverunt, non prorsus recte fecerunt. Nam s. v. μιὰροι in SE verba RV inveniuntur, cum S^{ACVB} ὦ μιὰρὲ praebent omisso καὶ τολμηρὲ, S^{Med.} ὦ βδελυρὲ καὶ τολμηρὲ. Quae lectio S^{Med.} nihil aliud est nisi coniectura eaque elegans facta

ad Ra. 465 ὡ βδελυρὲ κἀναίχυντε καὶ τολμηρὲ σύ. Sed ipsum comicum ὡ μαρὲ dixisse arbitror et propter v. 184 et propter v. 362, ubi Mercurius iterum in Trygaeum isdem verbis ὡ μαρὲ καὶ τολμηρὲ quibus initio v. 182 invehitur. Non igitur mutanda est codd. scriptura.

In v. 368 τυρόν traditum est in RV, πυρόν in S, utrumque (ῶ) metro aptum. Videamus, utrum substantivum sensu flagitetur. Trygaeus minas Mercurii interpretatur, quasi in castra proficiscendum sibi sit, id quod ei idem est atque mortem obire. Ad bellum autem profecturos victum in tres dies secum ferre debuisse ex Ach. 197 καὶ μὴ ἴπιηρεῖν κίτι ἡμερῶν τριῶν et Pc. 312 οὐ γὰρ ἦν ἔχοντα ἤκειν κίτι ἡμερῶν τριῶν apparet. Atque quod scholiasta in v. nostro explicando dicit homines ad militiam profecturos caseum et farinam sibi comparare solitos esse et caseum fuisse cibum, quem milites in castris sumebant, id versu 1129 confirmatur, in quo chorus gaudet et laetatur, quod caseo liberatus sit pace restituta; quare quin lectio RV sincera sit, non est dubium. Neque alienum erit hic affere, quae Roemerus in Stud. zu Ar. p. 101 ad verba schol. Vp. 909 ὡς τῶν ἔρετῶν δὲ καὶ ναυτῶν περὶ πλείστου ποιουμένων τὸν τυρόν dixit: "Das ist kein leerer Wahn der sogenannten semidocci homines aus dem Altertum, sondern die wirkliche Wahrheit wie Pax 1129 (cf. Blümner, Privatalt. 228 Anm. 5) lehrt und Plutarch De glor. Ath. c. 6 bezeugt καὶ οἱ τριήραχοι τοῖς ἐλαύνουσιν ἄλφιτα παρασκευάσαντες, ὄψον καὶ κρόμμου, τυρόν ἐνεβίβαζον εἰς τὰς τριήρεις. Überhaupt spielt der Käse bei der Menage der Griechen eine größere Rolle als unsre landläufigen Handbücher über Privataltertümer uns zu erzählen wissen".

V. 415 vulgo sic legitur: καὶ τοῦ κύκλου παρέτρωγον ὑφ' ἀρματωλίας. Suidas pro παρέτρωγον aoristum παρέτραγον praebet. Vulgatam scripturam propter numeros ferri non posse Blaydesius iure adnotavit, cum neququam defendi posset anapaesti eiusmodi, qui in syllabis ον ὑφ' ἀρμ occurrit, post primam syllabam incisio, nisi ubi vocabula duo aut plura sensu arte coniungantur. Conferas velim etiam, quae ad Nb. 62 p. 93 diximus. Itaque ab editoribus ex Antiatticista in B.

A. 79, 10 Ἀμαρτωλία: Ἀριστοφάνης Εἰρήνη, Εὐπολις Μαρικῆ metri causa ὑφ' ἀμαρτωλίας scriptum est. Qua de voce Blaydesius haec monet: "Ergo ἀμαρτωλία dixerunt noster et Eupolis pro usitatioe ἀμαρτία (ut in Vp. 745), ita ut ambiguitas sit in nominis significatione: namque ἀμαρτωλία significare potest vel error (quemadmodum ἀμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ dicitur) vel fraudulentia (quemadmodum explicat Hesychius, ἀμαρτωλόν: πανουργον, μοχθηρόν, αἰμύλον. Cf. Thesm. 1111 ἀμαρτωλή γέρων.)" Iam lectioni S si fidem haberes, in syllabis πᾶρέτρᾱ-γῶν ὑφ' ᾱ — duo tribrachi deinceps positi essent. Quorum numerorum concursus quantum potest vitari debet. Propterea retinendum est imperf. παρέτρων, praesertim cum in v. 414 forma dualis imperf. παρεκλέπτειν inveniatur. Coniecturas autem Blaydesii et Leeuwenii (cf. eorum adnott.) in medio relinquo, quippe quae nulla probabili causa nitantur.

Initio v. 1144 ἀλλ' ἄφευε τῶν φατήλων ὦ γύναι τρεῖς χοίνικας in S scriptum est ἄφευε, in RV ἄφαυε, sed ἄφευε V in mg. eiusque schol. τινές γράφουσι ἄφαυε. Quae varia lectio sine dubio ita orta est, ut ε supra ἄφαυε positum (ἄφᾶυε) pro c haberetur et falso post υ adderetur. Videamus nunc, utrum ἄφαυε an ἄφευε praeferendum sit. Plurimis locis, quibus comicus hoc verbo utitur, maiore auctoritate ἀφεύειν invenitur, ut in Th. 216 ἀφεύειν, 236 ἀφεύω, 590 ἄφευεν, Ec. 13 ἀφεύων. In Eq. 394 contra ἀφάυει traditur in omnibus codicibus praeter R, qui ἀφανε praebet. Quo Eq. loco Ribbeckius non male ἀφάινει coniecit. Nostro igitur loco si quis Bergkium et Meinekium formam ἄφευε tuentes sequi noluerit, nisus Ribbeckii coniectura in Eq. 394 Zacheri verbis in Ar. St. p. 76 sqq. defensa atque illustrata ex ἄφαυε leni mutatione ἀφαινε scripserit.

§ 13.

Quaestionem nostram de Suidae propriis lectionibus concludat Acharnensium fabula. Cuius in v. 127 S exhibet οὐδέποτ' ἴχει γ' ἢ θύρα, R οὐδέποτ' ἴχει θύρα, ABΓΔ οὐδέποτέ γ' ἴχ' ἢ θύρα. Cum S et R in verbis οὐδέποτ' ἴχει consentiant, haud scio an corruptela sic explicanda sit, ut in R γ' ἢ propter litteras χαι excideret. Quo facto versum a numeris

V. 392 S sic exhibet: ὡς κῆψιν ἀγῶν οὔτος οὐ προσδέξεται, R ceterique ὡς κῆψιν οὐκ εἰσδέξεται. Aristophanis fragmentu 2, 1087, XIX [K. 331] ἀγῶν πρόφασιν οὐ δέχεται, opinor, Cobetus et Meinekius pellecti sunt, ut ὡς κῆψιν ἀγῶν οὔτος οὐχὶ δέξεται scriberent. Neque vero intellego, quid offensionis praebeat compositum εἰσδέξεται. Nam non solum simplex δέχεσθαι in hac similibusque locutionibus occurrit, sed etiam composita, e. g. ἡ γὰρ τοιαύτη αἰτία οὐ παραδέχεται κῆψιν οὐδεμίαν οὐδενὸς οὐδ' ὑπωμοσίαν in Hyperid. or. ὑπὲρ Εὐξενίππου cap. XXII § 7 (Blass p. 38 ed. III.) et ἀγῶν πρόφασιν οὐκ ἐπιδέχεται in Paroem. Gr. I p. 44 (Zenob. II 45). Cf. etiam alia exempla in Blaydesii comment. p. 282 congesta. Qua de causa cum Dindorfio, Bergkio, Blaydesio, aliis εἰσδέξεται retinere velim, quippe quod omnibus codicibus adservetur. Suidam autem libenter alia composita atque codices praebere compertum habemus. Satis est Eq. 546 ἀποπέμψατ' pro παραπ., Pl. 675 ἀφερπύσαι pro ἐφερπ., Vp. 610 ἐπθωπεύσαν pro ὑποθ., Ach. 1153 ἀπολέσειεν pro ἐξολ., Ec. 688 ἐξελώσιν pro ἀπελ., 939 ἀναποδῆσαι pro διασπ. afferre.

V. 610 sic traditur: ἤδη πεπρέσβευκας κύ πολιὸς ὦν ἐνη in S (ὦν ἐν ἢ SAV^{Med.}), ὦν; ἐνη (sic) in R, ὦν ἐν ἢ in cett. codd. Verba schol. οὕτως ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις ἐνη, ἵνα λέγη ἐκ πολλοῦ nugae sunt. Hunc locum sanare "grammatici certant et adhuc sub indice lis est". Ut omittam alias coniecturas, Dindorfius ὦν; ἐνι, Bergkius ὦν γε νῦν, Blaydesius ὦν ἀνήρ; vel ὦν γέρων; vel ὦν ἄπαξ; vel ὦν τινα; vel ὦν ποτε; vel ὦν; ἰδοῦ, Leeuwenius denique ὦν πάλαι proposuit. Vides Blaydesium imprimis pro consuetudine sua multa medicamenta prompta habere. Equidem verbis ABCΓΔ ἐν ἢ et adnotatione schol. et Suidae s. v. ἐνη: οἱ δὲ λείπειν φασι τὸ δύο, ἵνα ἐρωτῶν λέγη ἐν ἢ δύο (ἐρωτῶν δὲ λέγει ἐν ἢ δύο S) inductus eram, ut etiam de scriptura ἐν; ἦν cogitarem. Quae sic vertenda esset: Hast du alter Graukopf schon ein einziges Mal den Gesandten gespielt? Hm? aut vocabulo ἦν cum ἀνένευσε coniuncto: Sieh, er hat den Kopf geschüttelt. Sed cum nusquam accusativo ἐν vim adverbii nostri "einmal" subiectam esse invenerim, ab hac ratione recedere non dubito. Iam igitur

vocem ἔνη consideremus. Quam Bergkii et Meinekii ἔνη scripserunt auctore G. Hermanno ad Vigerum p. 837, qui verba ἦδη πεπρέβευκας cὺ πολιὸς ὦν ἔνη; sic Latine reddit: "Iamne legati munere functus tu, qui perendie canus eris?", cum adderet: "'Ἐνη legendum in hoc loco, i. e. perendie. Nam, ut hoc obiter moneam, ἔvoc est novissimus, idque de die sic solet dici, ut crastinus intelligatur, perendie futurus novissimus". Secundum G. Hermannum igitur illud ἔνη Germanice "nächstens, bald" vertendum esset ut Latinum "propediem" a Terentio (Hautontim. 160, 868, Ad. 888) aliisque scriptoribus usurpatum. Fritzschio contra in comment. ad Ra. 48 p. 21 illud ἔνη graviter negandi vim habuisse videtur, ut vernaculum "übermorgen". Neque vero stare possunt Hermanni vel Fritzschii sententiae; namque notioni vocabuli ἔvoc repugnant. Quod cum nihil aliud significet nisi Latinum "senex" (cf. Meisterhans p. 86), facere non possum, quin ad unam ex multis criticorum coniecturis refugiam. Probabilissima certe est Leeuwenii illa ὦν πάλαι, quippe quae sensui aptissima sit. Palaeographice autem facillima est Blaydesii mutatio ὦν ἀνήρ in Add. et Corr. p. 465 sic defensa: "Exciderat, opinor, in margine detrita ultima litera vocis ἀνήρ, ita ut tantum ἀνη superesset, unde orta corruptela".

In v. 843 οὐδ' ἐναπομόρξεται Πρέπς τὴν εὐρυπρωκτίαν σοι S habet ἐναπομόρξεται, quod schol. legisse videtur, qui interpretatur ἐναποψήσεται, ἐναπομάξει; R cett. codd. ἐξομόρξεται praebent. Dubitari nequit, quin cum Pors. Ribb. Elmsl. Mein. ἐναπομόρξεται retinendum sit contra ἐξομόρξεται Blaydesio, Dindorfio, aliis probatum. Cuius verbi praepositione ἐξ versus obscenitate privatur; compositum vero ἐναπομόρξεται — est enim irrumare — optime huic loco convenit. Quae cum ita se habeant, genitivum σοι in fine vs. a librariis RA male pro σοι transcriptum (cf. de σοι et σοι commutatis ad Ra. 890 p. 14) repudiandum esse per se patet. S igitur solus genuina comici verba ἐναπομόρξεται — σοι integra servavit.

In v. 850 scriptura S est οὐδ' ὡππερ ὁ πονηρός, cum in R ceterisque codicibus οὐδ' ὁ περιπόνηρος inveniatur. Particula οὐδ' ab editoribus deleta metrum concinnum, perspicuus sensus

fit. Comicus enim Cratinum περιπόνηρον significare voluit, ut adnotatione schol. παρ' ὑπονοίαν δὲ ἔφη τὸ Ἀρτέμων· οὐ γὰρ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Κρατῖνον βούλεται δηλώσαι docemur. Manavit certe illud οὐδὲ ex initio v. 848 οὐδ' ἐντυχῶν. Lectio autem οὐδ' ὡςπερ ὁ πονηρὸς aut Suidae ipsi crimini danda est, quem saepissime verba immutantem deprehendimus, aut librariis pro ὁ περιπόνηρος ὡςπερ ὁ transcribentibus. Atque ad verba ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων illustranda Blaydesius, cuius cf. adnot. ad h. v., praeter alia Hesychii glossam Περιπόνηρος Ἀρτέμων et Athen. XII 533 e protulit.

In fine v. 916 R ceterique codd. θρυαλλίδας exhibent, S θρυαλλίδα et in textu et in schol., cum schol. R in adnot. θρυαλλίδας praebat. Alii critici singularem θρυαλλίδα, alii pluralem θρυαλλίδας amplexi sunt. In extremo v. 917 BCG διὰ θρυαλλίδας tradunt, AC θρυαλλίδας (om. διὰ). In R totus versus propter homoeoteleuton deest. Editores in v. 917 numerum singularem restituerunt, quod in v. 918 statim sequitur αὕτη γὰρ κτλ. Quapropter praestare mihi videtur etiam in v. 916 cum Dind. Elmsl. Mein. aliis Suida auctore θρυαλλίδα scribere.

In v. 971 εἶδες ὦ πάσα πόλι τὸν φρόνιμον ἄνδρα τὸν ὑπέροφον verba εἶδες ὦ bis leguntur in omnibus codicibus, semel in S et lemmate schol. Ut dici possit, ultra scriptura sincera sit, v. 988 adhibendus est, qui nostro versui respondet. Initio v. 988 ἐπτέρωταί τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἅμα καὶ μεγάλα δὴ φρονεῖ in R sec. Herw. ἐπτέρωταί τ', in Γ ταὶ δ', in A τῷ δ', in BCΔ τὰ δ', in lemmate schol. τὰ δ', sed ἐπτέρωται in adnot. schol. R traditum est. Priusquam notum erat in R ἐπτέρωταί τ' inveniri, editores aut lacunam statuerunt aut e coniecturis locum suppleverunt, velut Meineckius in Vind. Ar. p. 18 οὐτοῦ δ' ἐπτόηται. Iam cum pronomen οὐτοῦ delendum esse constet, quin in v. 971 lectio S et schol. εἶδες ὦ contra codd. εἶδες ὦ εἶδες ὦ vera sit, dubitari non potest.

In fine huius paragraphi pauca dicamus de locis dialectum Megarensis prae se ferentibus, quos p. 86sq. allatos vides. Omnes fere voces dialecti Megarensis in Atticam linguam versae apud Suidam nobis occurrunt. Quas mutationes cum Buengero (p. 61) non ipsi Suidae tribuendas esse censeo,

verum grammatico cuidam, qui in codice illo, ex quo lexicographus versus suos excerpserat, inusitatis formis Megarensibus vulgatas Atticas superscripsit.

§ 14.

Restat, ut de Thesmophoriazasis agamus. Quam fabulam propterea ad finem quaestionis nostrae de Aristophanis apud Suidam reliquiis reservavimus, quod cum uno R lexicographi lectiones comparari possunt (cf. p. 7). Iam sequitur index locorum:

vss.	S	R
42	μελοποιῶν	μελωποιῶν †
53	ἀψίδαο γ. s. v. δρύοχοι. — ἀψίδαο levi mendo cum schol. Ach. 78 s. v. λαι- καστής.	ἀσπίδαο †
54	τορεύει (τωρ- SA) † s. v. δρύοχοι. — τορνέυει (το- ρεύη SA, τορέη S ^{OVE} Med.) s. v. λαικαστής.	τορνέυει γ. Cf. Bueng. p. 43.
74	χρήε	χρήν γε γ. Cf. Bueng. p. 43.
100	μυρμήκων (-ουο S ^{BE}) †	μύρμηκοο
106	ἔχει γ. Cf. Bueng. p. 44.	ἔχειο
130	πότνιαο	πότνια † †
139	ἄξύμοφορον γ. Cf. Bueng. p. 45.	οὐξύμοφορον (Idem S ^{VC})
140	τίο δέ †	τίο δαι. Frequentissime δαι et δέ confunduntur, e. g. in Av. 832, Ra. 135, Vp. 1212 δέ V pro δαι, Eq. 28 et 171 δέ M pro δαι, Ra. 558 δε R pro δαι, Ec. 978 δέ BΓ pro δαι, Ach. 803 δέ P Ald. pro δαι.
142	ποῦ τὸ πέοο † s. v. Λακω- νικαί. — ποῦ δέ τὸ πέοο † s. v. πέοο	καί ποῦ σπέοο (πέοο recte Augustanus)

vss.	S	R
146	μὲν om. †	μὲν
162	οἴπερ	οἱ περὶ †
162	ἐχύμικαν r. Cf. Bueng. p. 45.	ἐχύμησαν
163	διεκίνουν	διεκίνων (Mein. Vels. τε κάχλι- δων; cf. Bueng. p. 46.)
178	οἶός τε	οἶόν τε † †
196	ἄν μαινοίμεθ' ἄν r. Cf. Bueng. p. 46.	μαινοίμεθ' ἄν
„ A 59 . . .	57 ad 1/2	Ditt. Syll. ³ Nr. 587 (Eleusis, Temenos) 46f. . .	107 oben
„ B 86 . . .	77 ad 3	Ditt. Syll. ³ Nr. 587, 129	42 ad 104
Ineditum, Eleusis Inv.-Nr.20		„ „ Nr. 587, 186f.	78 ad 4
V. 37. 42 ad 104. 43 ad 53 ff.		„ „ Nr. 588(Delos), 94	127
56f. 60 ad 17. 123 ad 3		„ „ Nr. 588, 227f. .	127
IG. II 167, 64f. . .	41 ad 20	Michel Nr. 594 (Delos), 66. 68	127
„ II 807 col. b 103f. . .	34f.	BCH. VI 24 (Delos) Z. 193	127 f.
„ II ³ 1057b	72 ¹	„ VIII 305 Nr. 13 (Delos) .	62 ¹
„ IV 1484, 30	126	„ VIII 323 Nr. 22 (Delos)	60 ad 17/8
„ IV 1484, 100	34	„ VIII 323 N. 22, Z. 15 .	59 ¹
„ XII ³ 10	105. 106	„ XXIX 468 (Delphi) Z. 8	59 ad 9
„ XII ³ 10, 8. 12f. 25. 29 .	119	„ XXIX 468 Z. 12 . . .	113 ¹
„ XII ³ 645, 17	123	„ XXIX 468 Z. 20	107 oben. 108 unten f.
Ditt. Syll. ³ Nr. 537 (Piräus, Skeuothek), 7f.	109 ³	„ XXIX 468 Z. 23	113 oben
Ditt. Syll. ³ Nr. 537, 8f. . .	110 ¹	Aristoph. Vögel 1138 .	61 ad 20
„ „ Nr. 537, 60f. 124 (ad 6) f.	124 (ad 6) f.	Parmenides (Diels) 11 ff.	128f.
„ „ Nr. 537, 61f. . .	107 ⁴	Phot. p. 367, 22 πδγγ . .	80 ¹
„ „ Nr. 538 (Eleusis, Stoa), 15	57 ad 1/2		
Ditt. Syll. ³ Nr. 539 (Eleusis, Prostoon), 20f.	59 ad 9		

B. Sachregister.

1. Epigraphisches.		2. Orthographisches (in attischen Inschr). Sprachliches.	
	Seite.		Seite.
Cyriacus	92. 106. 116 oben	Assimilation von ν am Wort- ende	47. 69
Gliederung durch Heraus- rücken einer Zeile	45. 54f.	δουείν	47

	Seite.		Seite.
ε = ει	11f.	stärkungsfundament	97.
ει für ε vor α 47; vor Konsonant (ὄγιέ<ι>ς)	68f.	104f.; Kult 100f. 102. 103f.; Erhaltung 97f.; älterer Bau 102 unten; Umgebung	98. 100 ³
ει: ηι	12. 68	Mytilene, Stoa	121 ³⁰
Μαιμακτηριῶνος	48	Nachtragslieferungen	53
Maßangaben	21f. 89 ad 56	Neunzahl in den Abmessungen des Tempels von Messa (Lesbos)	97
ο = ου	11. 13. 47. 68	Philetärischer Fuß	97
οι für ο	47	Προστώον des Telesterions zu Eleusis: Baugeschichte 37. 39. 56f.; Fundament 36f.; Euthynteria 36f.; κρηπίς 49/51. 56; Stylobat 37/9. 51/3. 55. 56; Achsweiten der Säulen 38; Triglyphon 26/9. 42 oben; Länge des Tr. 28; Geison 29f.; Länge des G. 30; Giebelgeison 33f.; Sima 34/6; Konstruktion der Ost-Wand 31, Dicke 31; Türeinfassung 30f. 32. 33. 42 ad 104; Abdeckung der Türpfosten 31f.; Proportionen der Türen 33; Abdeckung der Anten der Schmalseiten	32f.
πανταχῆ: πανταχῆι	12	Santorin-Erde	76 ad 1. 131
3. Archäologisches. Wirtschaftliches.		τροά ποικίλη	54
Äginetischer Poros, verwendet für die Triglyphen des προστώον zu Eleusis	29	Therma (Lesbos), Marmor	122. 123. 124
Arbeitsabschnitte	54	Transport von Steinen aus Attika nach Delos 72. 74 unten. 79 ad 57/8; des Modells für ein (Pfeiler-) Säulen-Kapitell	71. 74
Bauzeit	54. 71	Türöffnungen, Proportionen	33. 1
Bimsstein	76 ad 1. 131		
Bürgen	76		
Delos, Bautätigkeit Athens zwischen 338 und 315	69		
Delos, 'Stierhalle', Zeit der Errichtung 74; Inneres 73 f. 77 oben; Pfeiler-Säulen mit Basen 74. 78 ad 4; Wandsteine 75; Fenster 76; Proportionen des Grundrisses 73; Zweck	77 oben.		
δικασταί: εἰς ἓνα καὶ πεντακόσιους δικαστάς	54		
ἐπιστάται Ἐλευσίνιου	13		
Καλλίστρατος Καλλικράτους, Bürge	63 ad 32/3		
Laufende Fuß	63 ¹		
Lebadeia, Tempel mit ἡμικύκλιον	91		
Lesbischer Marmor	123 ad 4		
Messa (Lesbos), ionischer Pseudodipteros 96/105: Grundriß 98. 103 ¹ ; Abmessungen 97; Fundament 98. 102 ¹ . 104; Stylobat 98; Wände 99; Ver-			
		4. Technisches.	
		Abnahme (δοκιμασία) durch	

Seite.	Seite.
d. Polier (ὕπαρχιτέκτων)	stärken 111 ad 11
71. 79 ad 7/8; durch den	Modell für (Pfeiler-) Säulen-
Architekten 70; durch	Kapitell 71. 74f.
den Arch. und die Bau-	Normalschichten 96
kommission 71 ad 16/7	Normalsteine 72
Anathyrosis 16/9. 36. 37.	Quaderbearbeitung 116
49. 57 ad 1/2	Säulen-Aufbau 70f. 79 ad 16/7
Bleiverguß 42 ad 23. 49; bei	Stylobat-Bearbeitung. 38f. 43 ad
Säulen 39. 70f.	88f. 52f. 55. 62. 70
Böschungsmauern 115 ¹	Türanlagen 125/9
Chiischer Dachstuhl 130	Verdübelung von Ecksteinen
Fugendichtung 118 ¹	50; von Metopen-Platten
Fugenschluß 27. 35. 37. 41. 49.	und Geison-Blöcken 29
57 ad 1/2. 70. 96. 118f.	Verklammerung von Eck-
Fugensicherung 90 ad 65/7	steinen 50f.
Fußbodenplatten 107 ⁴	Versatz von Triglyphen. 29. 42
Keilsteine, dreigeteilt 90 ad 72	ad 27
Lehrpfeiler 31. 96	Verschleifung der Fugen 119
Lehrstreifen 39 oben. 53	Waschen der Fugen 118 ¹
Mindestmaß für Mauer-	

C. Behandelte Termini.

Seite.	Seite.
αἶρειν 41	γεῖσα Δωρικῆ 29f.; γ. ἴλω-
ἄκρα 43 ad 88f.	νικῆ 33f
ἀκρογείσιον 41 ad 20	γεισηπόδιμα 41 ¹
ἀναγραφεύς 40	διαβήτης 71. 114. 116
ἀναθήκη: ἐπ' ἀναθήκει 12. 40	διαψαμμοῦν 117 ad 18
ἀνακαθαίρειν (-ρεσθαι) 106 ad	δόκωσις 129 ad 9/10
3. 109 ³	ἐγ- (Vorsilbe) = ἐκ- 47
ἀνακαθίζειν 79 ad 5	ἐγτριβής 52. 60 ad 17/8
ἀναλαμβάνειν 'aufführen' 109 ad 9	ἔδαφος 107 ad 5
ἀπεργάζεσθαι 25 (XII/XIII). 52	ἔδρα 49. 79 ad 5. 96. 114f
69 ad 19	ἐκπελεκᾶν 40
ἀπό c. g. des Werkzeugs 115 ad	ἐκτυχίζειν 61 ad 20
16. 117 ³	ἐλαιον 118 ¹
ἄποτος ἄρμός 119 oben	ἐλάχιτος 111 ad 11
ἄρμός 116; ἄ. als Zwischen-	ἐμπάγειν 79 ad 57/8
raum 60 oben; ἄρμοι ἄπο-	ἐντός, τό (bei Steinen) 107 ⁴
τοι (ἄλοι) 119 oben; ἄ.	ἐξεργάζεσθαι 40
κτέριφοι 43 (ad 57) f.	ἐξ ἴλωτοῦ (?) 27. 41 ad 19
βάσις 49f.	ἐπί c. acc. des Zweckes 80

	Seite.		Seite.
ἐπικάμπια	49	λείκτριον (s. λίκτριον)	113 ad 14
ἐπικάρανα	31/3	λεκανόπωλις στῦλια	121 ad 12
ἐπιτέμνειν	112	λεοντοκέφαλος	34f.
ἐπιτομή 90 ad 64 u. 65/7; ἐπιτομαί 108 oben. 111 ad 12 Mitte		λίθος für Marmor 123 ad 4; λ. λευκός 123 ad 4	
εὐγώνιος	42 ad B 32	λίκτριον	59 oben. 60 ad 17/8. 70. 78 ad 5. 113 ad 14
εὐθυμετρία	109 ad 9	μάρμαρος	123 ad 4
εὐθωντηρία	86	μεσολαβεῖν	89 ad 61
εὐθύς	116 ^a	μιτλολογεῖν	118 ^a
εὐτελής	41. 59 ad 8. 60 ^a . 61 ad κατάμπτος. 116 ^a	μίλτος	118 ^a
ἔφοδος	112 ^a	νόμαιος	113 oben
ἡγεμόνες	34	νόμος = Schicht	96. 112 ad 13
ἡλωτός s. ἔξ ἡλωτοῦ (?)		Ξεῖν 114 ^a ; für Bildhauerarbeit	35
ἡμικόκλιον	88. 91. 132	Ξοῖς	117 ^a
ἡμιτριβής.	61 oben	Ξύειν	113 ad 14
θεμέλιον (-λια)	108 ad 5	Ξύλομα (sic).	129 ad 9/10
θυραία	123 ad 3	Ξυστήρ	113 ad 14
θύραοι τοῖχοι	123 ad 3	ὀδός	42 ad 10 ^a
θύρετρον (-τρα) 124 (ad 6)- 129; θύρετρα πλευριαῖα.	88	οἰκήματα	123 ad 6
ἱερὸν	77 ad 2	οἰκοδομεῖν	127 unten
ἴκος.	27. 41 ad 19. 71 oben	ὀλος bei Fugen 119 oben; b. Steinen.	90 ad 72
καθαίρεισθαι	40	ὀμαλής	40
κανονίς (Richtscheit) 78 ad 4; κανονίδες (Steine) 27. 28. 42 oben. 78 ad 4		ὀμαλίζειν 57 ad 1/2. 70. 78 ad 3/4	
κανών.	118 ^a	ὀμαλῶς	62 oben
κατὰ κίονα	39. 46 Z. 19. 70	ὀρθός = senkrecht 71 oben. 114. 116 ^a ; ὀ. γόμφος 59 ad 9; ὀ. = wagrecht 71 oben	
κατάμπτος	52. 61	ὀρθοστέδται im engeren Sinne 85; im weiteren S.	84/8
καταΞεῖν	114 ^a	πάγουρος	80
κατατοιχοδομεῖν	113 ad 13	παρὰ τὸ ἔργον.	63 ad 24
κατατομή.	112	παραιετίδες 34 f.; π. ἡγεμόνες 34	
καταφορὰ	95. 108 oben	παραΞεῖσθαι	77 ad 3
κεραμίδες	35 f.	παραστέδες	30/2. 43 ad 53 ff.
κίσρηρις.	70. 76 ad 1. 131	παραστέματα	87 f. 90 ad 65/7; π. τοίχια 87 f.
κίων	78 ad 4	παρατέμνειν.	41 f. ad 20
κρηπίς 38. 50. 63 ad 87. 108 ad 5			

	Seite.		Seite.
πελεκάν	39. 40. 111 ⁴	κύμμιλος	118 ¹
περί γόμφω	59 ad 8	κυαρμόττειν	107 ⁴
περικόπτειν	62 ¹	κυαρωννάειν	107 ⁴
περιεΐσθαι	70. 77 ad 3	κυανθέναι	41. 57 ad 1/2
περιτένεια	52. 60 ad 17	κυφωρα	115 ad 16
περιφέρεια	88. 132		
πέτρα ὀμαλής	40	τέμνειν	41f. ad 20. 111 ad 12 Mitte
πήχυς, στερεοῦ π.	109 ad 9	τετραποδία	63 ad 33/4
πινάκια	43 ad 88f.	τιθέναι	41
πλάτος für Frontlänge 34		τοιχία παραστάματα	87f.
oben. 35. 37; für Höhe	71	τοιχοδομεῖν	113 ad 13
πλευριαία θύρετρα	88. 127	τόπος	107 ¹ . 107 ad 5
πλινθίδες	30f.	τριημιπήχιος	111 ad 11 Mitte
πρόδομος	90 ad 71	τυκίζειν	61 ad 20
προσαγωγεῖον	116	τύχος	61 ad 20
προσθεμέλιον	94 unten		
πρόσθεν, τό	52	ὕγις	20. 22. 23 5 Sp. 1. 41. 42 ad 32. 71 oben. 85
προσλείπειν	43 ad 88f.	ὕπαρχιτέκτων	71. 79 ad 7/8
προστυχίζειν	38f. 43 ad 88f. 61 ad 20	ὕπό c. gen. des Werkzeugs	117 ad 18
πύλαι	129	ὕποβατήρες	85/7
		ὕποδομά	108 ³
στερεός bei Fugen	117 ad 18	ὕποξεῖν	113 ad 14
στερεοῦ πήχυς	109 ad 9	ὕποτομή	112
στέριφος 43 ad 57f.; bei		ὕψος für μήκος u. πλάτος	21
Fugen	117 ad 18		
στοιβά	108 ad 5	Χία δόκιως	129 ad 9/10
στοῖχος	112 ad 13	χωρίον	107 ¹ . 107 ad 5
στρώμα	36f. 108 ad 5		
στρωματίζειν	43 ad 53 ff.		
στυλοβάται	38		



A, Z. 7—16 links.




5


10


15


B, Z. 5—15 rechts.











DISSERTATIONES PHILOLOGICAE

ARGENTORATENSES

SELECTAE

VOLUMEN XIV.



ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER
· MCMX.

INHALT.

1. ROSENMEYER, LUDOVICUS, Quaestiones Tertullianae ad librum Adversus Praxean pertinentes.
 2. HINDENLANG, LUDWIG, Sprachliche Untersuchungen zu Theophrasts botanischen Schriften.
 3. HEINEMANN, M., Epistulae amatoriae quomodo cohaereant cum elegiis Alexandrinis.
-

**QUAESTIONES TERTULLIANEAЕ
AD LIBRUM ADVERSUS PRAEAEAN
PERTINENTES.**

SCRIPSIT

LUDOVICUS ROSENMEYER.

**ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER
MCMIX.**

M. DuMont-Schauberg, Straßburg

RICARDO REITZENSTEIN

BRUNONI KEIL

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

D · D · D ·

PRAEFATIO.

Cum mihi propositum sit de Tertulliani libri, qui inscribitur 'Adversus Praxean', nonnullis locis quaestiones criticas instituere, facere non possum, quin incipiam ab Aemilio Kroymanno, quem de scriptore nostro recuperando optime meritum esse nemo negabit, qui priores editiones inspexerit. Cum ante eum editores ad arbitrium suum contextum constituissent — excipio utique Reifferscheidium et Wissowam, qui primam partem editionis Vindobonensis curaverunt —, non separassent optimos codices a deterioribus, Kroymannus in editione sua ¹⁾ rectam ingressus est viam. Primus in '*Kritische Vorarbeiten für den 3. und 4. Band der neuen Tertullianausgabe* (Act. Ac. Caes. Vind. 143, ann. 1900)' demonstravit, quanti momenti Montepessulanus et Paterniacensis codices sint ad restituendum contextum, egregiumque codicum stemma nobis proposuit. In verbis genuinis auctori restituendis maxima sagacitate est usus, multis egregiis coniecturis persaepe difficultates e medio sustulit. Mirum non est in corrupto illo libro me multis locis alio modo atque eum sententiae subvenire conatum esse — si quis perlegerit librum illius, advertet eum sescentas signasse lacunas, quibus opus non erat —, sed certum fundamentum coniciendi me Kroymanno debere libere equidem profiteor.

Nunc pauca de codicibus²⁾.

Ex Cluniacensi archetypo hodie deperdito deducendi sunt duo codices, qui nunc extant, Montepessulanus (M) — ex

¹⁾ Tertulliani operum pars III (1906), Corp. scr. eccl. Lat. XLVII.

²⁾ Cf. Kroymanni praefationem in ed. eius maiore et librum '*Kr. Vorarb.*', quem modo laudavi.

quo Gorziensis hodie deperditus descriptus est — et Paterniacensis (P), praeterea libri Hirsaugienses, qui, quamquam non iam extant, tamen plane ignoti nobis non sunt, cum et Florentinus codex (F) ex iis pendeat et Rhenanus iis usus sit, qui et Gorziensis collationem in manibus habuit¹⁾. Hos igitur libros diligentius inspiciemus.


Montepessulanus codex (54, M) formae oblongae, membranaceus saec. XI ineunte est scriptus; librarius ipse eum correxit (m. 1), postea pauca ab aliis sunt mutata (m. 2, 3); ortus est codex ille, quem contulit Reifferscheidius, in coenobio Trecensi.

Gemellus eius est Paterniacensis (439, P), qui hodie Selestadii asservatur, formae est oblongae, scriptus et ipse XI. saeculo, quamvis exeunte, sed multo negligentius M codice, cum librarius saepius ipse correxerit, quod scripserat. Beatus Rhenanus hunc codicem variis instruxit notis, quarum eas quas ex Hirsaugiensibus repetiit libris vocula 'aliter' insinavit; instructum ut Kroymanni verbis utar (p. XVI) 'Frobenio typis describendum commodavit'. Paterniacensem contulit Kroymannus. Ipse eundem Selestadi, ubi nunc asservatur, denuo contuli nec non tres Rhenani editiones, in quibus annotationes variaeque lectiones Rhenani propria manu scriptae reperiuntur, quae interdum haud exigui sunt momenti. Paucis locis alia legi atque Kroymannus.

Florentinus F (Conv. soppr. VI 10), qui in bibliotheca Magliabechiana asservatur, chartaceus est, anno 1426 a duobus descriptus librariis. Contra Kroymannum, qui utilem esse putat codicem F, ut distinctius discernere possimus Rhenani coniecturas ab eis, quae debuerit codicibus, dicere velim Rhenanum ipsum huic rei satis prospexisse, cum variis codicum lectionibus verba 'alias' vel 'aliter' appingeret; tamen hic codex alicuius momenti est, cum vera imago Hirsaugiensium deperditorum videatur esse (cf. Kr 241/1 app. cr.).

¹⁾ Florentinus N, qui ex Montepessulano ortus est, nihil facit ad nos, quia liber Adversus Praxean in eo non extat.

Codices ita inter se cohaerent:



De editionibus perpauca addo. Maximi momenti sunt tres illae editiones Beati Rhenani, quae 1521, 1528, 1539 prodierunt. Sequuntur editiones: Martini Mesnarti (vulgo I. Gangnei, Paris. 1545), Sigismundi Gelenii (Basileae 1550), Iacobi Pamelii (Paris. 1579), Fr. Iunii (Franekeræ 1597), tum egregia editio Nicolai Rigalti, quae primum prodiiit Parisiis anno 1634, deinde compluries repetita. Saepius Rigaltius usus est adnotationibus, quas Fulvius Ursinus ad marginem exemplaris sui Pamelianae editionis adscripsit fontibus tamen suis non indicatis. Multum debeo editioni Fr. Oehlerii, quae annis 1853—54 Lipsiae prodiiit. Kroymanni priorem editionem iam commemoravi, ab eodem noster liber separatim editus est (Tubingae 1907), cuius de praefatione postea disserturus sum ¹⁾.

Postremo moneo me in verbis Tertulliani laudandis maioris editionis Kroymanni numeros secutum esse (appictis tamen, quoad fieri potuit, editionis minoris numeris). In apparatu critico Kroymanni editionem maiorem secutus sum; quae ego adieci, uncinis [] significavi.

¹⁾ Hanc editionem non affero, nisi ab editione maiore discedit.

INDEX SIGLORUM.

- M = Montepessulanus 54, saec. XI.
P = Paterniacensis 439, saec. XI.
F = Florentinus Magliabechianus Conv. soppr. VI₁₀, saec. XV.
R seu B. Rh. = Beatus Rhenanus.
R¹ = editio princeps Beati Rhenani a. 1521 (Paterniacensi, ut Kroymanni verbis utar, superstructa et Hirsangiensibus libris hodie deperditis).
R² = editio altera Beati Rhenani a. 1528.
R³ = editio tertia Beati Rhenani a. 1539.
G = lectiones libri Gorziensis a Rhenano, ut statuit Kroymannus, non nisi in tertia editione usurpati.
Gel = editio Sigismundi Gelenii a. 1550.
Pam = editio Iacobi Pamelii a. 1579.
Iun = editio Francisci Iunii a. 1597.
Rig = editio Nicolai Rigaltii a. 1634.
Urs = Fulvius Ursinus.
Lat = Latinus Latinius.
Oehlerus = editio Francisci Oehlerii a. 1853—54.
Eng = Augustus Engelbrecht, qui Kroymannum adiuvit (cf. praef. Kr p. XXXIV).
Reiff = editio (pars I) Reifferscheidii et Wissowae in Corp. scr. eccles. Lat. (XX) a. 1890.
Kr = editio maior (pars III) Aemilii Kroymanni in Corp. scr. eccl. Lat. (XLVII) a. 1906.
-

Exordium sumam a capite gravissimo, in quod etiam Kroymannus plurimum insumpsit operae et laboris, quintum dico, quo Tertulliani doctrina de Logo primum profertur. Sed cum Stoicorum officinas adiisse Tertullianum satis notum sit omnibus, priusquam ad singulos accingar locos, pauca ex illorum placitis ceterorumque philosophorum delibabo, ut et res et verba in memoriam legentium revocentur¹). Stoicis igitur, etsi corporalem deum fingunt, ratio est deus, deus ratio cuncta efficiens, quae per omnia meat, cf. Hippolyti Philos. I 21 (ed. Duncker-Schneidewin 40, 35): Χρύσιππος καὶ Ζήνων . . . ὑπέθεντο καὶ αὐτοὶ ἀρχὴν μὲν θεὸν τῶν πάντων, **κῶμα** ὄντα τὸ καθαρῶτατον, διὰ πάντων δὲ διήκειν τὴν **πρόνοιαν** αὐτοῦ . . . Ipsam autem illam providentiam vel sapientiam dei etiam λόγον appellant, cf. Chrysippi frg. 913 (Arnim, Stoic. vet. frgm. II 264, 18): Εἰμαρμένη ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου **λόγος** ἢ λόγος τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προνοίᾳ διοικουμένων. Ipsum λόγον cum definiunt, distinguunt inter λόγον ἐνδιάθετον et λόγον προφορικόν. Notissimam rem Zelleri verbis explicabo (III, p. 67 ed. 3, cf. et adn. 1): «Derselbe Logos, welcher **Gedanke** ist, so lang er in der Brust bleibt, wird zum **Worte**, wenn er aus ihr hervortritt»²). Haec rationis et sermonis **distinctio** initio certe non in dei λόγον translata, mox in hoc quoque facta est. Itaque Apio, quem esse fontem Aeliani

¹) Usus sum libris: Harnack, Lehrbuch der Dogmengeschichte, ed. 3, 1894/7; F. Loofs, Leitfaden zum Studium der D. G., ed. 4, 1906; M. Heinze, Die Lehre vom Logos, 1872; A. Aall, Der Logos, 2 voll. 1896/99.

²) Praeierant et Aristoteles, qui disserit haec (Anal. post. I 10, 76^b 24): οὐ γὰρ πρὸς τὸν ἔσω λόγον ἢ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπεὶ οὐδὲ συλλογισμός. ἀεὶ γὰρ ἐστὶν ἐνστήναι πρὸς τὸν ἔσω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἔσω λόγον οὐκ αἰεὶ (cf. etiam Categ. 6, 4^b 34) et Plato, qui διάνοιαν modo διάλογον ψυχῆς πρὸς ἑαυτήν, modo λόγον δὲ αὐτῆ πρὸς αὐτὴν ἢ ψυχῇ διέρχεται appellat (Theaetet. 189 e; cf. Soph. 263 e).

hist. an. X 29 Wellmannus ostendit (Hermes XXXI p. 249/50), cur Aegyptii ibim Mercurio sacram voluerint, his fere verbis exponit: καὶ τῷ Ἑρμῇ δὲ φασι τῷ πατρὶ τῶν λόγων φιλεῖται, ἐπεὶ ἔοικε τὸ εἶδος τῇ φύσει τοῦ λόγου· τὰ μὲν γὰρ μέλανα ὑκύπερα τῷ τε σιγμένῳ καὶ ἔνδον ἐπιτρεφομένῳ λόγῳ παραβάλλοιτο ἄν, τὰ δὲ λευκὰ τῷ προφερομένῳ τε καὶ ἀκουομένῳ ἤδη καὶ ὑπέρητη τοῦ ἔνδον καὶ ἀγγέλω, ὡς ἄν εἴποις. Cf. Plutarchi c. princ. philos. diss. c. 2, p. 777 B: τὸ δὲ λέγειν διττὸν δύο λόγοι εἰσὶν, ὁ μὲν ἐνδιάθετος ἡγεμόνος Ἑρμοῦ δῶρον, ὁ δ' ἐν προφορᾷ διάκτορος καὶ ὀργανικός, ἕωλόν ἐστι . . . Alii certe aut proφορικόν tantum ad Mercurium revocabant, velut exempli gratia philosophi, quos Iustinus (Apol. I 22) laudat ὑμῖν τοῖς τὸν Ἑρμῆν λόγον τὸν παρὰ θεοῦ ἀγγελτικὸν λέγουσιν, αὐτὸν ἐνδιάθετον tantum λόγον cum illo deo coniungebant, velut Heraclitus Alleg. Hom. 72 (p. 141 ed. Mehler): Ἑρμῆς . . . τουτέστιν ὁ ἔμφρων λόγος. ὑφιστάμεθα γοῦν ἐτύμως αὐτὸν Ἑρμῆν λέγεσθαι παντὸς τοῦ νοουμένου κατὰ ψυχὴν ἑρμηγέα τινὰ ὄντα nec minus Horapollo ille I 36: καρδίαν βουλόμενοι γράφειν ἴβιν ζωγραφοῦσι· τὸ γὰρ ζῶον Ἑρμῆ ὑκείωται πάσης καρδίας καὶ λογισμοῦ δεσπότη.

Cum prioribus facere etiam Philonem nemo nescit; cuius de Logo doctrinam respicienti duae res primo obtutu occurrunt, primum, ipsis Iudaeis, quo magis incorporalem deum et supra mundum elatum mente concipiebant, eo magis altera quasi divinitatis persona opus fuisse inter hominem deumque intermedia, quasi minore quodam deo, cum priore tamen deo quam artissime coniuncto, deinde e Graecorum philosophia cum Platonicorum tum Stoicorum omnia desumpta esse, quae huic sermonis divini notioni aliquo modo favere possent¹⁾. Iam enim duae illae sectae per Posidonium quasi coniunctae deum piorum animis secreta sua revelantem quaerebant, ut in Posidonium etiam magis quadrent, quae de Philone Harnackius (D. G. I 107) ait: «Die Einführung des Gedankens

¹⁾ Non meum certe est quaerere, num etiam Aegyptiorum religio aliquid contribuerit, aut exponere, quantum haec sermonis divini notio contulerit, ut sacrae Iudaeorum historiae facilius cum philosophia vel theosophia Graecorum coniungerentur.

einer Offenbarungsphilosophie und die auf Skepsis, aber auch auf vertieftem Lebensbedürfnis, ruhende Überbietung des absoluten Intellektualismus der griechischen Philosophie sind die großen, wenn auch in gewisser Weise vorher schon angebahnten, Neuerungen in dem Systeme Philo's». Sed haec et nota et alio loco tractanda. Nunc equidem hoc unum premo Philonem ea, quae de natura sermonis docuerant Stoici, recepisse et in deum sermonemque dei transtulisse, cf. de vita Mosis II 127 (ed. Cohn et Wendland IV 229/21): διττὸς γὰρ ὁ λόγος ἐν τε τῷ παντὶ καὶ ἐν ἀνθρώπου φύσει· κατὰ μὲν τὸ πᾶν ὃ τε περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ παραδειγματικῶν ἰδεῶν, ἔξ ὧν ὁ νοητὸς ἐπάγῃ κόσμος, καὶ ὁ περὶ τῶν ὁρατῶν . . . ἔξ ὧν ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἀπετελεῖτο· ἐν ἀνθρώπῳ δ' ὁ μὲν ἐστὶν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός, <καὶ ὁ μὲν> οἶά τις πηγῆ, ὁ δὲ γεωνός ἀπ' ἐκείνου ῥέων, de Abr. 83 (IV 20/8): διὰ μὲν γὰρ τῆς ἡχοῦς τὸν προφορικὸν λόγον αἰνίττεται, διὰ τοῦ πατρὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα νοῦν — πατὴρ γὰρ ὁ ἐνδιάθετος φύσει τοῦ γεωνοῦ πρεσβύτερός γε ὧν . . ., de migr. Abr. 71 (II 282/10): λόγος . . . ὁ μὲν πηγῆ ἕοικεν, ὁ δὲ ἀπορροῇ, πηγῆ μὲν ὁ ἐν διανοίᾳ, προφορὰ δὲ ἢ διὰ στόματος καὶ γλώττης ἀπορροῇ: *vides filium vel emanationem rationis sermonem dici.*

Sed priusquam haec persequamur, quoniam Tertullianus *hoc loco* de natura sermonis disserit, diligentius perlustremus, *quid* de illa docuerint Stoici. Incipiamus a loco Galeni (De Plac. Hippocr. et Plat. II 5; ed. Kühn V 241 sqq.; frgm. Stoic. III 215, frg. 29¹), qui Stoicos rationis sedem in corde, non in capite *posuisse* dicit, quoniam sermo ab illa individuus inde *proferatur*; Zenonem primum affert: Φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ. εἰ δὲ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει. ὅθεν δὲ λόγος, καὶ φωνὴ ἐκεῖθεν χωρεῖ. λόγος δὲ ἀπὸ διανοίας χωρεῖ, ὥστ' οὐκ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια. τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον λόγον Διογένης (ὁ Βαβυλώνιος sc.) οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐρωτᾷ λέξειν, ἀλλ' ὥδε . . . ἀλλὰ μὴν κάκεινο ἀληθὲς τὸ τὸν λόγον ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι. ἔνιοι γοῦν καὶ ὀριζόμενοι αὐτὸν φασὶν εἶναι φωνὴν σημαίνουσαν, ἀπὸ διανοίας ἐκπεπομένην. Magni momenti est Chrysippi sen-

¹) Afferam semper lectiones Iohannis ab Arnim.

tentia (l. c. p. 242; frgm. Stoic. II 244, frg. 894): 'Εὐλογον δέ, εἰς ὃ γίνονται αἱ ἐν τούτῳ σημασίαι, καὶ ἐξ οὗ <ὁ> λόγος, ἐκεῖνο εἶναι τὸ κυριεῦον τῆς ψυχῆς μέρος. οὐ γὰρ ἄλλη μὲν [ἡ] πηγή λόγου ἐστίν, ἄλλη δὲ διανοίας, οὐδὲ ἄλλη μὲν φωνῆς πηγή, ἄλλη δὲ λόγου, οὐδὲ τὸ ὅλον ἀπλῶς ἄλλη φωνῆς πηγή ἐστίν, ἄλλο δὲ τὸ κυριεῦον τῆς ψυχῆς μέρος'. — τοιούτοις δὲ καὶ τὴν διάνοιαν συμφώνως ἀφοριζόμενοι λέγουσιν αὐτὴν πηγὴν εἶναι λόγου. — 'Τὸ γὰρ ὅλον ὅθεν ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἐκεῖσε δεῖ καὶ τὸν διαλογισμὸν γίνεσθαι καὶ τὰς διανοήσεις καὶ τὰς μελέτας τῶν ῥήσεων, καθάπερ ἔφη. . .'. Idem Galenus in eodem opere III 7, (Kühn V 343, frgm. Stoic. II 250, frg. 903) ubi Chrysippum laudavit dicentem: Εὐ μάλα δὲ παριστάει τὸ λεγόμενον, ὡς ἔφη, καὶ αἱ ἐν αὐτοῖς γινόμεναι μελέται καὶ ῥήσεων καὶ τῶν παραπλησίων. ἐν ᾧ γὰρ ταῦτα πάντα συντελεῖται, πάντως εὐλογον ἐν ἐκείνῳ καὶ τὴν τοῦ λόγου διέξοδον γίνεσθαι, καὶ λέγειν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι κατ' ἐκεῖνο, ipse pergit (344/4): ἀληθῆ ταῦτα γράφεις, ὦ Χρύσιππε. καθ' ὃ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς μελετῶμεν, ἢ καὶ μετὰ αἰτῆς διεξερχόμεθα διανοούμενοι, τοῦτό ἐστι τὸ λογιζόμενον. Deinde Chrysippo sententiam adscribit (345/4) τῶν διαλογισμῶν ἡμᾶς αἰσθάνεσθαι κατὰ τὴν καρδίαν γινομένων et mox eiusdem verbis pergit (Arnim. l. c.): 'Ἀπὸ γὰρ τῆς διανοίας, φησί, δεῖ λέγειν καὶ ἐν ἑαυτῷ λέγειν [ἢ φωνὴν διεξιέναι] καὶ διανοεῖσθαι καὶ ἐν ἑαυτοῖς φωνὴν διεξιέναι καὶ ἐκτὸς ἐκπέμπειν.

Vides Stoicorum doctrinam exscribere Iohannem Damascenum, qui De fide orthodoxa II, xxi (Migne 94, p. 940 B) praebet haec:

Περὶ ἐνδιάθετου λόγου καὶ προφορικοῦ. Πάλιν δὲ διαιρεῖται τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς εἰς τε τὸν ἐνδιάθετον λόγον καὶ εἰς τὸν προφορικόν. Ἔστι δὲ ἐνδιάθετος μὲν λόγος κίνημα τῆς ψυχῆς ἐν τῷ διαλογιστικῷ γινόμενον ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως· ὅθεν πολλάκις καὶ σιωπῶντες λόγον ὅλον ἐν ἑαυτοῖς διεξερχόμεθα, καὶ ἐν τοῖς ὄνειροις διαλεγόμεθα· κατὰ τοῦτο δὲ μάλιστα λογικοὶ πάντες ἐσμέν. Καὶ γὰρ οἱ ἐκ γενετῆς κωφοὶ ἢ οἱ διὰ τι νόσημα ἢ πάθος τὴν φωνὴν ἀποβαλόντες οὐδὲν ἤττον λογικοὶ εἰσιν. Ὁ δὲ προφορικὸς λόγος ἐν τῇ φωνῇ καὶ ἐν ταῖς διαλέκτοις τὴν ἐνέργειαν ἔχει. ἤγουν ὁ διὰ γλώσσης καὶ στόματος προφερόμενος λόγος. διὸ καὶ προφορικὸς λέγεται·

ἔστι δὲ ἄγγελος νοήματος. Κατὰ τοῦτο δὲ καὶ λαλητικοὶ λεγόμεθα. Magni momenti est, quod sequenti in capite (xii, 944 A) scriptum legimus: 'H... ἐνθύμησις... ἑαυτὴν βακανί-
 caca καὶ ἀνακρίνασα τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ νοούμενον, φρόνησις
 ὀνομάζεται. 'H δὲ φρόνησις πλατυνθεῖσα ποιεῖ τὸν διαλογι-
 μόν, ἐνδιάθετον λόγον ὀνομαζόμενον· ὃν ὀριζόμενοι
 φασι κίνημα ψυχῆς πληρέστατον ἐν τῷ διαλογιστικῷ
 γενόμενον, ἄνευ τινὸς ἐκφωνήσεως, ἔξ οὗ τὸν προφορικὸν
 λόγον φασι προέρχεται, τὸν διὰ γλώσσης λαλούμενον.

Iam igitur ad ipsa Tertulliani verba explananda et emendanda accedamus. Liceat totum caput, ut a Kroymanno editum est, in medium proferre (232/28 Kr ed. mai. — 6/1 ed. min.):

Sed quia duos unum volunt esse, ut idem pater et filius habeatur, oportet et totum de filio examinari, an sit et (233/1) qui sit et quomodo sit, et ita res ipsa formam suam scripturis, et interpretationibus earum patrocinantem, vindicabit. aiunt quidam et
 5
 Genesim in Hebraico ita incipere: in principio deus fecit sibi filium. hoc ut firmum non sit, (5) alia me argumenta
 deducunt de ipsa dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem ad usque filii generationem. ante omnia enim deus
 erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia, solus autem, quia nihil aliud extrinsecus praeter illum. ceterum ne tunc
 10
 quidem solus; habebat enim (10) secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. rationalis enim deus, et
 † ratio in ipsum prius et ita ab ipso omnia. quae ratio sensus ipsius est, hanc Graeci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam
 sermonem appellamus, ideoque iam in usu est nostrorum per
 15
 simplicitatem interpretationis (15) sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competat,

1 esse volunt F; 2 oportet in totum *susp. Kr*; 3 ipsa res P (*invertit ordinem R*); 4 patrocinantem *Kr*: patrocinantibus PMF; quidam Ciacconius: quidem PMF; 6 argumenta me F; 7 deducunt = *docent*, ut *deductor* (229/2) = *doctor*; de *Kr*: ab PMF; 10 aliud *om. P*; 12 rationem, suam scilicet *Oehlerus*; 13 ipsum MP (*corr. ū in o R*), ipso FR *vulgo*; et ratio in ipsum <ipso> prius et ita ab ipso alia *susp. Kr*; 14 est. hanc *vulgo*; 17 ad competat *adn. Kr*: *scil.* dicere in primordio apud deum fuisse;

[antiquiorem haberi] quia non sermonalis a principio sit rationalis deus [etiam ante principium] et quia ipse quoque sermo
 20 ratione consistens priorem eam ut substantiam suam ostendat. tamen et sic nihil interest. nam etsi deus (20) nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitanto et disponendo secum quae per sermonem mox erat dicturus. cum ratione
 25 enim sua cogitans atque disponens <sermone,> sermonem eam efficiebat, quam sermone tractabat. id quo facilius intellegas, (25) ex te ipso, amo, recognosce ut ex imagine et similitudine (234/1) dei, quod habeas et tu in temetipso rationem, qui es animal rationale, a rationali scilicet artifice
 30 non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. vide, cum tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te occurrente (5) ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, ad omnem sensus tui pulsum. quodcumque cogitaveris, sermo est; quodcumque senseris. <o>ratio
 35 est. loquaris illud necesse est in animo, et dum loqueris, conlocutorem pateris sermonem, in quo inest haec ipsa ratio, qua cum eo cogitans (10) loquaris, per quem loquens cogitas. ita secundus quodammodo in te est sermo. [per quem loqueris cogitando et per quem cogitas loquendo; ipse sermo alius
 40 est.] quanto ergo plenius hoc [agitur] in deo, cuius tu quoque imago et similitudo censeris? [quod habeat in se etiam tacendo rationem et in (15) ratione sermonem] possum itaque non temere praestruxisse et tunc deum ante universitatis constitutionem solum non fuisse, habentem in semetipso proinde

18 antiquiorem haberi *seclusit Kr*; sit *Kr*: sed *PMF*; 19 etiam ante principium *seclusit Kr*; 25 sermone *addidit Kr*; 26 id quo *Kr*: id quod *MF*, idque quo *P*; 27 amo, recognosce *Kr*: amore cognosce *MF*, a me recognosce *P*, ante recognosce *Urs*; 28 quod *MF*, quo *P*, quam *Urs*; 32 agi *R*^s: age *PMR*¹; 34 oratio *Kr*: ratio *PMF*; 35 necesse est in animo *MP* (*invertit ordinem E secundum Hirsaugiensem*), in animo necesse est *FR vulgo*; 36 in quo est lex ipsa ratio *F*; 38 secundus = *ut adn. Kr secunda, id est alia persona (cf. supra conlocutorem pateris sermonem et quae infra sequuntur l. 42 sqq.)*; 38/40 per quem — alius est *seclusit Kr*; 40 quanto *R*^s: quando *PMFR*¹; agitur *seclusit Kr*; 41/42 quod habeat — sermonem *seclusit Kr*.

rationem et in ratione sermonem, quem secundum a se fecerat agitando intra se. 45

45 fecerat *Kr*: faceret PMF; 46 cogitando *susp. Eng.*

Nunc vertamur ad singulos locos. Ineunte capite scriptum legimus: 'Sed¹⁾ quia duos unum volunt esse, ut idem pater et filius habeatur, oportet et totum (in totum *susp. Kr*) de filio examinari, an sit et qui sit et quomodo sit, et ita res ipsa formam suam scripturis, et interpretationibus earum patrocinantem (patrocinantibus PMF), vindicabit'.

Haud recte Kroymannus bonam illam codicum lectionem immutare conatus est. Iuris consultum Tertullianum ibi cognoscimus, qui quasi iudicium introducit: in iudicio versatur rei forma, testimonia sunt scripturae, interpretationes sunt quasi advocati aut patroni, qui illi succurrunt. Quare dilucidum est atque perspicuum: 'et ita res ipsa formam suam scripturis et interpretationibus [earum] patrocinantibus (*sc. ei formae*) vindicabit (= *wird verteidigen, sicher stellen*). Fortasse ut acrius sententiam pronuntiemus, pro illo 'earum' 'ei' non modo mente supplendum, sed scribendum est. Hoc autem nihil refert. Ad figuram velim conferas De test. an. I (Reiff. 134/13): '... nihil nos aut novum aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes et publicae litterae ad suffragium nobis patrocinentur, ...' Paulo antea Kroymannus recte haesit in 'et totum' et scribendum suspicatur 'in totum', quod in contextum recipere non dubito²⁾.

Transimus nunc ad locum, qui hoc multo est difficilior: apud nos p. 5/10, apud *Kr* 233/9—6/11: 'ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. rationalis enim deus, et † ratio in ipsum prius (in ipso prius FR *vulgo*; in ipsum < ipso > prius *susp. Kr*) et ita ab ipso omnia (et ita ab ipso alia *susp. Kr*). quae ratio sensus ipsius est, hanc ...'

¹⁾ In locis exscribendis ut hic ita semper Kroymanni editionem maiorem sequar eiusque afferam lectionem.

²⁾ Cf. De baptismo c. II (Reiff. 201/17): 'ad fidem labefactandam vel in totum non recipiendam'.

Codicum lectionem veram non esse Kroymannus recte intellexit et bene exposuit (pag. 66 ed. min.): «Lesen wir mit der schlechteren Ueberlieferung, wie bisher geschehen ist, in ipso, so hätten wir: und die Vernunft ist in ihm 'das frühere' und so stammt von ihm alles. Dies ergibt einen nicht einmal in sich klaren Gedanken; wenigstens müßte man dann weiter ändern: ab ipsa = von ihr, nämlich der ratio. Aber auch mit dieser Aenderung wäre in unserm Zusammenhang nichts gewonnen. Denn nicht daß von der ratio, dem λόγος, das Universum stamme (cf. Joh. 1, 1), soll hier bewiesen werden, sondern daß sie ein Zweites in Gott ist». Hactenus cum Kroymanno consentio, sed verba quae sequuntur nullo modo probare possum. Profert enim haec: «Gott ist sowohl das Subjekt als auch das Objekt seines Selbstbewußtseins oder seines Sichselbsterkennens; die ratio ist das Subjekt, Gott selbst das Objekt. Insofern aber das Subjekt als Erkennendes das prius, das Erkannte als Objekt das posterius ist, ist von Anfang an in Gott eine Zweiheit». Priora agnoscere possum. Dubitari non potest, quin ratio, quae cogitat, subiectum sit, cum id, de quo ratio cogitat, h. e. deum quasi obiectum nominare possimus. Quomodo autem dicere potuit subiectum ut cognoscens prius esse, obiectum ut cognitum posterius? ¹⁾ Haud recta est conclusio illa: 'et ratio in ipsum ipso prius et ita ab ipso alia'. Nullo modo ratio deo est prior, — quod quidem scribere mallet quam 'prius', si Kroymannum sequi possem — et obstarent omnia ea, quae supra quasi per prooemium praefati sumus. Certe antiqua interpunctione restituta ita scribendum est: 'et ratio in<tra> ipsum prius et ita in ipso omnia, quia ratio sensus ipsius est'. 'Prius' illud adiectum est, quia subauditur: postea ut sermo extra ipsum. Firmatur hoc sequentibus verbis: 'sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi . . . quia ipse quoque sermo ratione consistens priorem eam ut substantiam suam ostendat'. Concludi non posse 'et ita ab ipso omnia'

¹⁾ Idem Kroymanno obicit Jülicher, qui Theol. Literaturzeitung 1908, Nr. 14 iudicat de Kroymanni editione minore.

iam dixit Kroymannus, sed 'et ita ab ipso alia' ad nostram lectionem 'ratio intra ipsum prius' non iam quadrat. Praeterea 'quae ratio' rectum esse mihi non videtur; nescio quid illud 'quae' sibi velit; certo coniungendum est: 'et ita in ipso omnia, quia ratio sensus ipsius est.' Agitur enim de $\nu\psi$ $\acute{\epsilon}\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$ $\nu\omicron\omicron\upsilon\acute{\nu}\eta\tau\iota$, ut recentiores dixerunt Neoplatonici velut Pseudoiamblichus, qui de Myst. VIII 3 illum antiquissimum deorum qui Cneph audiat, Aegyptiis esse dicit. Ad nostra verba velim conferas 235/8—7/28: 'ipsum primum protulit sermonem, habentem in se individuas suas < socias, > rationem et sophiam, ut per ipsum fierent universa, per quem erant cogitata atque disposita, immo et facta iam, quantum in dei sensu'. Ad 'et ita in ipso omnia' cf. supra 'ipse sibi et mundus et locus et omnia', Hippolyti $\text{Εἰς τὴν ἀίρεσιν Νοῆτου τινός}$ (Migne 10, 817 B): $\text{Πάντα δὲ ἦν ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ ἦν τὸ πᾶν.}$

Nunc ad sequentia verba: hanc rationem Graeci appellant $\lambda\acute{o}\gamma\omicron\nu$, quae vox apud Latinos etiam verbum seu sermonem significat, quare simplicitatis causa sermonem in primordio apud deum fuisse illi dicunt, 'cum magis' (p. 5/17 apud nos; sequor codices) 'rationem competat antiquiorem haberi, quia non sermone a principio, sed rationalis deus etiam ante principium . . .' Kroymannus verba 'antiquiorem haberi' (233/16—6/18) et 'etiam ante principium' (v. seq.) secluserit hac explicatione addita: «Hier sind die Worte 'antiquiorem haberi' eine handgreifliche Interpolation. Denn nach dem Satze: 'und darum hat man sich bei uns infolge der Einfachheit der Übersetzung gewöhnt zu sagen, im Anfang sei der 'sermo' bei Gott gewesen', kann der folgende adversative Gedanke nur lauten: 'während es richtiger wäre zu sagen: die ratio'. Statt dessen steht da: 'während es richtiger wäre, daß man die ratio für die ältere hielte'. Das ist nicht nur gegen die Logik, sondern auch insofern mißverständlich, als man das Wort 'älter' doch nach dem Vorhergehenden nur so ausdeuten könnte, daß die ratio also bereits vor dem principium dagewesen sei. Und das wäre ein Unsinn, da principium im Vorhergehenden nicht den durch die Welterschöpfung gesetzten Anfang, sondern den Uranfang des Seins überhaupt (von Ewigkeit

firmum non sit, (5) alia me argumenta deducunt de ipsa dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem ad usque filii generationem. ante omnia enim deus erat solus, ipse
 10 sibi et mundus et locus et omnia, solus autem, quia nihil aliud extrinsecus praeter illum. ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim (10) secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. rationalis enim deus, et ratio in<tra> ipsum prius et ita in ipso omnia, quia ratio sensus ipsius
 15 est. hanc Graeci λόγον dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus, ideoque iam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis (15) sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competat antiquiorem haberi, quia non sermonalis a principio, sed rationalis deus etiam
 20 ante principium, et quia ipse quoque sermo ratione consistens priorem eam ut substantiam suam ostendat. tamen et sic nihil interest. nam etsi deus (20) nondum sermonem suum <e>miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum
 25 quae per sermonem mox erat dicturus. cum ratione enim sua cogitans atque disponens, sermonem eam efficiebat, cum sermone tractabat. id quo facilius (25) intellegas, ex te ipso, homo, recognosce ut ex imagine et similitudine (234/1) deum, quod habeas et tu in temetipso rationem, qui es animal
 30 rationale, a rationali scilicet artifice non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. vide cum tacitus tecum

7 argumenta me F; deducunt = *docent, ut deductor* (229, 2) = *doctor*; de Kr: ab PMF; 11 aliud *om.* P; 13 rationem, suam scilicet *Oehlerus*; 14 ipsum MP (*corr. ū in o R*), ipso FR *vulgo*, et ratio in ipsum <ipso> prius et ita ab ipso alia *susp.* Kr: et ratio in<tra> ipsum prius et ita in ipso omnia *scripsi*; quia ratio *scripsi*: quae ratio PMF; 15 est. hanc *vulgo*: est, hanc Kr; 18 competat *scil.* dicere in primordio apud deum fuisse *adnot.* Kr, *qui antiquiorem haberi seclusit*; 19 sed PMF, sit Kr; etiam ante principium *secl.* Kr; 23 emiserat *scripsi*: miserat PMF *vulgo*; 26 disponens PMF, disponens sermone Kr; cum sermone *scripsi*: quam sermone PMF; 27 id quo Kr: id quod MF, idque quo P; 28 homo, recognosce *scripsi*: amore cognosce MF, a me recognosce P, ante recognosce *Urs*, amo recognosce Kr; deum *scripsi*: dei PMF; 29 quod MF, quo P, quam *Urs*.

ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te occurrente
 (5) ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, ad
 omnem sensus tui pulsum. quodcumque cogitaveris, sermo
 est; quodcumque senseris, ratio est. loquaris illud necesse 35
 est in animo, et dum loqueris, conlocutorem pateris sermonem,
 in quo inest haec ipsa ratio, qu<i>a cum eo cogitans (10)
 loquaris, per quem loquens cogitas. ita secundus quodam-
 modo in te est sermo, per quem loqueris cogitando et per
 quem cogitas loquendo; ipse sermo alius est. quanto ergo 40
 plenius hoc ag<nosc>itur in deo, cuius tu quoque imago et
 similitudo censeris, quod habeat in se etiam tacendo rationem
 et in (15) ratione sermonem! possum itaque non temere
 praestruisse et tunc deum ante universitatis constitutionem
 solum non fuisse, habentem in semetipso proinde rationem 45
 et in ratione sermonem, quem secundum a se faceret agi-
 tando intra se.

32 agi R^s: age PMR¹; 35 ratio PMF, oratio Kr; necesse est in
 animo MP (*invertit ordinem R secundum Hirsaugiensem*), in animo
 necesse est FR *vulgo*; 37 in quo est lex ipsa ratio F; quia *scripsi*:
 qua PMF *vulgo*; 38 loquaris PMF, loqueris *fort.*; 'secundus = *secunda*
id est alia persona (cf. supra conlocutorem pateris sermonem et quae
infra sequuntur l. 43 sqq.)' adnot. Kr; 39/40 per quem loqueris — alius
 est *secl. Kr*; 40 quanto R^s: quando PMFR¹; 41 agnoscitur *scripsi*:
 agitur PMF, *seclus. Kr*; 42/43 quod habeat — sermonem *secl. Kr*;
 46 **f**aceret PMF, fecerat Kr; cogitando *susp. Eng.*

De capitibus VII—VIII.

VII. Et hoc loco optimum esse puto caput, quale Kroymannus edidit, maxima ex parte in medium proferre.

(235/14—8/1) Tunc igitur etiam ipse sermo speciem et ornatum suum (15) sumit, sonum et vocem, cum dicit deus: fiat lux. haec est nativitas perfecta sermonis, dum ex deo procedit. conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine
 5 sophiae: dominus condidit me initium viarum, dehinc generatus ad effectum: cum pararet caelum, aderam illi, exinde eum (20) patrem sibi faciens, de quo procedendo *, filius factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus, et unigenitus, ut solus ex deo genitus, proprie de vulva cordis
 10 ipsius, secundum quod et pater ipse testatur: eructavit cor meum sermonem optimum. ad quem deinceps gaudens proinde gaudentem (25) in persona illius: filius meus es tu, <inquit,> ego hodie genui te, et: ante luciferum genui te. sic et filius ex (236/1) sua persona profitetur
 15 patrem in nomine sophiae: dominus condidit me initium viarum in opera sua; ante omnes autem colles generavit me. nam si hic quidem sophia videtur dicere conditam se a domino in opera et vias (5) eius, alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse et sine illo nihil factum,
 20 sicut et rursum: sermone eius caeli confirmati sunt et spiritu eius omnes vires eorum, utique eo spiritu, qui sermoni inerat, apparet unam eandemque vim esse nunc in nomine sophiae nunc in appellatione (10) sermonis, quae

6 illi <simul.> exinde *Pam*; 7 patrem MF, parem P *vulgo* [patrem P, t *litt. a libr. extincta*]; lacunam signavit *Kr*: generatur *intercidisse putat* (cf. 236/15), de quo procedendo <fit> filius, factus est primogenitus *Kr in ed. min.*; 12 gaudentem in *Pam*: gaudenti in PMFR¹, gaudentem R²; 13 inquit *addidit Kr*; et ante luciferum genui te *om. F*; 16 in opera sua RF, in sua opera M (*corr. m. 1*) P; 22 sermonē M.

initium accepit viarum in dei opera et quae caelum confirmavit, per quam omnia facta sunt et sine qua nihil factum 25 est. nec diutius de isto, quasi non ipse sit sermo et in sophiae et in rationis et in omnis divini animi et spiritus nomine, qui filius factus est dei, de quo prodeundo (15) generatus est. ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, spiritu et sophiae traditione constructam? plane. 30 non vis enim eum substantivum habere in re per substantiae proprietatem, < ne > ut res et persona quaedam videri possit et ita capiat secundus a deo constitutus duos efficere (20) patrem et filium, deum et sermonem. quid est enim, dicis, sermo, nisi vox et sonus oris et, sicut grammatici tradunt, 35 aer offensus, intelligibilis auditu, ceterum vacuum nescio quid et inane et incorporale? at ego nihil dico de deo inane et vacuum prodire potuisse, ut non de inani et vacuo prolatum (25), nec carere substantia quod de tanta substantia processit et tantas substantias fecit; fecit enim et ipse quae 40 facta sunt (237/1) per illum. < aut > quale est, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est, ut inanis solida et vacuus plena et incorporalis corporalia sit operatus? . . .

28 est *om.* P (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*); 29 dare = *annehmen, ut videtur (adn. Kr)*; 30 plane. non vis enim MFGR, plane novimus P; 32 ne *add. Kr, qui adnotat*: 'ut res et persona *intellege*: sicut res ita et persona'; 33 capiat R^s: capias PMFR¹; 34 dicis *Kr*: dices PMF; 35 sermo R: sermoni P (*corr. R*) MF; 38 prodire R: prodere P (*corr. R*) MF; 39 quod de tanta substantia *om.* P (*add. R ex Hirsaugiensi*); 40 tantas substantias RF, tanta substantias M (tantas *m. 3*), tanta substantia P (*corr. R*); 41 aut *addidit Kr*.

Vertamur nunc ad prima nostri capitis verba. Agitur ibi de sententiis, quae quid sibi velint, satis apparet. Enumerantur sermonis nascentis quasi singula momenta scripturae verbis comprobata :

conditus — sophiae : dominus — viarum,
dehinc — effectum : cum — aderam illi,
sequentia Tertulliani ipsius confirmantur verbis, de quibus
infra plenius disputabitur; sequitur :
primogenitus: ut ante omnia genitus,
et unigenitus: ut solus ex deo genitus.

Ante omnia restituenda est sententia 'eum pa(t)rem sibi faciens'. 'de quo', h. e. de patre, nemo dubitabit, quin referendum sit ad 'eum', in quo igitur significatio 'pater', inest; 'pater' cum sit huius sententiae obiectum, subiectum esse non potest, quare 'filius' subiectum est. Si consideramus id, quod de bona sententiarum compositione modo diximus, vel inde 'filium' esse subiectum intellegi potest. Repetamus:

'conditus — sophiae' : id est filius.

'dehinc — effectum' : id est filius.

'exinde — faciens' : id est filius.

A filio patrem filio parem factum esse absurdum est; 'patrem' igitur scribendum est, quod omnes praebent codices, quod et MP codicum archetypus praebuit, solus P codicis librarius seu m. 2. (plane hoc distinguere non potui) 'patrem' in 'parem' correxit, quem R alique sunt secuti. Quamquam audacius haec verba 'eum patrem sibi faciens' dicta sunt, tamen mutare nolim; cf. c. X (241/14—12/32) 'non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem.' et ibidem (240/19—12/10) 'atquin pater filium facit et patrem filius'. Sed Kroymannus verba 'de quo procedendo filius factus est' mutare voluit. Recte intellexit toti enuntiato verbum deesse ad quod participia se adiungerent, cognovitque 'exinde et' nihil novi afferre, quamquam necessario commemorandum erat filium ex patre exiisse; in ed. mai. igitur, 'filius factus est' verba sententiae primariae reddidit et ante ea lacunam signavit, quod fieri non posse satis apparet: 'de quo procedendo filius factus est' servandum est, quod respondet sententiae 'eum patrem sibi faciens'. Nec felicius in editione minore restituere conatus est contextum: 'de quo procedendo <fit> filius, factus est primogenitus . . .' De ea enim re cum maxime agitur, quod filius ille factus est, non quod primogenitus est et unigenitus. Alio loco mendum quaerendum est. Cum, ut iam diximus, verbis 'exinde eum patrem sibi faciens' nihil novi afferatur, haereo in voce 'exinde'. Si cum Reitzensteinio 'exinde' mutaverimus in 'exiit', omnes difficultates e medio sublatae erunt. Sententia nunc est: 'exiit eum patrem sibi faciens, de quo procedendo filius factus est, primogenitus . . .' Ea re, quod exit ὁ λόγος, ὁ νοῦς

fit pater, ὁ λόγος filius¹⁾, antea unum erant; cf. 236/14 (8/27) 'filius factus est dei, de quo prodeundo generatus est'. Nunc participia, quae sequuntur, egregie se adiungunt. Ad confirmandam hanc coniecturam cf. c. XXII (268/26—35/5): 'ego enim ex deo exivi et veni, — et tamen non separamus, licet exisse dixerit, ut quidam arripiunt huius dicti occasionem; exivit enim a patre ut radius ex sole . . .²⁾', c. XXIII (273/8—38/20): 'sciens Iesus omnia sibi tradita a patre esse et se ex deo exisse et ad deum vadere. sed Praxearum ipsum vult patrem de semetipso exisse . . .', c. XXIV (274/25—39/31): 'quia ego ex deo exivi et veni . . .'

Iam vertamur ad locum p. 19/29 (236/15—8/28)³⁾: Priusquam singula tractemus, rem ipsam explicemus. Egregie Har-nackius (l. c. II 285 adnot. 1): «Die Gottheit ist der substantia, dem status, der potestas, der virtus nach eine, es gibt nur eine göttliche Substanz . . . In dieser einen Substanz ist keine separatio oder divisio oder dispersio oder diversitas, wohl aber eine distributio, distinctio, dispositio, dispensatio, kurz eine οἰκονομία, eine differentia per distinctionem. Daher ist die unitas substantiae keine singularitas numeri — Gott ist nicht unicus et singularis —, sondern sie umfaßt drei nomina resp. species, formae, gradus, res, personae . . . Keine von ihnen ist eine bloße Eigenschaft, vielmehr ist jede eine substantiva res ex ipsius dei substantia . . . Die(se) drei Gradus oder Personen unterscheiden sich durch die proprietates und die conditio, nicht aber durch die Substanz». Persaepe substantiae voce utitur Tertullianus, exempli gratia nostr. libr. c. II

¹⁾ Cf. Philonis de vita Mos. II (127) διττός γὰρ ὁ λόγος ἐν τε τῷ παντί καὶ ἐν ἀνθρώπου φύσει . . . ἐν ἀνθρώπῳ δ' ὁ μὲν ἐστὶν ἐνδι-θετος, ὁ δὲ προφορικός, <καὶ ὁ μὲν> οἶα τις πηγὴ, ὁ δὲ γεγωνός ἀπ' ἐκείνου βέων. et de Abr. 83 διὰ μὲν γὰρ τῆς ἡχοῦς τὸν προφορικὸν λόγον αἰνίττεται, διὰ τοῦ πατρὸς δὲ τὸν ἡγεμόνα νοῦν — πατήρ γὰρ ὁ ἐνδιθετος φύσει τοῦ γεγωνοῦ πρεσβύτερός γε ὢν . . . v. p. 3.

²⁾ Fortasse 'exivit' et nostro loco restituendum est, nisi quod facilius explicatur exiit ex exitu ortum.

³⁾ Ad Kroymanni apparatus criticum addo ad 19/31 (236/17—8/30) R² in mg. praebere: 'alias, non vis enim . . . in se . . .', ad 19/32 (236/18—8/31): et res P, *libr. corr. in* ut res.

(229/26—3/17)¹⁾: 'quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet unitatem, et nihilominus custodiatur oikonomiae sacramentum, quae unitatem in trinitatem disponit, tres dirimens <et> patrem et filium et spiritum sanctum, tres autem non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, unius autem substantiae...'; c. III (231/18—4/28): 'tam consortibus substantiae patris' et paulo infra (c. IV inc.): 'ceterum qui filium non aliunde deduco, sed de substantia patris...', c. XXVI (278/13—43/4): 'quod<si> deus dei tamquam, substantiva res, non erit ipse deus, sed hactenus deus, qua ex ipsius dei substantia'²⁾; cf. praeterea Adv. Hermog. c. III (128/21) 'scilicet deus substantiae ipsius nomen, id est divinitatis, dominus vero non substantiae, sed potestatis. substantia semper fuit cum suo nomine, quod est deus'. Similia et Hippolytus affert Eic τὴν αἰρεσιν Νοήτου τινός c. VII (Migne 10, 813 A): Τὸ γὰρ 'ἐμὲν' οὐκ ἐφ' ἐνός λεγόμενον, ἀλλ' ἐπὶ <δυσοῖν> δύο πρόσωπα ἔδειξεν, δύναμιν δὲ μίαν³⁾. C. XIV (821 A) Δύο μὲν οὐκ ἐρῶ θεός, ἀλλ' ἢ ἓνα, πρόσωπα δὲ δύο, οἰκονομία⁴⁾ δὲ τρίτην τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Nunc ad Novatianum. In libri De Trinitate capite XXVII (Migne 3, ed. 2, 1865, p. 966 B) legimus scriptum: 'At cum ego dicit, deinde patrem infert, dicendo ego et pater proprietatem personae suae, id est filii, a paterna auctoritate discernit atque distinguit, non tantummodo de sono nominis, sed etiam de ordine dispositae potestatis, ... Unum ... neutraliter positum societatis concordiam, non unitatem personae sonat'. C. XXXI (978 A): 'Ex quo ... sermo filius natus est: qui non in sono percussi aeris aut tono coactae de visceribus

¹⁾ De hoc loco infra disputaturus sum (p. 24).

²⁾ Harnackius credit distinctionem inter personam et substantiam ex iuris consultorum usu venisse: pluribus personis una substantia inesse potest, uni personae plures substantiae (cf. cap. XXVII et Harnackium l. c. I. 555).

³⁾ Sic haec verba a Reitzensteinio restituta sunt, cum obscura sit codicum lectio: Τὸ γὰρ 'ἐμὲν' οὐκ ἐφ' ἐνός λέγεται, ἀλλ' ἐπὶ δύο πρόσωπα ἔδειξεν ...

⁴⁾ Reitzensteinii coniecturam, qui codicum lectionem οἰκονομία mutavit in οἰκονομία, in contextum recepi.

vocis accipitur, sed in substantia prolatae a deo virtutis agnoscitur . . . (981 A) unus deus ostenditur verus et aeternus pater: a quo solo haec vis divinitatis emissa, etiam in filium tradita et directa, rursum per substantiae communionem ad patrem revolvitur'. Egregie etiam ad nostrum locum quadrant, quae Hippolytus in Philosoph. X 33 dicit: Οὗτος οὖν μόνος καὶ κατὰ πάντων θεὸς λόγον πρῶτον ἐννοηθεὶς ἀπογεννᾷ, οὐ λόγον ὡς φωνήν, ἀλλ' ἐνδιάθετον τοῦ παντός λογισμόν. Τοῦτον μόνον ἔξ ὄντων ἐγέννα· τὸ γὰρ ὄν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἦν, ἔξ οὗ τὸ γεννηθέν. Αἴτιον τοῖς γιγνομένοις λόγος ἦν, ἐν ἑαυτῷ φέρων τὸ θέλειν τοῦ γεγεννηκότος, οὐκ ἄπειρος τῆς τοῦ πατρὸς ἐννοίας· ἅμα γὰρ τῷ ἐκ τοῦ γεννήσαντος προελθεῖν, πρωτότοκος τούτου γενόμενος φωνή, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὰς ἐν τῷ πατρὶ προενοηθείσας ἰδέας, ὅθεν κελεύοντος πατρὸς γίνεσθαι κόσμον τὸ κατὰ ἕν λόγος ἀπετελεῖτο ἀρέσκων θεῷ.

Sed iam ad rem ipsam vertamur. Auctor demonstrare voluit 'unam eandemque vim esse nunc in nomine sophiae nunc in appellatione sermonis'¹⁾, sermonem esse 'et in sophiae et in rationis et in omnis divini animi et spiritus nomine, qui filius factus est dei, de quo prodeundo generatus est'. Ad haec adversarius: concedis²⁾ igitur λόγῳ esse substantiam — quod quidem ipse adversarius negat; utitur verbo 'das', quia auctor hic quodammodo monarchiae destructionem infert (concedit) —, quae substantia constat ex spiritu (πνεύματι) et sophia (παραδομένη σοφία)³⁾? Tertullianus respondet: 'plane, concedo hoc', idque ipsum confirmat verbis exeuntis capitis (237/15 — 9/23): 'quanto magis quod ex ipsius substantia emissum est sine substantia non erit? quaecumque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam . . .' Scribi nunc non potest: 'novimus eum substantivum habere', quae verba sensu carerent, sed incipiendum est a 'non vis enim'; 'enim' ut paulo infra ('fecit enim et ipse quae facta sunt per illum') ita et hoc loco adversativum fere videtur esse, nisi forte, quod praestat, verbum

¹⁾ Cf. Philon. leg. allegor. I 65 (l. c. I 78, 1): αὕτη ἐκπορεύεται ἐκ τῆς Ἐδέμ, τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας· ἡ δὲ ἐστὶν ὁ θεοῦ λόγος.

²⁾ Ad 'das' = 'concedis' velim conferas Cic. Tusc. Disp. I 11 (§ 25): 'dasne aut manere animos post mortem aut morte ipsa interire? Do vero'.

³⁾ Cf. c. VIII (238/11—10/12): 'sermo autem spiritu structus est'.

aliquod mente supplendum est: 'hoc non credis' seu 'hoc impugnans'. 'in re' corruptum est, sed ne 'in se' quidem veram praebet lectionem, quare Reitzensteinius proponit 'nisi', qua coniectura recepta fortius premitur 'per substantiae proprietatem'. Scribit igitur: *ὁ γὰρ οὐ θέλει οὐσιώδη νομίζειν αὐτὸν εἰ μὴ διὰ τὸ ἴδιαν ἔχειν οὐσίαν* = non vis enim eum substantivum habere nisi per substantiae proprietatem; iam pergunt codices 'ut (ὥστε) res (= *etwas Materielles*, cf. 278/14—43/5) et persona quaedam videri possit et ita capiat¹⁾ secundus . . .' Omnia egregie in Graecum sermonem verti possunt: *ὁ γὰρ οὐ θέλει οὐσιώδη νομίζειν αὐτὸν εἰ μὴ διὰ τὸ ἴδιαν ἔχειν οὐσίαν, ὥστε εἶναι τι καὶ πρόσωπον εἶναι καὶ δύνασθαι δεύτερον ὄντα ἀπὸ θεοῦ δύο ποιεῖν πατέρα καὶ υἱόν, θεὸν καὶ λόγον. τί γὰρ, φῆς, λόγος ἐστίν, εἰ μὴ φωνὴ καὶ ἐκ στόματος ἤχος καὶ ὡς εἶποιεν ἂν γραμματικῶν παῖδες ἄῆρ πεπληγμένος, ἀκοῆ μὲν αἰσθητός, κενός δὲ καὶ ἀκύματος; ἀλλ' ἐγὼ ἐκ θεοῦ κενόν τι προφέρεσθαι οὐ φημι καθ' ὅσον οὐκ ἀπὸ κενοῦ προφερόμενον οὔτε οὐσίαν οὐκ ἔχειν δ' ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας προφέρεται καὶ πάσαν ποιεῖ οὐσίαν.* In sequentibus (237/1—9/9) Kroymannus 'aut' addidit, quod ferri non potest, quia sententiarum ordinem deleret; 'iam quale' scribere possumus: «Wenn das Vorherige bewiesen ist, was würde es dann für ein Unsinn sein, daß . . .»

Priusquam hoc loco pergamus, mihi liceat pauca disserere de loco, quem laudavimus supra: Capituli II 230/1—3/21, ubi scriptum legimus: '. . . dum unicum (229/25) deum non alias putat credendum, quam si ipsum eundemque et patrem et filium et spiritum dicat; quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet unitatem, et nihilominus custodiatur oikonomiae sacramentum, quae unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens (230/1) patrem et filium et spiritum, — tres autem non statu, sed gradu, nec

6 dirigens = *contendens esse Kr*; 7 spiritum PM, spiritum sanctum FR *vulgo*; *adnotat Kr*: '*parenthesin indicari, sed nescio, an duplex verborum recensio hic sit agnoscenda.*'

¹⁾ In tertiae ed. adn. R haec scripsit: Mutavimus 'capias' in 'capiat', ut sit 'capiat secundus a deo constitutus duos efficere' pro eo, quod ut fiat sive contingat, ut . . . efficiat . . . Sic Graecorum consuetudinem circa usum verbi ἐνδέχεται imitari solet, quem ad modum ante diximus multis in locis. R² *in mg.*: *Lege capiat hoc est valeat, possit.*

substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, — unius autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae et species in (5) ¹⁰ nomine patris et filii et spiritus sancti deputantur’.

Tam egregie auctor construxit sententias, ut omnes inter se partes respondeant. Si cum Kroymanno mutaremus, totam deleremus figuram. Sex membra posuit Tertullianus, quorum tria (status, substantia, potestas) omnium sunt communia, tribus rebus (gradu, forma, specie) differunt inter se pater, filius, spiritus sanctus. Priore in sententia singula singulis opponuntur, cum sequentibus in sententiis ea membra, quae inter se cohaerent, coniungantur¹⁾. In adnotatione ad 229/29 scripsit Kroymannus ‘dirigens = contendens esse’, sed nescio, an hoc rectum non sit. Hanc significationem apud nostrum auctorem non repperi. Fortasse ‘dirimens’ scribendum est. Magnas difficultates et ‘deputantur’ (230/5) mihi praebet, ita ut quod codices afferunt, genuinum esse mihi non videatur. Reitzensteinius proponit: ‘deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomina patris et filii et spiritus sancti deputantur’. Cf. ad hoc Adv. Hermog. c. XXXVI (*Kr* 165/22): ‘quis enim tibi concedit motum in secundam partem substantiae deputare . . .’ Versu 1 certe ‘spiritum sanctum’ cum FR scribendum est concinnitatis causa, quia respondet verbis, quae modo attuli ‘in nomina . . . spiritus sancti deputantur’. Scripserim igitur: ‘tres dirimens(?) <et> patrem et filium et spiritum sanctum, tres autem non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, unius autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomina patris et filii et spiritus sancti deputantur’.

Sed revertamur ad caput VII. Antecedentibus, quae tractavimus, confirmatis pergit auctor ‘quale est, ut nihil sit ipse’, qui omnia solida, plena, corporalia reddidit? ‘nihil . . . potest fieri per id, quod vacuum et inane est’. filius dei vacua res esse

¹⁾ Velim conferas ad nostrum locum Apolog. c. XXI (Oehl. I 199, 7): ‘Ita et de spiritu spiritus et de deo deus modulo alternum numerum, gradu non statu fecit’.

non potest; cum in effigie dei constitutus sit secundum scripturam, in aliqua effigie, non in nulla constitutus est. ergo deus etsi spiritus est, tamen corpus est. 'spiritus enim corpus sui generis in sua effigie'. omnia invisibilia 'habent apud deum et suum corpus et suam formam, per quae soli deo visibilia sunt: quanto magis quod ex ipsius substantia emissum est sine substantia non erit?' Quam substantiam auctor personam dicit, filium nominat, secundum a patre defendit.

Capite VIII pergit auctor iniuria sibi obici se probolen aliquam introducere, ut Valentinum; neque enim 'ideo non utitur et veritas vocabulo isto et re ac censu eius, quia et haeresis utatur'; haeresis veritatem imitata est, non veritas haeresin; sermo est prolatus. Apud Valentinum *προβολαί* discernuntur atque separantur ab auctore, immo Aeon patrem nescit, desiderat nosse nec potest. Apud vera credentes solus filius novit patrem, cuius perficit voluntatem. 'quis enim (238/10—10/11) scit quae sint in deo, nisi spiritus, qui in ipso est?' Quia sermo spiritu structus est et corpus sermonis spiritus, sermo semper in patre est, numquam a patre separatus est. Pergit nunc auctor (238/16—10/17): 'haec erit probola veritatis, custos unitatis, qua prolatum dicimus filium a patre, sed non separatam. protulit enim deus sermonem, quemadmodum etiam paracletus docet, sicut radix fruticem et fons fluvium et sol radium. (20) nam et istae species probolae sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt. nec dubitaverim filium dicere et radicis fruticem et fontis fluvium et solis radium, quia omnis origo parens est et omne, quod ex origine profertur, progenies est, multo magis sermo dei, qui etiam proprie nomen filii accepit. (25) nec frutex tamen a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a deo sermo. igitur secundum horum exemplorum formam profiteor me duos dicere deum (239/1) et sermonem eius, patrem et filium ipsius. nam et radix et frutex duae res sunt, sed coniunctae; et fons et flumen duae species sunt, sed indivisae; et sol et radius duae formae sunt, sed cohaerentes. omne, quod prodit ex aliquo, secundum (5) sit eius necesse est, de quo prodit, non ideo tamen est separatam. secundus autem

ubi est, duo sunt, et tertius ubi est, tres sunt. tertius enim est spiritus a deo et filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice et tertius a fonte rivus ex flumine et tertius a sole apex ex radio. nihil tamen a (10) matrice alienatur, a qua proprietates suas ducit. ita trinitas per consertos et conexos gradus a patre decurrens et monarchiae nihil obstrepit et oikonomiae statum protegit'.

Ego antea offendi in 'tertius a fonte rivus ex flumine' (239/8—11/5); quod reliquis in exemplis per se ipsum intellegitur, id nostro loco non tam est perspicuum. Omnes dicent non ex flumine rivum prodire, sed ex rivo flumen. Ita restituere volui 'tertius a fonte flumen ex rivo', sed ea mutatione totum sententiarum ordinem deleverem. Repetamus nostra verba (238/21—10/22) 'nec dubitaverim <patris probolen>¹⁾ filium dicere et radicis fruticem et fontis fluvium et solis radium . . . nec frutex tamen a radice nec fluvius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a deo sermo'. Conferatur igitur pater cum radice fonte sole, filius cum frutice fluvio radio. Deest nunc tertia rerum series, quibuscum conferatur spiritus sanctus, de quo agitur infra: 'tertius enim est spiritus a deo et filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice et tertius a fonte rivus ex flumine²⁾ et tertius a sole apex ex radio'. Ut igitur pater cum primis, radice fonte sole, ut filius cum mediis, frutice flumine radio, ita spiritus conferatur cum ultimis, fructu rivo apice. Ferri iam non potest illud 'spiritus a deo et filio', cum ceteris locis 'ex' scriptum legamus. Minime a radice et frutice fructus prodiit aut a sole et radio apex. Sed cum antea dixerit προβολήν esse patris filium, iam spiritum προβολήν fecit unius filii. Verbis 'a deo ex filio' minime obloquitur prior ille locus (c. IV 232/5—5/10), ubi legimus: 'quia spiritum non aliunde <de>puto quam a patre per filium'; sic fructum etiam a radice per fruticem venire

¹⁾ In codicum lectione aliquid deesse satis apparet. Cum toto hoc capite de probole agatur, illam ibi desidero vocem.

²⁾ Flumen non significat ibi *Strom*, sed *das Fließende*. Auctori nostro, qui iam 239/2 (10/30) 'flumen' praebet, flumen et fluvius eandem habent notionem; vox fluvii, quia mature interierat, postea ab auctoribus denuo usurpata est eadem significatione ac flumen.

dixeris. Neque magis adversatur alter locus (c. II 229/11—3/2): 'qui (filius) exinde miserit secundum promissionem suam a patre spiritum sanctum'; προβολή enim est filii vel emissus a filio, qui tamen ipse emissus est a patre. Egregie igitur fallitur vir inter theologos doctissimus Fridericus Loofs, qui in libro praeclaro, qui inscribitur «Leitfaden zum Studium der Dogmengeschichte», (ed. 4, pag. 160, n. 8) laudato hoc Tertulliani loco addit: «Die processio spiritus 'a patre filioque' ist also im Abendlande uralt¹⁾». Nititur ille indocti scribae futili correctura, nisi piam fraudem dicere mavis. Tertullianus ipse trinitatem ita explicavit, ut tres personas aliam ex alia emanasse diceret. In confessione synodi Toletani (anni 400 aut 447?) primum legimus: 'paracletus a patre filioque procedens'; quam lectionem scriba restituendam putavit, cum 'tertius enim est spiritus a deo ex filio' iniuria mutaret in 'tertius . . . a deo et filio'.

Sed unicum hunc locum, ubi labor noster, qui necessario plerumque minutis in rebus continetur, ad graviora ascendit, ut iam, quomodo dogma illud ecclesiae primum verba certaeque definitionis formulam invenerit, videre nobis videamur, ita quasi sicco pede transire equidem nolo. Quamquam si ultra tendere equidem conabor, me titubantibus, fortasse etiam errabundis gradibus hoc facturum probe scio. Videant igitur alii. Mihi bene intellegi videtur, cur nascenti dogmati hanc maxime formulam elegerint, hac imagine vel hac cogitandi ratione persuasionem suam optime intellegere sibi visi sint. Nondum poterant aliter ratiocinando trinitatem et unitatem coniungere nisi per emanationum (προβολών) seriem. Nondum enim exoleverat mira illa vis, quam etiam adversariorum cogitationibus intulerant Gnostici, id quod ipse docet Tertullianus. Illi autem ex religionibus popularium suorum hanc quasi formulam transtulerant et a philosophis assumpserant, quibus argumentis multitudinem unitati non repugnare defenderent. Cum una harum religionum, Aegyptiorum dico, paulo notior sit, hanc eligo, ut exemplis quid sentiam,

¹⁾ Agitur de 'patre filioque' Augustini, quod postea magni erat momenti in certamine Christianorum orientis et occidentis.

demonstrem¹⁾. Exemplorum enim omnia plena, cf. e. g. locum, quem laudat Brugschius (Rel. u. Mythol. d. alt. Aegypten 427): «dein Auswurf ward (du hast dich ausgeworfen, ausgegossen) zum Gotte Schu und dein Ausguß (Erguß) zur Göttin Tafnut». Per emanationem (ἀπορροήν vel προβολήν) ex deis dei nascuntur, velut Atum, qui ipse est Re, ex se 'producit' Ogdoadae deorum, Thot profert ex se quattuor deos, qui ipsi in quattuor deorum paria abeunt; Re emittit Schu et Tefnet; omnes tamen cum primo illo deo unum efficiunt. Optime hoc illustratur inscriptione quadam a viro doctissimo Maspero nuper edita (Recueil des travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes XXIII 196), cuius verba sic ille vertit: 'je suis un qui devient deux, je suis deux qui devient quatre, je suis quatre qui devient huit, je suis un après celui-là'²⁾. Tales diversarum fortasse religionum doctrinas Gnostici illi aemulabantur, excolebant autem eas Graecorum maxime doctrinam secuti. Nam qui ea aetate Platonis sectae adhaerebant, etsi unum deum proclamabant, tamen a Timaeo magistri sui profecti in ipsa unitate multitudinem quodammodo constituebant, velut Hermetici tractatus undecimi (p. 85 Parthey) auctor, qui θεὸν αἰῶνα κόσμον χρόνον γένεσιν quasi personas introducit: ὁ θεὸς αἰῶνα ποιεῖ, ὁ αἰὼν δὲ τὸν κόσμον, ὁ κόσμος δὲ τὸν χρόνον, ὁ χρόνος δὲ τὴν γένεσιν . . . ὁ οὖν αἰὼν ἐν τῷ θεῷ, ὁ δὲ κόσμος ἐν τῷ αἰῶνι, ὁ δὲ χρόνος ἐν τῷ κόσμῳ, ἡ δὲ γένεσις ἐν τῷ χρόνῳ . . . πηγὴ μὲν οὖν πάντων ὁ θεός, οὐσία δὲ ὁ αἰὼν, ὕλη δὲ ὁ κόσμος κτλ., cf. p. 94 ἔστι τοίνυν εἰκὼν τοῦ θεοῦ ὁ αἰὼν, τοῦ δὲ αἰῶνος ὁ κόσμος, τοῦ δὲ κόσμου ὁ ἥλιος, et tamen proclamat εἷς ὁ θεός (p. 92). Sed haec doctioribus exponenda relinquimus, nobis satis sit, si unum eumque gravissimum Tertulliani locum recte explicasse et emendavisse videbimur.

¹⁾ Usus sum his libris: Reitzenstein, Zwei relig. gesch. Fragen, 1901; id., Poimandres, 1904; Dümichen, Gesch. d. alt. Aeg. 1879; Erman, Aegypten, 1885; id., Die äg. Religion, 1905; Brugsch, Rel. u. Mythol. d. a. Aeg. 2. voll., 1885, id., Die Aegyptologie, 1891. Ebers, Die Körperteile im Altägypt. in Abh. d. bayr. Ak., philos.-philol. Kl. 1901, vol. XXI.

²⁾ Aliis locis reliqui dei vel Ogdoadae ipsa membra prioris dei efficiunt, cf. Reitzensteinii Poimandri 62 sqq.

De capitibus XIV—XV.

XIV. Et hoc caput, quod inter difficillima nostri libri numerandum est, totum in medium proferre variis additis lectionibus mihi liceat:

(250/3—19/30) Adhuc et illa nobis regula adsistit duos vindicantibus patrem et filium, quae invisibilem deum determinavit. cum (5) enim Moyses in Aegypto desiderasset domini conspectum dicens: si ergo inveni gratiam coram
 5 te, manifesta mihi te, ut cognoscenter videam te: non potes videre, inquit, faciem meam; non enim videbit homo faciem meam et vivet, id est: morietur qui viderit. invenimus (10) autem et a multis deum visum et neminem tamen eorum, qui eum viderant, mortuum, visum quidem
 10 [deum] secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem divinitatis. nam <et> patriarchae deum vidisse referuntur, ut Abraham et Iacob, et prophetae, ut Esaias, ut Ezechiel, et (15) tamen mortui non sunt. igitur aut mori debuerant, si eum viderant, — deum enim nemo videbit
 15 et vivet — aut, si deum viderunt et mortui non sunt, scriptura mentitur deum dixisse: faciem meam homo si viderit, non vivet. aut <si> scriptura <non> mentitur, neque cum invisum (20) neque cum visum deum profert, iam ergo alius erit qui videbatur, quia non potest idem invisibilis definiri, qui
 20 videbatur, et consequens erit, ut invisibilem patrem intelle-

2 quae R²: quem PMFR¹; determinavit FR, degerminavit PM; 6/7 non enim — faciem meam *om.* F; 8 autem *Kr*: enim PMF; 10 deum *seclusit Kr*; 11 et *addidit Kr*; 13 mortui *om.* F; 14 nemo *om.* F; 17 aut <si> scriptura <non> mentitur *Kr*: aut scriptura mentitur PMF; neque cum invisum neque cum visum M, neque eum invisum neque eum invisum [*puto mendum typographicum pro visum*] F, cum invisum aut cum visum P *vulgo*; 18 profert P, praefert MF, profert. iam *vulgo*.

gamus pro plenitudine maiestatis, visibilem vero filium agnoscamus pro modulo derivationis, sicut nec solem nobis contemplari (25) licet, quantum ad ipsam substantiae summam, quae est in caelis, radium autem eius toleramus oculis pro temperatura portionis, quae in terram inde porrigitur. hic 25
 ex diverso volet (251/1) aliquis etiam filium invisibilem contendere, ut sermonem, ut spiritum, et dum unam condicionem patris et filii vindicat, unum potius atque eundem confirmare patrem et filium. sed diximus scripturam differentiae paternari per visibilis et (5) invisibilis distinctionem. iam et illud 30
 adiciunt ad argumentationem, quod, si filius tunc ad Moysen loquebatur, ipse faciem suam nemini visibilem pronuntiavit, quia scilicet ipse invisibilis pater fuerit in filii nomine. ac per hoc sic eundem volunt accipi et visibilem et invisibilem, quomodo eundem (10) <et> patrem et filium, quoniam et 35
 paula supra, antequam faciem Moysi neget, scriptum sit dominum ad Moysen locutum coram, velut si quis loquatur ad amicum suum, non minus quam et Iacob: ego vidi, inquit, deum facie ad faciem. ergo visibilis et invisibilis idem; et quia idem utrumque, (15) ideo et ipse pater in- 40
 visibilis, qua et filius, visibilis. quasi vero expositio scripturae, quae fit a nobis, filio competat <a> patre seposito in sua visibilitate. dicimus enim et filium suo nomine eatenus invisibilem, qua sermo et spiritus dei, ex substantiae condicione, [iam nunc et quia deus et sermo et (20) spiritus dei,] 45
 visibilem autem fuisse ante carnem eo modo, quo dicit ad Aaron et Mariam: et si fuerit propheta in vobis, in visione cognoscat illi et in somnio loquar illi, non

30 iam *Kr*: nam PMF; 31 adiciunt MF, adiciunt P *vulgo*; 32 pronuntiavit *Kr*: pronuntiaret PMF; 35 <et> patrem *Kr*: patrem PMF;

36 neget *Kr*: negasset et (*ex negasset*) PMF; 39 deum M, dominum PF; 41 quasi vero *Kr*: quasi non PMF; 42 a *add. Kr*, defendit quae traduntur *Eng sic distinguens*: quasi non . . . filio competat, patre seposito, in sua visibilitate; 43 visibilitate PMF, invisibilitate *Harrisius, quem sequuntur Pam Rig Oehlerus*; 45 iam nunc — spiritus dei *seclusit Kr*, ex substantiae condicione iam nunc, et quia deus [et sermo et spiritus dei] *Eng*; qua deus *Oehlerus*; 48 somnio PM, sompnis F.

quomodo Moysi: os ad os loquar illi, in specie, id est
 50 in veritate, et non in aenigmate, id (25) est non in ima-
 gine; sicut et apostolus: nunc videmus tamquam (25:1)
 per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad
 faciem. igitur cum Moysi servat conspectum suum et collo-
 quium facie ad faciem in futurum, — nam hoc postea adim-
 55 pletum est in montis secessu, sicut legimus in evangelio (5)
 visum cum illo Moysen colloquentem — apparet retro semper
 in speculo et aenigmate et visione et somnio deum, id est
 filium dei, visum, tam prophetis et patriarchis quam et ipsi
 adhuc Moysi. et ipse quidem dominus, si forte coram ad
 60 faciem loquebatur, non tamen, ut et homo faciem eius (10)
 videret, nisi forte in speculo, in aenigmate. denique si sic
 Moysi locutus esset dominus, ut et Moyses faciem eius com-
 minus sciret, quomodo statim atque ibidem desiderat faciem
 eius videre, quam, quia viderat, non desideraret? quomodo
 65 aequae et dominus negat videri faciem suam posse, quam
 ostenderat, (15) si tamen ostenderat? aut quae est facies dei,
 cuius conspectus negatur? si erat quae visa est, — vidi,
 inquit Iacob, deum facie ad faciem, et salva facta est
 anima mea — alia debet esse facies, quae, si videatur,
 70 occidit. aut numquid filius quidem videbatur, — etsi facie,
 sed ipsum hoc in (20) visione et somnio et speculo et aenig-
 mate, quia sermo et spiritus nisi imaginaria forma videri
 non potest — faciem autem suam dicit invisibilem patrem?
 quis enim pater? non facies erit filii nomine auctoritatis,
 quam genitus a patre consequitur? non enim et de aliqua
 maiore persona congruit (25) dicere; 'facies mea est ille homo',
 et: 'faciem mihi praestat'? pater, inquit, maior me est.

49 illi *Gel*: illis PMF; 50 non in imagine M, non imagine
 PF; 55 secessu P, secessum MF; 57 somnio P, sompno MF; 60 ut
 et *Kr*: ut est PM, est F (ut *s. v. a m. alia*); 61 in aenigmate MF, et
 in aenigmate P *vulgo*; 62 esset *Kr*: est PMF; 64 quia viderat MF,
 si videret P; 66 si tamen ostenderat *om. F*; at quae *susp. Kr* [*scripsit*
in ed. min.]; 67 negatur, si *vulgo*; *parenthesin indicavit Kr*: visa est?
 vidi *vulgo*; 70 *parenthesin indicavit Kr*; facie sed *Kr*: facies et F,
 facies sed PM; 71 somnio PM, somno F; 73 potest? faciem *vulgo*;
 patrem, quis *vulgo*; 74 non *Urs*: num PMF; 77 praestat. pater *vulgo*;
 me est PF, est me M.

ergo facies erit filii pater. (253/1) nam et scriptura quid dicit? spiritus eius persona Christus dominus. ergo si Christus persona paterni spiritus est, merito cuius spiritus 80 persona erat, id est patris, eius faciem suam, ex unitate scilicet, pronuntiavit. mira res plane, an (5) facies filii pater accipi possit, qui est caput eius. caput enim Christi deus.

79 spiritus (*genetivum intellege*) eius persona *Kr* (*cf. adv. Marc. III 6*): spiritus personae eius PMF; 80 persona paterni spiritus *Kr*: personae paternae spiritus PMF; cuius spiritus *Urs*: spiritus cuius PMF; 81 persona PMF, personae *Iun*, quem sequitur *Oehlerus*; eius PMF, eum *Urs*, quem sequuntur *Rigaltius et Oehlerus*; 82 mira res *Urs*: mirarer PMF; 83 eius P, eius $\overline{\text{Xpi}}$ FM (*eras. Xpi m. 1*).

Iam ad interpretandum accingamur.

1. Dilucida est thesis (250/3—27 vel 19/30—20/22), quae deducitur ex interpretatione veteris testamenti, quam condiderunt Philo et qui ante eum fuerunt: deus ita est separatus et seiunctus ab homine, ut non ipse, sed per intermedium quendam cum eo loquatur. Hic est dei λόγος, dei filius, vicarius, legatus, mundi non solum creator, sed etiam conservator, qui per omnia meat (ut Stoicorum deus), prima omnium δυνάμειν, quem etiam σοφίαν dicere possis (*cf. leg. allegor. I 65, l. c. I 78, 1; αὐτὴ ἐκπορεύεται ἐκ τῆς Ἐδέμ, τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας· ἡ δὲ ἐστὶν ὁ θεοῦ λόγος*); idem tamen minister dei est, idem Abrahae se visibilem praestitit. Audit imago dei vel qualitas, aliis tamen locis ut persona, ὑπόστασις inducitur, secunda quidem a deo, sed quam primam ille creavit (*leg. all. III 175, l. c. I 151, 29: καὶ ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ ὑπεράνω παντός ἐστι τοῦ κόσμου καὶ πρεσβύτατος καὶ γενικώτατος τῶν ὄσα γέγονε*). Singula nunc verba Tertulliani perpendamus. 'Adhuc', quod primo versu scriptum videmus, significat *zudem, überdies*; *cf. De anima c. LVI (Reiff. 390/7): 'adhuc addam' aliosque locos (v. th. L. L. I 661/84; 662/30). Tum 'invenimus enim' (250/9—20/4) bene se adiungit, ut necesse non sit cum Kroymanno mutare in 'invenimus autem': *zudem hilft uns die Regel, die Gott als unsichtbaren bestimmt hat: wer ihn sieht, muß sterben; denn wir finden . . .* Duae sententiae proponuntur e scriptura petitae: deus est invisibilis,*

moriatur qui illum viderit; 'invenimus . . . et a multis deum visum et neminem tamen eorum, qui eum viderant, mortuum — visum¹⁾ quidem deum secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem divinitatis'. Patriarchae et prophetae, qui viderant eum, 'aut mori debuerant, si eum viderant, — deum enim nemo videbit et vivet — aut . . . scriptura mentitur deum dixisse: faciem meam homo si viderit, non vivet'. Quibus verbis sententia conclusa est, alterum 'aut' (v. 19) adiungi non potest, plane enim sententiam deleret. Lectio codicum igitur recta non est. Ne Kroymanni quidem coniectura placere mihi potest, cuius animo certo observatus est locus Novatiani De trin. c. XV (Migne 939 B): 'Numquid ergo mentitur, cum ex hoc mundo ait, si homo tandummodo sit? Aut si non mentitur, non est ex hoc mundo'. Multo simplicior est mutatio, quam Reitzensteinus proposuit: 'haud mentitur scriptura' vel 'scriptura haud mentitur, neque cum invisum neque cum visum deum profert: iam ergo alius . . .' Quod Cluniacensis codicis archetypus praebuisse videtur²⁾. Sententia principalis affirmativa fuisse non potest, cum alioquin 'neque' in M codice non intellegatur: 'aut scriptura mentitur, neque cum invisum neque cum visum deum profert' absurdum est, praesertim cum re vera scriptura modo visibilem, modo invisibilem deum proferat. Cluniacensis lectionem dicere contra sententiam P codicis librarius animadvertisse videtur, qui 'neque — neque' extinxit, 'aut' substituit; 'eum', quod Florentinus bis affert, nihil nisi lapsum calami esse nemo negabit; 'profert', quod P praebet, servandum est contra 'praefert' reliquorum codicum. Ad nostrum locum velim conferas Novatiani l. l. XVIII (Migne 946 B, C): 'Ecce idem Moyses refert alio in loco, quod Abrahae visus sit deus. Atqui idem Moyses audit a deo, quod nemo hominum deum videat et vivat. Si videri non potest deus, quomodo visus est deus? aut si visus est, quomodo videri non potest? Nam et Ioannes,

¹⁾ Ita interpungere velim; hoc quasi in parenthesi superadditum est. Ad haec verba spectat sententia (v. 22): 'ut invisibilem patrem intellegamus pro plenitudine maiestatis, visibilem vero filium agnoscamus pro modulo derivationis.'

²⁾ Cluniacensis ipse certo iam corruptelam praebuit.

Deum nemo, inquit, vidit unquam. Et apostolus Paulus: Quem vidit hominum nemo nec videre potest. Sed non utique scriptura mentitur: ergo vere visus est deus. Ex quo intellegi potest, quod non pater visus sit, qui nunquam visus est, sed filius, qui et descendere solitus est et videri, quia descenderit. Iam ergo alius est qui videbatur, alius qui non videbatur, visibilis est filius pro modulo derivationis, invisibilis est pater pro plenitudine maiestatis.

2. Occupationis figurae usus artificio quae contra haec protulerant haeretici Tertullianus tamquam prolatum iri expectet, ipse profert et redarguit; sed obscura sunt verba illa 251/3—4 (20/25—26): 'sed diximus...' Haeretici duas res obstare affirmant: a) filium et ipsum, ut sermonem, ut spiritum invisibilem esse oportet. b) si ille tum ad Moysen loquebatur, de se ipse dixit: 'non videbit homo faciem meam'. Ergo distinctio vera non est; ambo et visibiles et invisibiles sunt, unum igitur sunt. Post 'et filium' (251/3) igitur Reitzensteinus lacunam signat; desiderat enim: '<falso igitur patrem quidem per filium manifestatum contendimus> et diximus...' Ad quod bene se adiungit: 'nam' (mutatione opus non est) 'et illud adicient...' Sequitur alterum illud haeticorum argumentum, quod concluditur verbis: 'ergo visibilis et invisibilis idem; et quia idem utrumque, ideo et ipse pater invisibilis, qua et (ἢ καὶ) filius, visibilis'; sed praestat scribere 'et quia idem utrumque (scil. visibilis et invisibilis), ideo et ipse pater invisibilis, qui et filius visibilis'¹⁾: καὶ ὅτι ὁ αὐτὸς ἀμφοτέρων ἕστιν, ὁ αὐτὸς ἐστὶ πατὴρ ἀόρατος, δε καὶ υἱὸς ὁρατός.

Haec igitur iam refutat Tertullianus: 'quasi non. . .'. Iniuria haec verba Kroymannus mutavit in 'quasi vero'; 'quasi non' ita ut duae negationes affirmativam reddunt sententiam: 'sed nostra expositio competit...' Melius hoc apparet, si scribimus parva mutatione: 'quasi non <et> expositio scripturae, quae fit a nobis, filio competat'. Iam illa 'patre seposito in sua visibilitate' utique absurda sunt; illepidi est Engelbrechtii interpunctio, qua scripsit: 'filio competat, patre se-

¹⁾ Cf. cap. XV. p. 253/22 (22/29): 'ut idem sit pater invisibilis ante carnem qui et filius visibilis in carne?'

posito, in sua visibilitate'. Egregia Harrisii est lectio: 'patre seposito in sua <in>visibilitate': χωρίς ὄντος (ἀποτερμημένου) τοῦ πατρὸς ἐν τῇ ἀορασίᾳ. De patre, qui semper est invisibilis, non agitur. Multo difficilior constructio apud Kroymannum est: 'quasi vero . . . filio competat <a> patre seposito in sua visibilitate: *Als ob unsere Interpretation den Sohn meinte (sie meint ihn aber nicht), losgelöst vom Vater und darum sichtbar*. Sic enim 'sepositus' idem esset ac 'divisus', quod probare non possum exemplis; 'in sua visibilitate' non haberet, ad quod referretur. Et ut hoc efficeret, Kroymannus 'non' in 'vero' mutavit! — Pergamus nunc: λέγομεν γὰρ καὶ τὸν υἷὸν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν (suo nomine) ἀόρατον, καθ' ὅτι λόγος ἐστὶ καὶ πνεῦμα θεοῦ, τουτέστι τῇ οὐσίᾳ, ἣν ἔχει ὡς θεὸς καὶ λόγος καὶ πνεῦμα θεοῦ. Quo additamento in memoriam revocat caput VII, quo exposuit λόγον θεοῦ et πνεῦμα θεοῦ substantiam habere oportere. Scribendum igitur est: 'dicimus . . . ex substantiae condicione, quam habet¹⁾, quia deus et sermo et spiritus dei'. In sequentibus difficultas nulla est: 'os ad os loquar illi' adimpletum est in montis (Tabor) secessu; antea Christus in speculo et aenigmate et visione et somnio videbatur. Si Moyses antea faciem eius vidisset, quomodo desideraret faciem eius videre, quomodo deus faciem suam videri posse negat, si ostenderat? Nunc (252/15—21/29) nihil sequitur nisi 'aut quae est facies dei' ut saepius 'aut quale est', quod confirmatur etiam sequenti: 'aut numquid filius . . .': ἢ τί ἐστὶ θεοῦ πρόσωπον, ὃ ὄραν οὐκ ἔξεστιν; εἴ τι ὤφθη, — εἶδον, ἔφη Ἰακώβ, (Gen. XXXII 30), θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐρώθη μου ἡ ψυχὴ — ἕτερον ὀφείλει εἶναι τὸ πρόσωπον, ὃ ὀρώμενον ἀποκτείνει. Ἡ υἷός γε μὲν ἐωράτο, — εἰ καὶ κατὰ πρόσωπον, ἐν γ' ὄρασει καὶ ὀνειράτι καὶ κατόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, ὅτι ὁ λόγος καὶ τὸ πνεῦμα εἰ μὴ φανταστικῶς εἶδει ὄρασθαι οὐ δύναται — πρόσωπον δὲ ἑαυτοῦ λέγει τὸν πατέρα ἀόρατον; τίς γὰρ ὁ πατήρ; ἀρ' οὐ πρόσωπον ἔσται τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸ ἀξίωμα, ὃ γεννηθεὶς

¹⁾ 'habent', quod pro 'habet' in contextum invasisse videtur, 'nunc' coniunctione permutatum est. Cf. Catulli LXII 13, quo loco O 'hūc' praebet pro 'habent' (hñt, G).

ἐκ τοῦ πατρὸς ἔλαβεν; ἢ οὐ περὶ οἰουδήτινος μείζονος κατ' ἀξίωμα ἔστι λέγειν· 'πρόσωπόν μου ἐκείνος ὁ ἄνθρωπός ἐστιν' καὶ 'πρόσωπόν μοι παρέχει'; ὁ πατήρ, φησί (Ev. Ioh. XIV²⁸), μείζων μου ἐστίν. ἀρ' οὐ πρόσωπον ἔσται υἱοῦ ὁ πατήρ; τί γὰρ λέγει καὶ ἡ γραφή; πνεύματος αὐτοῦ πρόσωπον Χριστὸς κύριος. Ultima verba ita ut Kroymannus ea constituit, verti. Sed neque sensui sic satisfacere neque loco Lamentationum Ier. IV²⁰, ubi traditur: Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος¹⁾. Deum faciem esse filii²⁾ ex toto nostro capite apparet: (250/7—20/2) 'non potes videre, inquit, faciem meam; non enim videbit homo faciem meam et vivet...'; hoc si filius dicit, qui tamen videbatur, non corporis sui proprie faciem dicit, sed aliud quoddam. Facies igitur filii est pater: ut de aliqua maiore persona dicere possumus: 'facies mea est ille homo', ita de patre, qui maior est Christo, dicere possumus: 'facies est filii pater'. Quod ut confirmetur, locus affertur Lamentationum. Ante omnia igitur statuamus suo iure Ursinum in fine 'eius faciem suam... pronuntiavit' mutavisse in 'eum faciem suam... pronuntiavit'. Non agi de eo, quod Christus faciem dei suam pronuntiavit, sed quod ille deum faciem suam pronuntiavit, ex omnibus, quae exposui, satis apparet. Kroymanni autem coniecturas nullo modo accipere possum: 'si Christus persona patris spiritus est, merito cuius spiritus persona erat, id est patris, eius faciem suam... pronuntiavit'. Intellegere non possum, quomodo alterum ex altero consequatur: neque enim facies alicuius mea est, si eius spiritus persona sum. Neque si 'eum' scriberemus, res melius se haberet. Non possum hominem faciem meam nominare, si persona eius spiritus sum. Intellegi hoc nequit, neque quid sit persona perspicies, quod certe esse debet πρόσωπον.

¹⁾ Quod ad rem attinet, revoco ad ea, quae supra exposui. Apud Philonem λόγος ἐστὶ πνεῦμα θεοῦ, cf. Philonis De Gig. 19 sqq. l. c. II 45 sqq. ... (22) λέγεται δὲ θεοῦ πνεῦμα ... (27) νῦν δὲ τὸ ἐπ' αὐτῷ πνεῦμά ἐστι τὸ σοφόν, τὸ θεῖον, τὸ ἀτμητόν, τὸ ἀδιάφρακτον, τὸ ἀκτεῖον, τὸ πάντη δι' ὅλων ἐκπεπληρωμένον. Quomodo omnes hae doctrinae a scriptoribus ecclesiasticis acceptae sint, supra vidimus.

²⁾ Vocem faciei eodem modo usurpatam apud Ciceronem habes Phil. VIII 8 (§ 23): 'senatus enim faciem secum attulerat'.

Kroymannus loco Adv. Marc. III 6 (*Kr* 385/1) adductus nostra verba mutavit. Sed videamus, ne potius ille locus mutandus sit. Scriptum ibi legimus (384/24): 'agnovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israhel autem me non cognovit et populus me non intellexit. nos quidem certi Christum semper in prophetis locutum, — spiritum scilicet creatoris, sicut propheta testatur: persona spiritus nostri Christus dominus — qui ab initio vicarius patris in dei nomine et auditus sit et visus, scimus. . . .' Sententia est haec: Israhel Christum non cognovit. Christiani autem sciunt Christum (sermonem) semper in prophetis locutum esse ut spiritum creatoris, sicut propheta testatur. Itaque nihil aliud scribi potest nisi: 'personae spiritus nostrae Christus dominus —'; cf. et sequentia (385/6): 'si vero non in Christum, sed in ipsum potius deum volueris referre omnem Iudaicae ignorantiae de pristino reputationem, nolens etiam retro sermonem et spiritum, id est Christum creatoris, despectum ab eis et non agnitum, sic quoque revinceris. non negans enim filium et spiritum et substantiam creatoris esse Christum eius, concedas necesse est eos, qui patrem non agnoverint, nec filium agnoscere potuisse per eiusdem substantiae condicionem. . . .'

Ita et nostro loco nil scribendum est nisi: 'nam et scriptura quid dicit: spiritus personae eius¹⁾ Christus dominus. ergo si Christus personae paternae spiritus est, merito cuius personae spiritus erat, id est patris, eum faciem suam, ex unitate scilicet, pronuntiavit' = πνεῦμα (ἐκ) προσώπου αὐτοῦ Χριστός Κύριος, ὥστε εἰ Χριστός (ἐκ) προσώπου πατρὸς πνεύμά ἐστιν, εἰκότως οὐ αὐτὸς πνεῦμα ἦν προσώπου, τούτέστι τοῦ πατρὸς, τοῦτον πρόσωπον ἑαυτοῦ δι' ἐνότητα προσείπεν. Facile intellegitur λόγον vel πνεῦμα eum, ex cuius facie (προσώπου) prodeat, faciem suam pronuntiare. 253/3 (22/10) 'persona erat' lapsus calami esse pro 'personae erat' memorandum vix est; ceterum hoc mendum commissum est recto illo 'cuius personae spiritus erat' iam in 'spiritus cuius personae erat' mutato; 'spiritus' certe in sententiam relativam inserendum

¹⁾ Pro 'nostrae', quod l. l. — Lam. Ier. IV 20, Adv. Marc. III 6 — scriptum legimus.

est. Obscurum illud 'mirarer' bene Ursinus videtur mihi mutasse in 'mira res...'

XV. Transfert deinde auctor hanc explicandae scripturae rationem, quam a Philone aut certe Iudaeorum theologis didicerat, ad novum testamentum, ut et in evangeliiis et apud apostolos deum et visibilem et invisibilem deprehendat; Iohannes dixit: deum nemo vidit unquam, apostolus Paulus: quem nemo vidit hominum, sed nec videre potest. 'idem ipsi (253/17—22/24) apostoli et vidisse se Christum et contrectasse testantur. porro si ipse est Christus et pater et filius, quomodo et visus est et invisus?' Dicit aliquis eundem patrem invisibilem esse ante carnem, qui et filius visibilis in carne. Sed cum etiam ante carnem visus sit et post carnem invisibilis nominetur, alius esse debet, quem 'plenius visibilem caro effecit, sermo scilicet, qui et caro factus est, alius, quem numquam quisquam vidit, [nisi] pater scilicet, cuius est sermo'. Apostoli viderunt sermonem, qui ante carnem sermo tantum apud patrem, caro factus est. Ille cum ex deo ortus sit, deus nominatur:

254/16—23/14: et ideo, quoniam sermonem dei deum dixerat, ne adiuveret adversariorum praesumptionem, quasi patrem ipsum vidisset, ad distinguendum inter invisibilem patrem et filium visibilem (20) superdicit ex abundantia: deum nemo vidit unquam. quem deum? sermonem? at- 5
 quin: vidimus et audivimus et contrectavimus de sermone vitae praedictum est. sed quem deum? scilicet patrem, apud quem deus erat sermo, unigenitus filius, qui sinum patris ipse disseruit. (255/1) ipse et auditus et visus et, ne phantasma crederetur, etiam contrectatus. 10
 hunc et Paulus conspexit, nec tamen patrem vidit. nonne, inquit, vidi Iesum? Christum autem <si> et ipse deum cognominavit: quorum patres, et ex quibus (5) Christus

2 ne R^s: ut PMFR¹; 4 superadicit *susp. Eng*; 6 et contrectavimus *om. F*; 7 vitae *om. F*; 8 deus erat PMF, deum erat *Urs*; unigenitus <scilicet> *Urs*; 9 qui sinum patris MF (*cf. 238/6*), qui est in sinu patris P, qui esse in sinu patris *Oehlerus*; ipse et P, et MF; 12 si *addidit Kr*; ipse MF, ipsum P; deum *Gel*: dominum PMF.

secundum carnem, qui est super omnia deus bene-
 15 dictus in aevum, ostendit et ipse visibilem deum filium,
 id est sermonem dei, quia qui caro factus est Christus dictus
 est. de patre autem ad Timotheum: quem nemo vidit
 hominum, sed nec videre potest, exaggerans (10) am-
 plius: qui solus habet immortalitatem et lucem habitat
 20 inaccessibilem, de quo et supra dixerat: regi autem
 saeculorum, immortalis, invisibili, soli deo, ut et
 contraria ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem,
 quem mortuum contestatur secundum scripturas (15) et a se
 novissime visum, per accessibilem utique lucem, quamquam
 25 et illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, neque
 Petrus et Iohannes et Iacobus sine rationis, [et amentia,
 qui] credo, morituri ibidem, si non passuri filii gloriam, sed
 patrem vidissent. deum enim nemo videbit (20) et vivet.

14 super F, per PM; 15 aevum. ostendit *vulgo*; deum MF, domini P, dei Pam; 16 quia qui PM, qui quia F; 23 et a se MR², ut a se PFR¹; 25 neque ipse R³: neque et ipse PMFR¹; 26 et iohannes PM, neque iohannes F; rationis R³ (*scil. periculo: Kr*): ratione PMFR¹; et amentia, qui *seclusit Kr, qui adnotat: postquam rationis in ratione depravatam erat, superscripsit huic vocabulo aliquis amentia, quod deinde inter verba irrepsit*; 27 verba: credo morituri ibidem, quae in libris mss. paulo infra post patrem vidissent leguntur, huc transtulit Kr adnotans: *claudicantem periodum ut sanaret, idem ille corrector addidit quod seclusi qui, Eng ordinem traditum verborum defendens sic vult rescribi: qui si — vidissent <essent,> credo, mortui ibidem.*

Consideremus totam sententiam incipientes a 254/7 (23/5):
 'Denique inspiciamus, quem apostoli¹⁾ viderint. quod vidi-
 mus, inquit Iohannes, quod audivimus, oculis nostris
 vidimus et manus nostrae contrectaverunt de ser-
 mone vitae. sermo enim vitae caro factus est²⁾, auditus
 et visus et contrectatus, quia caro, qui ante carnem sermo
 tantum in primordio apud deum patrem — non pater
 apud sermonem. nam etsi deus sermo³⁾, sed quia apud

¹⁾ 'Apostolus' initio Paulum significaverat. Iohannem semper cum eo coniungi in hoc argumento nemo mirabitur.

²⁾ I Ioh. 1, 1 iam excipitur verbis Ev. Ioh. I, 14.

³⁾ Id est καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος; inde etiam collocatio verborum explicanda est.

deum, ex deo deus, quia cum patre a patre (*codices*: sed apud deum, quia ex deo deus, quia cum patre, apud patrem. *Kr*: sed, quia ex deo deus, apud deum, quia cum patre, apud patrem). et vidimus gloriam eius, tamquam unigeniti a patre'. Hac sententia confirmatur 'apud patrem' mutandum esse in 'a patre', cf. Ev. Ioh. I 14 παρά πατρός. Vertamus in Graecum sermonem: οὗτος ὁ λόγος πρὸς τῆς σαρκὸς ἐν ἀρχῇ ἦν πρὸς τὸν θεόν — οὐχ ὁ θεὸς πρὸς τὸν λόγον. εἰ γὰρ καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὸν θεόν, ἐκ τοῦ θεοῦ θεός, καὶ ὅτι σὺν τῷ πατρὶ, παρά τοῦ πατρός. καὶ ἐθεακάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρά πατρός. 'non pater apud sermonem' (254/12—23/10) parenthesis quaedam est, qua Tertullianus saepius utitur. Nam quasi per parenthesis dicere vult ipsis verbis καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν indicari θεόν esse maius, principalem notionem. His iam nituntur sequentia: etsi deus est (sermo), tantum deus est, quia ex deo principali prodiit; cf. parenthesis nostrae simillimam 264/1—2 (31/4—5): 'alius sermo dei, alius deus, — licet et sermo deus, sed qua dei filius, non qua pater —'. Kroymannus cum non cognovisset totam argumentationem positam esse in coniunctione locorum I Ioh. 1 et Ev. Ioh. I 1 sqq., non intellexit, quot verba sint ex utroque laudata. Quod si cognoveris, omnes e medio latae erunt difficultates. — Iam pergamus: ut distinguat apostolus inter invisibilem patrem et visibilem filium, superdicat ex abundantia: 'deum nemo vidit unquam'; quem deum? sermonem? atquin: 'vidimus et contrectavimus de sermone vitae' praedictum est. sed quem deum? scilicet patrem: ἀλλὰ τίνα θεόν; πατέρα δηλονότι. Deus igitur invisibilis est, visus est dei sermo, qui caro factus est secundum Iohannem: 'etsi (254/13—23/11) deus sermo, sed quia apud deum, ex deo deus, quia cum patre a patre'. Acute Iohannes distinguit inter invisibilem patrem et sermonem, visibilem dei filium, qui est a patre. Nunc idem de Paulo exponit auctor: 1. Et Paulus contestatur: vidi Iesum, in primae enim epistolae ad Cor. IX 1 legimus: οὐχὶ (Χριστὸν) Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἑώρακα; 2. 'et ipse'¹⁾ (ut Iohannes) testatur

¹⁾ 'et ipse' servandum est, cum Paulus ibi Iohanni opponatur, et quia respondet sequenti 'et ipse'.

Christum deum esse; pronuntiat enim (Ep. ad Rom. IX 5): ὦν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὦν ἐνὶ πάντων θεὸς εὐλόγητος εἰς τοὺς αἰῶνας, h. e. quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in aevum. Ergo et ipse (ut Iohannes, cf. supra et adn.) ostendit visibilem (ad 1) et deum (ad 2) aut visibilem deum (1 + 2) esse filium. 'Dei' igitur vel 'domini' totam deleret sententiam, filius acute ibi opponitur patri, de quo infra disserit auctor incipiens a verbis: (255/8—23/30) 'de patre autem ad Timotheum . . .' Reitzensteinus ut distinctior res fiat, proponit: 'ostendit et ipse visibilem <et> deum, <sed> filium, id est sermonem dei'. Ad quod bene se adiungunt sequentia 'quia qui caro factus est Christus dictus est' (*demit Christus kann nur der Fleischgewordene, also der sermo gemeint sein*). Nemo nunc negabit nostras duas sententias: 'Christum autem et ipse . . .' et 'ostendit et ipse . . .' secundum coniungendas esse. Kroymannus igitur scripsit: 'Christum autem <si> . . . in aevum, ostendit . . .' Sed vocula 'si' opus non est, eadem enim constructio est, qua iam saepius auctor noster usus est: 'Christum autem et ipse deum cognominavit — quorum . . . in aevum — ostendit et ipse . . .'; cf. locum de quo supra disputavimus (254/20—23/18): 'quem deum? sermonem? atquin: vidimus et audivimus . . . vitae praedictum est. sed quem deum? scilicet patrem . . .'; cf. 237/5 (9/13): 'vacua et inanis res est sermo dei: qui filius dictus est? qui ipse deus cognominatus est?'¹⁾ Scribo nunc: 'nonne, inquit, vidi Iesum? Christum autem et ipse deum cognominavit²⁾ — quorum . . . aevum — ostendit et ipse visibilem (<et>) deum <esse, sed> filium, id est sermonem dei, quia, qui caro factus est, Christus dictus est.' — Reitzensteinus (255/13—24/4) haerens in 'et contraria' proponit: 'ut e contrario ipsi filio adscriberemus mortalitatem <et lucis> accessibilitatem'; nam 'et' ante 'contraria' durum, asyndeton

¹⁾ Etiam hoc loco praeter necessitatem Kroymannus 'si' inseruit.

²⁾ 'Cognominare' nostro loco nihil significat nisi 'nominare, appellare'; cf. c. II (229/6—2/29) 'hunc missum . . . hominem et deum, filium hominis et filium dei, et cognominatum Iesum Christum'; c. VII (237/5 — 9/13), quem locum modo laudavi.

illepidum est. Hoc Paulus dicit: solus, *damit wir im Gegensatz Christus . . . zuschreiben*. . . . Ad 'e contrario' velim conferas De baptismo c. II (Reiff. 202/1): 'mentior, si non e contrario idolorum sollemnia . . . auctoritatem sibi extruunt'; Ad. nat. I 7 (Reiff. 70/20): 'vitam aeternam . . . conservatoribus suis spondet, e contrario . . . aemulis supplicium aeternum . . . comminatur'. Haec bene sequentibus verbis continuantur. Vertamur ad alteram partem. Codicum lectionem recte se non habere iam Beatus Rhenanus intellexit, qui ad v. 255/17 in editione secunda haud lepide explicat: 'Sine ratione, hoc est certa ratione, et modo, id est amentia, ut et hic sumamus pro id est¹⁾.' Nisi placet legere erratione. Nam de ecstasi loquitur fortissima videlicet abstractione mentis a corpore ad divinitatis contemplationem. Quae alioqui et illis accedere solet, qui mente sunt emota.' Sed sic locus sanari non potest. Reitzensteinus scribit: 'neque Petrus et Iohannes et Iacobus sine rationis etiam mentisque.' Postquam ablativus 'sine ratione' *irepsit* — id quod fere necessarium erat — 'etiam mentisque' abiit in verba 'et amentia qui'. Agitur de clarificatione, quae traditur Matth. XVII 1 sqq., Marc. IX 1 sqq., Luc. IX 28 sqq. cf. Matth.: (6) Καὶ ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ ἔπεσαν ἐπὶ πρόσωπον καὶ ἐφοβήθησαν φόβῳ. (7) Καὶ προσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀψάμενος αὐτῶν εἶπεν· Ἐγέρθητε καὶ μὴ φοβεῖσθε. (8) Ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν οὐδένα εἶδον εἰ μὴ τὸν Ἰησοῦν μόνον. **M a r c.** (5) Οὐ γὰρ ᾔδει (sc. Πέτρος) τί λαλήσει· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. **L u c a s** (32) Ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ . . . (33) μὴ εἰδῶς δὲ λέγει. Omnes idem referunt: 'dormiunt illi'. Quocum confert Tertullianus id quod memoriae traditum est de Pauli conversione: Act. apost. IX 8 legimus scriptum Ἐγέρθη δὲ Σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς, ἠνεωγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδὲν ἔβλεπεν . . . (9) καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν. Ut Paulus, ita et discipuli oculis timuerunt, deiecerunt eos; hoc ex sequenti (Matth. XVII 8) *ἐπάραντες* concludit; rationem praeterea mentemque perdidērunt (exaggerat illud μὴ εἰδῶς δὲ λέγει); libenter credo mori-

¹⁾ Quamquam quid voluerit his verbis Rhenanus me non plane intellegere confiteor.

turos eos fuisse; nam 'morituri' ad Petrum, Iohannem, Iacobum referendum est, non ad Christum, qui in monte Tabor mortuus non est, sed passurus nominatur, quia clarificationem subsequitur passio; morituri participium igitur sententiae loco scriptum est, ut saepe participium futuri; cf. e. g. Senecae De vita beata 1, 1: 'circumspiciendum, qua contendere illo celerime possimus, intellecturi in ipso itinere . . . quantum cotidie profligetur'. Ergo 'qui' rectum non est. Utrum cum Kroy-manno mutemus ordinem verborum necne, non multum interest. Equidem scribo: 'quamquam et illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, neque Petrus et Iohannes et Iacobus sine rationis etiam mentisque, si non passuri filii gloriam, sed patrem vidissent, credo, morituri ibidem'.

De capitibus XXVII—XXIX.

XXVII. Quamquam non multum est in hoc capite, in quo offendam, tamen, ut sententiarum nexus plane perspiatur, hoc quoque in medio proponere velim.

Undique redarguti distinctione patris et filii dicunt adversarii 'filium carnem esse, id est hominem, id est Iesum, patrem autem spiritum, id est deum, id est Christum'. Illi igitur patrem et filium non coniungunt, sed dividunt (280/4—44/16): 'si enim alius est Iesus, alius (5) Christus, alius erit filius, <alius> pater, quia filius Iesus, et pater Christus. talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt. sed et haec iniectio eorum, duos facere Iesum et Christum, ex praetractatis iam retusa est, quod sermo dei vel spiritus dei et virtus altissimi dictus sit quem patrem (10) faciunt. non enim ipse sunt, cuius dicuntur, sed ex ipso et ipsius. et aliter tamen in isto capitulo revincentur'. Bene v. 2 R³ restituit 'alius pater'. Sed dissentio a Kroymanno, qui ordinem verborum mutavit. Remittit ille nos ad De anima c. XXXIV (Reiff. 359/3): 'et se quidem (sc. Simon Samarites) fingit summum patrem, illam vero (sc. Helenen) iniectionem suam primam, quam iniecerat angelos et archangelos condere', sed nescio cur hoc fecerit. Ibi 'iniectio' est ἔννοια¹⁾, cf. Iustini apolog. I 26: τὸν πρῶτον θεὸν ἐκείνον ὁμολογοῦντες . . . καὶ Ἑλένην τινὰ . . . τὴν ὑπ' αὐτοῦ ἔννοιαν πρώτην γενομένην λέγουσι, Irenaei Contr. haeres. I 23, 2: 'dicens hanc (sc. Helenam) esse primam

2 <alius> pater R³: pater PMFR¹; 4 verba duos facere Iesum et Christum, quae in libris mss. paulo supra post didicerunt comparent, huc transtulit Kr, confert Reiff. 359/3; praetractatis MF, retractatis P (corr. R ex Hirsaugiensi); 6 ipse Kr: ipsae PMF.

¹⁾ Cf. Hoppe l. c. p. 121.

mentis eius conceptionem . . . , per quam initio mente concepit angelos facere et archangelos. Hanc enim Ennoiam exsiliensem ex eo . . . degredi . . .', cf. Theodoreti Haer. fabul. I, qui idem fere praebet. Quae significatio nostro loco poni non potest, 'iniectio' autem si nostrum '*Einwurf*' significat, ut vult Kroymannus, — v. edit. min. indicem — non quadrat ad sententiam ab eo restitutam. Aptam autem illam est significatio, si scribimus secundum codices: 'talem monarchiam apud Valentinianos fortasse didicerunt: duos facere Iesum et Christum. sed et haec iniectio eorum ex praetractatis iam retusa est . . .' Re vera Valentiniani duos reddiderunt Iesum et Christum, cf. Adv. Valent. c. XVI (Kr 195/16) 'Christus . . . vicarium praefecti Paracleti Soterem — hic erit Iesus, . . . — ad eam emittit . . .'; ibid. c. XXVII (l. l. 203/7) 'Nunc reddo de Christo, in quem tanta licentia Iesum inserunt quidam *etc.*' Sed 'haec iniectio eorum' ea re iam est retusa, quod sermo vel spiritus dei ille est dictus, quem patrem nominant. Sed et aliter illi redargui possunt. Non ut volunt, caro filius erit dei, sed spiritus. Natus est in carne 'sermo, et spiritus, qui cum sermone de patris voluntate natus est. igitur, dum sermo in carne¹⁾, et de hoc quaerendum, quomodo sermo caro sit factus.' Transfiguratus non est, immutabilis et informabilis deus transfigurari non potest, cum id quod transfiguratur in aliud, desinat esse quod fuerat; induit igitur carnem, est in carne. Utraque in Iesu reperitur substantia: hominis et dei, non tertium quoddam ex his duobus mixtum. Tunc vereor ne cum codicibus scribendum sit: (281/17—45/26) 'sedenim invenimus illum directo et deum et hominem expositum, ipso hoc psalmo suggerente: quoniam deus homo natus est in illa, et aedificavit eam voluntate patris; (20) certe usquequaque filium dei et filium hominis, cum deum et hominem, sine dubio secundum utramque substantiam in sua proprietate distantem, quia neque sermo aliud quam deus neque caro aliud quam homo.' Iniuria seclisit Kroymannus 'cum deum et hominem': et filium dei et hominis filium eum esse non nisi additis verbis

¹⁾ Ita cum Kroymanno p. 284/24—45/5 scribere velim: sermo in carne dum PMF, natus est: igitur sermo in carne. tum *Eng.*

'cum deum et hominem (*scilicet* invenimus)' manifestum fit. Deinde cum his tantum verbis 'deum et hominem' bene se coniungunt quae sequuntur 'sine dubio secundum utramque substantiam in sua proprietate distantem', minime autem cum verbis 'filium dei et filium hominis'. Pergit auctor: duplex est status in una persona: deus et homo Iesus — de Christo infra disserturus est auctor —, sed suas quisque res agit, non alterius: 'quod (282/15—46/20) in carne natum est, caro est, et quod de spiritu, spiritus est . . . ex his Iesus constitit, ex carne homo, ex spiritu deus'. Et apostolus utramque ei esse substantiam confirmavit. Concludit nunc (282/21—46/26): 'Qui filium dei carnem interpretaris, exhibe, qui sit filius hominis. aut numquid spiritus erit? sed spiritum patrem ipsum vis haberi, quia "deus spiritus"¹⁾, quasi non et dei spiritus, sicut et (25) sermo deus et dei sermo.'

Pergit auctor secundum Kroymanni editionem c. XXVIII (282/26—46/31): 'Nunc de Christo. facis patrem, stultissime, qui nec (283/1) ipsam vim inspicias nominis huius, si tamen nomen est Christus et non appellatio potius; unctus enim significatur. unctus autem non magis nomen est quam vestitus, quam calciatus. itaque Christus accidens nomini res. an tu, si ex (5) aliquo argumento vestitus quoque vocaretur Iesus, quomodo Christus ab unctionis sacramento, aequè Iesum filium dei diceres, vestitum vero patrem crederes? si pater Christus est, pater unctus est, et utique ab alio.'

¹ adnotat Kr: *miro quodam casu verus ordo verborum hic turbatus est: verba nunc de Christo (cf. supra 282/1), quae in libris mss. infra 283/7 post patrem crederes leguntur, necessario huc erant transferenda. pro eis hic leguntur: itaque Christum, nec ipsa suo loco. nihil autem sententia est infra 283/4 ubi praebent libri mss.: quam calciatus, accidens nomini res. quae desunt: itaque Christus ob eam rem illuc inserui; 3 est om. F; unctus enim R³: enim unctus PMFR¹; 5 calciatus PMF, calceatus R vulgo; an Urs: at PMF.*

Sed nullo modo sequi possum Kroymannum. 279/23 —44/12 ut repetamus, quae iam diximus, legimus: 'dicentes (adversarii sc.) filium carnem esse, id est hominem, id est Iesum,

¹⁾ Ev. Ioh. IV 24: πνεῦμα ὁ θεός. Addit Tert.: sed re vera et filius spiritus.

patrem autem spiritum . . . , id est Christum'. Ea quae est de Iesu parte confecta nunc denuo incipit auctor: 'Itaque Christum facis patrem: *Also zum Vater machst du Christus*'. Christus non est nomen, sed appellatio, 'unctus' significatur: 'unctus autem non magis nomen est quam vestitus, quam calciatus, <sed>¹⁾ accidens nomini res.' Iam pergit auctor: *oder würdest du, wenn Jesus aus irgend einem Grunde dere Beinamen vestitus führte* (vestitus *genannt würde*), *Jesus als Sohn, vestitus als Vater betrachten?* Quod a Kroymano insertum est ('itaque Christus') turbat sententiam propter sequens: 'quomodo Christus ab unctionis sacramento'. Tunc auctor sententiae, quae ab 'an' incipit, opponit 'Nunc de Christo': *Wenn er noch den Beinamen vestitus trüge, würdest du das nicht tun. Nun zum Beinamen Christus*: passiva illa notio 'Christus', id est unctus, postulat, ut alius sit, qui agat, id est ungat; quem patrem esse multis novi testamenti locis probat auctor; quare pater non est Christus, sed Iesus est Christus, Christus est Iesus.

Iam vertamur ad finem capitis: (285/2—48/21) 'certe, ne per omnia evagemur, qui suscitavit Christum suscitaturus [est] et mortalia corpora nostra tamquam alius (PMF, iamque alius *Rig*) erit suscitator quam pater, mortuus et [pater] suscitatus, si Christus, qui est mortuus, pater est (PM, pater F).' Ita restituit sententiam Kroymannus. Cf. Ep. Rom. VIII 11: ὁ ἐρείpac Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν. Prius 'est' Kroymannus bene expunxit; ego etiam 'tamquam' expungere velim: 'certe... qui suscitavit Christum suscitaturus [est] et mortalia corpora nostra [tamquam] alius erit suscitator quam pater; <nam> mortuus pater et suscitatus²⁾, si Christus, qui est mortuus, pater est.' Adicit auctor 'et suscitatus', quia de hac re agitur et participium passivum voci 'suscitator' opponitur. Sed coniunctione 'nam' fortasse opus non est; hoc tantum satis apparet sententiam 'mortuus pater et suscitatus, si Christus, qui est mortuus, pater est' per se esse positam.

¹⁾ Potest etiam scribi: 'quam calciatus: accidens nomini res <est>'.
²⁾ Transposui vocem 'pater' quoniam vi quadam iteratur.

XXIX. Blasphemia est, cum affirmant patrem mortuum esse; Christus mortuus est secundum scripturas, qua caro erat et homo et filius hominis, non qua spiritus et sermo et dei filius. Blasphemant illi, qui et crucifixum patrem dicunt. Quod nos filium crucifixum esse dicimus, 'non maledicimus illum, sed maledictum lege referimus'. Iam pergit auctor, ut vult Kroymannus (286/4—49/17): Ergo nec compassus est pater filio. (5) scilicet directam blasphemiam in patrem veriti, diminui eam hoc modo sperant, — concedentes iam patrem et filium duos esse — si filius quidem patitur, pater vero compatitur. stulti et in hoc. quid est enim com- 5
 pati quam cum alio pati? porro si impassibilis pater, utique et impassibilis; aut si compassibilis, (10) utique passibilis. nihil ei vel timore tuo praestas. times dicere passibilem quem dicis compassibilem. tam autem <in>compassibilis pater est quam impassibilis etiam filius ex ea condicione, qua deus 10
 est. sed quomodo, si filius passus est, non compassus est et pater? separatur a filio, non a deo. nam (15) et fluvius si aliqua turbulencia contaminatur, quamquam una substantia de fonte decurrat nec secernatur a fonte, tamen fluvii iniuria non pertinebit ad fontem; et licet aqua fontis sit quae patiatur 15
 in fluvio, dum non in fonte patitur, sed in fluvio, non fons patitur, sed fluvius, qui ex fonte est. ita et (20) spiritus dei, ut pati possit in filio, quia non in patre pateretur, sed in filio, pater passus non videretur. sed sufficit nihil spiritum dei passum suo nomine, quia, si quid passus est in (287/1) filio 20

2 scilicet *Oehlerus*: sicut PMF, sic enim *Urs*; 4 quidem *Urs*: si quidem PMF, sic quidem *Oehlerus*; 8 vel timore tuo *Kr*: veluti mortuo MF, veluti mortuo P, vel hoc timore tuo *Urs*; 9 impassibilis R^o: compassibilis PMFR¹; 11 si filius passus est, non *Kr*: filius passus est, si non PMF; 14 de fonte *om.* P (*add. R ex Hirs.*); 15 sit quae *Rig*: sitive PMF; 18 ut pati (ut *concessive intellegendum*) *Kr*: qui pati PMFR¹, <et> qui pati R^oG, quod pati *Oehlerus*; possit PMF, posset *Urs*; quia <tamen> non *Urs*; 20 si quid <passus,> passus est *Oehlerus*; passus est in filio. <aliud> quidem erat, ut . . . *Oehlerus*, passus est, in filio quidem <passus est, in quo> erat et pater, cum filius *Rig*, passus est, <passus est> in filio. <in filio> quidem erat ut pater, cum filius *Eng*, *Kr* adnotat: *ex verbis* nihil spiritum

†quidem erat, ut pater cum filio pateretur in carne. †quia hoc retractatus. nec quisquam negabit, quando nec nos pati pro deo possumus, nisi spiritus dei sit in nobis, qui et loquitur de nobis quae sunt confessionis, non ipse tamen patiens,
 25 sed pati posse praestans.

dei passum suo nomine *et ex eis quae infra leguntur*: non ipse tamen (*scil. spiritus*) patiens, sed pati posse praestans *hoc dicere velle auctorem perspicuum est: spiritus non suo nomine, id est ipse, in filio passus est, sed passa est in filio caro, quae quidem ut pati posset, equit spiritu adiutore. inde velim restituere*: quia, si quid passum est in filio, quid est? erat, ut pater cum filio pateretur, in carne; 21 qui hoc retractatur? (= *in dubium vocatur*) *susp. Kr*: quia hoc retractatus M (us *in ū corr. m. 1*) PF, quia hoc retractatum G *Oehlerus*; 22 nec (*alt. loco*) F, et PM; 23 possumus PF, ^{non}possumus M (*non add. m. 1*); nisi MF, si P.

Diligentius ultimam partem inspiciamus. (286/19—49/32) optime restituetur sententia, si cum Oehlero scribimus: 'ita et spiritus dei quod pati posset (*ita Urs*) in filio . . . pater passus non videretur': nam spiritus dei in enuntiatio pendenti est subiectum, pater in primario; 'qui' igitur, quod codices praebent, scribi non potest; 'posset' bene restituit Ursinus, sed 'tamen' adicere supervacaneum est. Gravioris difficultates praebet proxima sententia (286/22—50/2). Omnibus in coniecturis doctissimorum virorum haereo. Auctor supra acute expressit patrem non una cum filio passum esse; quam ob rem verbum pater rectum esse mihi non videtur. De patre iam non agi etiam ex sententia extrema intellegitur: 'quando nec nos pati pro deo possumus, nisi spiritus dei sit in nobis, qui et loquitur de nobis quae sunt confessionis, non ipse tamen patiens, sed pati posse praestans.' Sententiarum nexus hic est: si spiritus in filio pateretur, non in patre, pater passus non videretur: spiritus dei nihil passus est suo nomine; si quid passus est, in filio quidem passus est, sed ne in filio quidem passus est, cum filius passus sit in carne, quam hic detractat(?); hic non patitur, sed pati posse praestat. Scribere igitur velim: 'ita et spiritus dei quod pati posset in filio, quia non in patre pateretur,

sed in filio, pater passus non videretur. sed suppetit¹⁾ nihil spiritum dei passum suo nomine, quia si quid passus est, <passus est> in filio. qui autem erat, ut pater<etur>, cum filius pateretur in carne. <sed erat in filio?> qui hoc re-fragatur²⁾? nec quisquam negabit, quando nec nos pati pro deo possumus, nisi spiritus dei sit in nobis, qui et loquitur de nobis quae sunt confessionis, non ipse tamen patiens, sed pati posse praestans.' Cur de patre ad spiritum transierit, intelleges si reputabis adversarios spiritum ad patrem revocasse (cf. supra p. 47 et ibid. adn. 1) aut patrem ita compassibilem dixisse, ut spiritus eius pateretur in filio.

¹⁾ *Ex Reitzensteinii coniectura, cf. Scorp. c. X (Reiff. 168/5).*

²⁾ *Qui hoc refragatur dubitanter restituit Reitzensteinus.*

De capitibus IX—X.

Vidimus capite VIII patrem et filium et spiritum sanctum dispositione solum inter se differre et alterum ex altero emanasse. Pergit nunc auctor (239/13—11/10), quem locum rursus secundum Kroymanni editionem laudo: Hanc me regulam professum, qua inseperatos ab alterutro patrem et filium et spiritum testor, tene ubique, et ita (15) quid quomodo dicatur agnosces. ecce enim dico alium esse patrem et
 5 alium filium et alium spiritum, — male accipit idiotas quisque aut perversus hoc dictum, quasi diversitatem sonet et ex diversitate separationem protendat patris et filii et spiritus sancti; necessitate autem hoc dico, cum eundem (20) patrem et filium et spiritum contendunt, adversus oikonomian monarchiae adulantes — non tamen diversitate alium filium a patre,
 10 sed distributione, nec divisione alium, sed distinctione, quia non sint idem pater et filius, vel modulo alius ab alio <alii.> pater enim tota substantia est, filius vero derivatio (25) totius et portio, sicut ipse profitetur: quia pater maior me est.
 15 a quo et minoratus canitur in psalmo modicum (240/1) quid citra angelos. sic et pater alius a filio, dum filio maior, dum alius qui generat, alius qui generatur, dum alius qui mittit, alius qui mittitur, dum alius qui facit, alius per quem fit bene, quod et dominus usus hoc verbo in persona (5) para-

3 quid modo quo modo P (corr. R); 5 *parenthesin indicavit Kr, qui adnotat: spiritum. male vulgo; non tamen refragarer secludenti ea quae infra leguntur: non tamen diversitate — distinctione, quae haud scio an prior auctoris manus sint; accipit M, accepit PF vulgo; 7 protendat Iun; spiritus sancti PM, spiritus FR vulgo; 12 sint Kr: sit PMF; alii addidit Kr, qui adnotat 'intellege: quippe qui etiam modulo alius ab alio diversi sint'*; 15 minoratus R³: minor natu PMFR¹; modicum R³: modico R¹: dico PMF.

cleti non divisionem significavit, sed dispositionem: rogabo, 20
 enim, inquit, patrem, et alium advocatum mittet vobis,
 spiritum veritatis, sic alium a se * paracletum, quomodo
 et nos a patre alium filium, ut tertium gradum ostenderet in
 paracleto, sicut nos secundum in filio propter oikonomiae
 (10) observationem. ipsum, quod pater et filius dicuntur, 25
 nonne alius ab alio < alius > est? utique enim omnia quod
 vocantur, hoc erunt, et quod erunt, hoc vocabuntur, et per-
 miscere se diversitas vocabulorum non potest omnino, quia
 nec rerum, quarum erunt vocabula. est, est, non, non;
 nam quod (15) amplius est, hoc a malo est. 30

22 adnotat Kr: lacunam signavi: demonstrans vel tale aliquod
 participium intercidit; 25 ipsum FR, ipsud PM; 26 alius Kr [in ed.
 ma.; aliud cum codd. in ed. min.]: aliud PMF; alius addidit Kr [in ed.
 ma., aliud in ed. min.]; 27 permiscere se PM, permisceri F.

Consideremus sententiam, quae haec fere est: alius est
 pater, alius est filius, alius spiritus; male autem adversarii
 ex ea re diversitatem et divisionem intellegere volunt. Acriter
 hanc distinctionem patris et filii et spiritus premit auctor,
 quia illi ὁμοουσίαν contendunt. Si Kroymannus in parenthesi
 ponit verba 'male accipit' usque ad 'adulantes', certe quod
 verba 'non tamen . . . alium' non habeant ad quod referantur,
 valde dubito, an hoc rectum non sit. Egregie 'ecce enim dico'
 excipitur verbis 'necessitate autem hoc dico', ipsum quoque
 'adversus oikonomian monarchiae adulantes' excipitur verbis
 (240/9—11/32): 'propter oikonomiae observationem'. Scribo
 igitur: 'ecce enim dico alium esse patrem et alium filium et
 alium spiritum: male accipit idiotas quisque aut perversus hoc
 dictum, quasi diversitatem sonet et ex diversitate separationem
 portendat patris et filii et spiritus sancti; necessitate autem hoc
 dico, cum eundem patrem et filium et spiritum contendunt,
 adversus oikonomian monarchiae adulantes;' iam sequitur ac-
 cusativus 'non tamen . . . alium¹⁾ . . .', qui certe satis libere
 verbis 'dico alium' adiungitur, sed conferas, quae de loco 240/7
 infra (p. 54) exponemus. Quod attinet ad priores sententias,

¹⁾ V. 23 (20) fortasse scribendum est: 'quia non sint idem pater
 et filius, sed modulo alius ab alio'. Iam sequentia bene se adiungunt.

Kroymannus, ut saepe, non fert duas sententias sine coniunctione inter se nexas; sed de hac re supra (p. 42) iam plura protulimus. Fuit cum verba 'quia non sint idem pater et filius' interpolatoris esse putarem. Sed respiciunt ea ad 239/19—20: 'cum — contendunt' et praeparant illud: 'pater enim tota substantia est, filius —'; excipiuntur autem brevi post verbis 240/1 (11/24): 'sic et pater alius a filio, dum filio maior, dum alius qui generat, alius qui generatur . . .' Sed priusquam longius progrediamur, liceat pauca afferre de verbo 'portendat', quod Iunius scripsit pro 'protendat'. Bene ad nostrum locum adnotat Oehlerus (II 662 adn. a): «Franciscus Iunius rescribendum censuit 'portendat'. Ac sane Septimius saepissime hoc verbo utitur pro 'significare'.» Ex exemplis quae adicit pauca afferre velim: c. XXVIII (284/11—48/6): 'quam caecus est qui nec in Christi nomine intellegit alium deum portendi, si Christi nomen patri adscribat!' Adv. Marc. IV³⁰ (Kr 525/10): 'De sequenti plane similitudine vereor, ne forte alterius dei regnum portendat.' ibid. IV³⁵ (543/3): 'vanum enim, si credimus deum de contumelia aut gloria silicis alicuius praedicasse, ut non eum portenderet et in lapidis, quem et in petrae et in montis figura portenderat.' Iunius certe veram lectionem 'portendat' restituit; protendere pro significare nusquam scriptum legi. Sed pergamus: Post 'alium a se' (240/7—11/30) nihil est supplendum; saepius enim Tertullianus verbum aliquod explanaturus iterat eodem casu positum, quo in priore sententia erat, cf. c. XIX (261/2—28/20): 'extendi, inquit, caelum solus, quantum ad ceteras virtutes solus'. Ita et hic verba 'alium advocatum' excipit verbis 'alium a se paraclatum (= advocatum)', quae vox erat usitata.

Multo maiores difficultates praebet locus (240/10—12/1): 'ipsum, quod pater et filius dicuntur, nonne alius ab alio <alio> est?' Ante omnia dicere velim nihil esse supplendum: alium ab alio esse idem est ac diversos esse inter se (*von einander verschieden sein*); v. supra: 'alium a se paraclatum'. Cuius constructionis Tertullianus ipse multa praebet exempla: De pud. c. VIII (*Reiff.* 235/15): 'histriones . . . alia longe a praesenti et fabula et scaena et persona et tamen

congruentissime exprimentes.' Adv. Marc. III₁₆ (*Kr* 403/27): 'alterius dei venisse Christum, nisi eum longe alium demonstraveritis a Christo creatoris . . .'; complura vide sub alius in Thes. L. L. I col. 1636, ⁵⁸ sqq. et Hoppeium (l. c. p. 36 § 8). Sed 'ipsum, quod pater et filius dicuntur, nonne alius ab alio est?' rectum esse non posse Kroymannus ipse vidit, in editione minore 'aliud', quod praebent codices, restituit; ego antea 'ipso, quod pater et filius dicuntur, nonne alius ab alio est?' scribere volui; sed ablativum illum ita usurpatum exemplis probare non possum. Expectatur: 'ipsu<m illu>d¹⁾ (vel ipsu<m istu>d), quod pater et filius dicuntur, nonne aliud ab alio esse <demonstrat>?'²⁾ Neutrum genus mutandum non est, sequitur enim: 'utique enim omnia quod vocantur hoc erunt, et quod erunt, hoc vocabuntur, et permiscere se diversitas vocabulorum non potest omnino, quia nec rerum, quarum erunt vocabula.'

X Pergit Kroymanni Tertullianus: Ita ut pater, et filius est, et <ut> neque dies eadem et nox, neque pater idem et filius, ut sint ambo unus et utrumque alter, quod vanissimi isti Monarchiani volunt. 'ipse se', inquiunt, 'filium sibi fecit'. atquin pater filium facit et patrem (20) filius, et qui ex alterutro fiunt, a semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, ut pater se sibi filium faciat et filius se sibi patrem praestet. quae instituit deus, etiam ipse custodit. habeat necesse est pater filium, ut pater sit, et filius patrem, ut filius sit. aliud est autem habere, aliud esse. verbi gratia, (25) ut maritus sim, habeam oportet uxorem, non ipse mihi ero uxor. sic etiam, ut pater sim, filium habebo, non ipse mihi ero filius, et ut filius sim, patrem habebo, non ipse mihi ero (241/1) pater. quae enim me faciunt si habuero, tunc ero: pater, si filium habeam, filius, [ero] si patrem.

1 ut pater, et *Kr*: aut pater aut PMF; 2 ut *add. Eng*; 7 filium — sibi om. P (*add. R in mg. ex Hirs.*); 12 habebo *Kr* (*sic et infra v. 13*): habeo. PMF; 14 tunc PM, emic F; tunc ero pater *vulgo*; 15 ero *seclusit Kr*.

¹⁾ Hoc eo verisimilior est, quia in PM codd. 'ipsud' scriptum legitur.

²⁾ Item supra (239/24—11/21) nihil scribendum est nisi: 'modulo alius ab alio.'

Nemo dubitabit, quin ineunte capite codicum lectio vera non sit. Mutare possumus in 'ita et pater et filius est', sed ex ITAVT multo facilius 'ita aut' potuit oriri, quam ex ITAET. Librarius ille, qui mendum commiserat, concinnitatis causa alterum 'et' in 'aut' correxit. Deinde egregie Engelbrechtius Oehlerum secutus, qui ipse quoque (II 663 adn. a) comparationis desideravit particulam, post 'et' illud 'ut' supplevit. Eximia arte auctor construxit sententias!

'Ita ut pater, et filius est,
et ut neque dies eadem et nox,
neque pater idem et filius,
ut sint *ambo* unus et *utrumque* alter'.

Monarchiani autem hoc volunt: 'ipse se filium sibi fecit.' Sed hoc fieri nequit: patri opus est filio, ut pater sit, filio patre, ut filius sit; aliud est habere, aliud esse. Comparatione illa: 'ut maritus sim, habeam oportet uxorem, non ipse mihi ero uxor' confirmatur sententiam verbis 'non ipse mihi ero pater' finiri, quare Kroymannus bene 'quae . . . faciunt' rettulit ad sequentia (quod etiam Oehlerus fecit, B. Rhenanus non fecerat). Sed ne sic quidem omnes sustulit difficultates, 'enim' non quadrat ad sententiam, in eo mendum videtur inesse, praesertim cum illud 'me faciunt' solum intellegi non possit. Sententia est haec: οὕτως καὶ ἵνα πατήρ ᾶ, υἰὸν ἔξω, οὐκ αὐτὸς ἐμαυτῷ υἰὸς ἔσομαι, καὶ ἵνα υἰὸς ᾶ, πατέρα ἔξω, οὐκ αὐτὸς ἐμαυτῷ ἔσομαι πατήρ. ἐὰν τὰ με τοιοῦτον (*vel* τοῦτον) ποιοῦντα ἔχω, εἶτα ἔσομαι πατήρ, ἐὰν υἰὸν ἔχω, υἰός, ἐὰν πατέρα. Quare egregia illa est Rhenani coniectura¹⁾, quam ne commemoravit quidem Kroymannus: 'quae eum me faciunt si habuero, tunc ero: pater si filium habeam, filius si patrem' (ita bene Kr): *Wenn ich das habe, was mich zum betreffenden macht, erst dann kann ich es sein. . .* Quod attinet ad 'eum' = *den betreffenden*, velim conferas Reitzensteinii disputationem 'Zu Seneca De beata vita' (Herm. 29 1894 p. 623 not. 6): «Der Satz würde vollständig lauten: 'in quibus eos factos esse praetores, quos fecere, idem, qui fecere, mirantur.' Der selbstverständliche Relativsatz wird unterdrückt, so daß sich *is*

¹⁾ R² *in mg. praebet quae eum.*

deutsch etwa durch 'der betreffende' wiedergeben läßt. 'Si membrum rupsit, ni cum eo pacit, talio esto' sagen die zwölf Tafeln. Auf einen ähnlichen Gebrauch von οὗτος macht E. Schwartz mich aufmerksam, vgl. Plato Soph. 251 A πολλοῖς ὀνόμασι ταῦτόν τοῦτο ἐκάστοτε προσαγορεύομεν oder Plotin Ennead. II 9, 1 ἄλλο τὸ ἐν τούτοις νοεῖν, ἄλλο δὲ τὸ νοεῖν ὅτι νοεῖ.» Quod F codex pro 'tunc' affert absurdum illud 'emic', prava lectione est explicandum, librarius forma t litterae deceptus pro t e litteram legit, tum sequentes litteras non recte coniungens 'emic' scripsit. Quam lectionem affero, ut demonstrarem F codicem archetypi (Hirsaugiensis) imaginem persaepe bene reddere maximaque diligentia librarium singulas litteras imitando expressisse. In sequentibus egregie atque dilucide Tertullianus pergit: habere filium debeo, ut pater sim, et patrem, ut filius sim. Diaboli vero est 'alterum ex altero excludere, dum utrumque in unum . . . concludens neutrum haberi facit, ut et pater non sit, qui scilicet filium non habet, et filius non sit, qui aequè patrem non habet'. Sequentia verba egregie sanavit Kroymannus scribendo: (241/19—13/4) 'dum enim pater est, filius non erit, <et dum filius est, pater non erit>. sic monarchiam tenent qui nec patrem nec filium continent. sed nihil deo difficile: quis hoc nesciat? et: impossibilia apud saeculum possibilia apud deum: quis ignoret? et: stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia: legimus omnia (*ita codices*, legimus omnes *susp. Kr.*)' Sed in ipso fine haereo. Propter 'quis hoc nesciat' et 'quis ignoret' (= omnes sciunt) bene dici potest 'legimus omnes'. Certo rem diiudicare non ausim, cum haud male 'omnia' ad omnia tria membra se adiungat: *das haben wir alles gelesen.*

Iam pergit auctor (241/24—13/9): 'ergo', inquit, 'difficile (25) non fuit deo ipsum se et patrem et filium facere adversus traditam formam rebus humanis. nam et sterilem parere contra naturam difficile deo non fuit, sicut nec virginem'. plane nihil deo difficile. sed si tam abrupte in praesumptionibus nostris hac sententia utamur, quidvis de deo confingere poterimus, (242/1) quasi fecerit, quia facere potu-

5 sed si R³: sensi PMFR¹.

erit. non autem, quia omnia potest facere, ideo <quo>que
credendum est illum fecisse etiam quod non fecerit, sed an
10 fecerit requirendum. potuit, si voluisset, deus pennis hominem
ad volandum instruxisse, quod (5) et miluis praestitit; non
tamen, quia potuit, statim et fecit. potuit et Praxean et omnes
pariter haereticos statim extinxisse; non tamen, quia potuit,
extinxit. [oportebat enim et miluos esse et haereticos, oportebat
15 et patrem crucifigi.] hac ratione erit aliquid et difficile deo,
id scilicet, quodcumque (10) non fecerit, non quia non po-
tuerit, sed quia noluerit. dei enim posse velle est, et non posse
nolle. quod autem voluit, et potuit et ostendit. ergo quia, si
voluit semetipsum sibi filium facere, potuit et quia, si potuit,
20 fecit, tunc probabis illum et potuisse et voluisse, si probaveris
illum fecisse.

8 ideo quoque *Oehlerus*: ideoque PMF, *defendit, inquit Kr*, ideo-
que (= *ideo quoque ut hodieque* = *hodie quoque*) *Eng*; 10 si voluisset
MFR' *mg. (ita et margini cod. Paterniacensis adscripsit Rhenanus: alias*
{id est in Hirsaugiensi} si voluisset), ita salvus sim P, ita salus sim M
(in mg. a m. 1); 10 hominem M (*ē ex is in rasura*); 14/15 oportebat
— crucifigi *seclusit Kr*.

Quod ad 242/3 (v. 10 praecedentis excerpti) adnotat
Kroymannus rectum non est: in Paterniacensi adscripsit qui-
dem Beatus Rhenanus 'si voluisset', sed sequitur verbum,
quod cum margo circumcideretur, initio mutilatum est;
-vus vel *-cus* legere mihi videbar. Res explicatur verbis
quae in tertia editione adnotavit idem Rhenanus et quae
Kroymannus fugisse videntur: 'ita salvus sim) pro his verbis
in Hirsaugiensi codice quidam ascripserat, Si voluisset deus.'
Habuit igitur in contextu sicut Paterniacensis ita Hirsaugiensis
'ita salvus sim', sed in margine adscriptum erat 'si voluisset
deus'. Rhenani verba si premimus ab alia manu haec adiecta
erant, sed de hac re dubito, quia in Montepessulani contextu
legitur 'si voluisset deus', in margine 'ita salus (errore certe
pro 'salvus' exaratum) sim'. Itaque iam Cluniacensem has
duas praebuisse lectiones equidem credo. Qui aut praebuit
in contextu 'si voluisset', in margine autem 'ita salvus sim';
tum cum archetypo concinit M (nisi quod pro 'salvus' in

mg. 'salus' scripsit), Hirsaugiensis contra 'ita salvus sim' e margine in contextum recepit, 'si voluisset' e contextu in marginem reiecit, quod F solum descripsit. P codicis librarius, qui aliis locis cum M codice consentire solet, hic ex Cluniacensi solam marginis recepit lectionem. Aut potius Cluniacensis exhibuit 'ita salvus sim', in margine 'si voluisset', M rectum ex margine in contextum recepit, alterum margini ascripsit. altera classis contra fecit. Ut ut est, calami lapsu ortam esse differentiam vides ITSIUOLUISSET: IT(A)S(A)LUUSSIM. Dicere voluit auctor: Ii, qui patrem et filium eundem esse affirmant, dicunt hoc deo difficile non fuisse. 'sed si tam abrupte . . . hac sententia utamur, quidvis de deo confingere poterimus, quasi fecerit, quia facere potuerit', sed non quaecumque facere potuit, fecit; potuit ut miluis, ita et hominibus pennas dare, sed non fecit, potuit omnes haereticos statim extinguere, tamen non fecit. Sequuntur nunc verba quae secluserit Kroymannus: 'oportebat enim et miluos esse et haereticos, oportebat et patrem crucifigi.' Sed non puto haec singularia verba interpolata esse; per ironiam enim et acerbo ioco dicit Tertullianus: 'oportebat enim et miluos esse et haereticos, oportebat et patrem crucifigi' = *es war wohl notwendig, daß es solches Gesindel gäbe*. Dices verba 'et miluos esse' prioribus parum respondere; non dixerat deum potuisse miluos extinguere. Certe, sed cum antea homines cum miluis comparasset, secundo enuntiato addiderat potuisse deum etiam omnes haereticos extinguere; addere potuit 'sicut et miluos', sed brevius homines hosce cum miluis inutilibus sane et invisibilibus bestiis comparans: causam nescimus, ait, sed oportebat (εἰμᾱπτο) haereticos esse sicut miluos, oportebat insanum illud et perniciosum dogma proferri. Quis scriba talia commentabitur! Libere incedentis indignationis non omnia verba ad logicae artis regulas revocanda puto.

in psalmo duos deos dictos: thronus tuus, deus, in aevum;
 5 ** virga regni tui; dilexisti iustitiam et odisti ini-
 quitatem: propterea unxit te, deus, deus (5) tuus.
 si ad deum loquitur, et unctum deum a deo, adfirmat et
 hic duos deos. [pro virga regni tui] inde et Esaias ad per-
 sonam Christi: et Seboin, inquit, viri elati, ad te trans-
 10 ibunt et post te sequentur vincti manibus et ad te
 adorabunt, quia in te deus est; tu enim es deus (10)
 noster, et nesciebamus, deus Israhelis. et hic enim
 dicendo 'deus in te' et 'tu deus' duos proponit: qui erat in
 Christo et [spiritum] ipsum.

4 tuus deus P, deus tuus MF; 5 *adn. Kr: lacunam signavi*: virga
 directionis (*sive* aequitatis) *intercidit*; 6 te deus *vulgo*; 7 adfirmat
 et hic *Kr*: adfirmat sed hic PMF, <adfirmat> adfirmasset hic *Oehlerus*;
 8 pro virga regni tui *seclusit Kr*: pro virgae regnato *Oehlerus*; 10 se-
 quentur M (e *ex u a m. 1*) R^s: sequuntur PFR¹; vincti manicis *susp.*
Kr (= δεδεμένοι χειροπέδακ); ad te MF, te P; 13 proponit: qui erat
Kr: proponit, qui erant PMF; in Christo F, in Christum MP; 14 spiri-
 tum *seclusit Kr ut interpretamentum verborum* qui erat in Christo;
transponi macult Eng ita: in Christo, spiritum, et ipsum; spiritum
 ipsum MF, spiritum P, spiritum sanctum *Oehlerus*.

Vertamur ad primam partem (247/5—17/22) et ad verba
 'si ad deum loquitur, et unctum deum a deo, adfirmat et
 hic duos deos.' Codicum lectionem veram non esse iam multi
 intellexerunt viri docti. Contra Oehlerum autem coniecturam,
 quamvis sit facilis, tamen haud pauca facere videntur. Recte
 quidem desiderat aliquod verbum, ad quod 'unctum deum a
 deo' referendum sit, sed si adicit 'adfirmat' et traditum 'ad-
 firmat set' mutat in 'adfirmasset', irrealis certe nullo modo
 ferri potest, cum 'si ad deum loquitur' obstet. Quare Kroy-
 mannum sequor, qui SET falso scriptum esse putat pro ET;
 una autem in re ab eo velim discedere; ille certe coniunxit:
 'si ad deum loquitur et (*und zwar*) unctum deum a deo', sed
 equidem puto potius accusativum cum infinitivo agnoscendum
 et desiderari verbum aliquod finitum; 'adfirmat' supplere
 nolim; bis ita positum durius esset; quodlibet primae quae
 dicitur coniugationis elige verbum, exempli gratia 'declarat',

pronuntiat, spiritus' pertinet ad ultimum locum (244/15—15/16) 'animadvertite etiam spiritum loquentem ex tertia persona de patre et filio'; sequentibus verbis nunc reddendum est, quod antea legimus: 'sic et cetera, quae nunc a patre ad filium vel de filio' — illud ad 244/3 'accipe et ad ipsum', hoc attinet ad 243/27 'accipe . . . voces patris de filio'; ordinem tantum inversum videmus — 'nunc a filio de patre vel ad patrem' (cf. 244/7, 244/9), 'nunc a spiritu' — cf. quae modo laudavi verba 244/15 — 'pronuntiantur, . . .' Stultus aliquis librarius pro 'a patre — a filio — a spiritu' scripsit 'ad patrem — ad filium — ad spiritum'; reliqua sana sunt. Quod ad Kroymanni lectionem attinet, 'vel ad — vel ad' non quadrat ad 'a spiritu', tota igitur membrorum distributio recta non est.

XII. Duos esse patrem et filium et ex ea re intellegi potest, quod pluraliter deus loquebatur. Sequentia verba in editione ita sonant: an quia (245/17—16/12) ipse erat pater filius spiritus, ideo pluralem se praestans pluraliter sibi loquebatur? immo, quia iam adhaerebat illi [filius] secunda persona, (20) sermo ipsius, et tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pronuntiavit: 'faciamus' et 'nostram' et 'nobis'. cum quibus enim faciebat hominem et quibus faciebat similem, filio quidem, qui erat induiturus hominem, spiritu vero, qui erat sanctificaturus hominem, quasi cum ministris et arbitris ex unitate (25) trinitatis loquebatur.

3 filius *seclusit* Kr; 6 similem? filio *Oehlerus*: similem, <cum> filio *Rig* [similem, — filio quidem . . . hominem — quasi cum . . . Kr in *ed. min.*]; 7 induiturus PMF, induturus *Rig*; spiritui *susp. Kr*; 8 <cum eis> quasi *susp. Kr*; cum ministris MF, cum magistris P [*non corr. R, ut Kr affert, sed libr. ipse*], comministris *Iun.*

Haec fere dicere voluit auctor: trinitatem demonstrari eo, quod pluraliter deus loqueretur, neque ludere eum neque angelos allocutum esse neque ea de causa pluraliter loqui, quod ipse esset pater et filius et spiritus, 'immo, quia iam adhaerebat illi secunda persona, sermo ipsius, et tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pronuntiavit. . . .' Perperam etiam mihi videtur Oehlerum interrogationem sequentem facere. Id,

dicendo 'deus in te' et 'tu deus' duos proponit: qui erat in Christo et Christum ipsum. —

Brevi post, cum hanc sententiam Tertullianus pluribus persecutus esset, pergit (248/3—18/11): quodsi ex illis es, qui tunc dominum non sustinebant dei se filium ostendentem, ne eum deum crederent, (5) recordare tu cum illis scriptum esse: ego dixi: vos dii estis et filii altissimi, et: 5 stetit deus in ecclesia deorum, ut, si homines, per fidem filios dei factos, deos scriptura pronuntiare non timuit, scias illam multo magis vero et unico dei filio id dei nomen iure contulisse.

2 dominum *om.* P (*add. R sub v. ex Hirsaugiensi*); sustinebant PM; 3 ne P, nec MF; deum *Kr*: dominum PMF; 7 id dei *Kr* [*in ed. ma.*: et <dei et> domini *in ed. min.*]: et domini MF, domini P, et dei *Eng.*

Sententia haec videtur esse: 'si tu unus ex illis es, qui non ferebant, quod dei filium se nominaret, ne eum deum crederent (*um nicht an seine Göttlichkeit glauben zu müssen*), recordare . . .'; 'nec' certe est reiciendum, postulatur aliqua coniunctio, quam sequatur coniunctivus modus 'crederent', cum alioquin expectaremus 'credebant'. Ita 'ne' rectum videri potest. Sed aliam fuisse sententiam suspicor, cum lego Ev. Ioh. X 33 sqq.: Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. . . . (36) ὃν ὁ πατὴρ ἡγάσεν καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον ὑμεῖς λέγετε: ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον: Υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμι; Ad hunc locum potius ea quadraret sententia: filium dei eum non agnoscebant, nedum deum esse crederent. Ita 'deum', quod Kroymannus bene restituit, cum vi profertur et tota sententia concinna redditur. Si revera 'ne' saepius pro 'nedum' scriptum videmus (Cic. Verr. act. sec. IV 23, 52, De fin. I 13, 43, cf. Kühner Lat. Gr. II 1, p. 618), tamen gradatio, quae inest, minus fortis videtur quam nostro loco, quo equidem expressum expecto: tantum abest, ut deum eum esse crederent, ut — ne filium dei quidem eum esse putarent. Propono igitur facili mutatione: 'quodsi ex illis es, qui tunc dominum non sustinebant dei se

filium ostendentem, nedum deum crederent, recordare . . . 'deum' necessarium est, cum 'deus' opponatur dei filio. 'eum' facile ex antecedentibus verbis mente potest suppleri; nam durum illud 'ne eum deum' ab auctore nostro scriptum esse negaverim. Ad 'nedum' velim conferas: cap. II (229/15—3/6): 'etiam antè priores quosque haereticos, nedum ante Praxean hesternum', De carn. Chr. XII (*Oehl.* II 447, 26): 'et ipsa sentiat omnium etiam sensus, nedum qualitates . . .'¹⁾.

Iam ad ultima verba (248/9). Praecipue agi de 'dei nomine' praecedenti confirmatur sententia: 'si homines . . . deos scriptura pronuntiare non timuit, . . .' Engelbrechtius igitur 'et domini', quod codices praebent, mutavit in 'et dei'. Sed si sequentia respexeris: 'ergo . . . provocabo te, ut hodie quoque ex auctoritate istarum scripturarum constanter duos deos et duos dominos praedices', non dei tantum, sed etiam domini notionem necessariam concedes. Laude igitur digna Kroymanni coniectura, qui in ed. min. veram restituit lectionem: 'scias illam multo magis vero et unico dei filio et <dei et> domini nomen iure contulisse'. Ad quod solum bene se adiungit: «'ergo', inquis, 'provocabo te, ut hodie quoque ex auctoritate istarum scripturarum constanter duos deos et duos dominos praedices'».

Affert deinde auctor, quod iam saepe dixerat: duos esse patrem et filium secundum oikonomiae rationem, sed duos deos et duos dominos numquam nominari eos.

(248/19—18/27) non quasi non et pater deus et (20) filius deus et spiritus deus et dominus unusquisque, sed quoniam <ideo> retro et duo dii et duo domini praedicabantur, ut, ubi venisset Christus, et deus agnosceretur et dominus vocaretur, quia filius dei et domini.

5

1 deus *om. P* (*add. R s. v. ex Hira.*); 2 spiritus *PM*, spiritus sanctus *RF*; dominus *Eng*: deus *PMF*; 3 quoniam *secludi vult Eng*; ideo *addidit Kr.*

¹⁾ 'nedum' cum coniunctivo coniunctum apud Tertullianum non repperi, tamen quae nostro loco maxime idonea mihi videntur protuli.

Hiulcam esse sententiam iam Engelbrechtius bene intellexit. Sed non sequor eum, cum 'quoniam' secludit. Ne tunc quidem sententia satis dilucida esset. Mea quidem sententia aliquid excidit. Fortasse restitui potest: 'duos tamen deos et duos dominos numquam ex ore nostro proferimus, non quasi non et pater deus et filius deus et spiritus deus et dominus unusquisque, sed quoniam < diversitatem hoc sonet (cf. 239/17—11/14) et ex diversitate separationem portendat patris et filii et spiritus sancti; sed > retro et duo dii et duo domini praedicabantur ...'

Iam pergit Kroymanni editio (248/23—18/31): si enim una persona et dei et domini in scripturis inveniretur, merito Christus non esset (25) admissus ad nomen dei et ad domini, — nemo enim alius (249/1) praeter unus deus et dominus
 5 praedicabatur — et futurum erat, ut ipse pater descendisse videretur, quia unus deus et unus dominus legebatur, et tota oikonomia eius obumbraretur, quae in materiam fidei prospecta atque dispensata est. at ubi (5) venit Christus et cognitus est a nobis, quod ipse, qui numerum retro fecerat,
 10 factus secundus a patre et cum spiritu tertius, etiam pater, per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen dei et domini in unionem, ut, quia nationes a multitudine idolorum transirent ad unicum deum, et differentia (10) constitueretur inter cultores unius et plurimae divinitatis.

3 et ad domini PM, et domini F; 4 *parenthesin indicavit Kr*: domini. nemo *vulgo*; *adn. Kr*: praeter unus = *nisi unus, ut videtur*; et dominus MF, et unus dominus P *vulgo*; 8 cognitum *susp. Kr*; 9 ipse <sit> *Oehlerus*; 10 etiam pater (*scil. sit*) *Kr*: et iam pater PMF; 12 ut *Urs*: et PMF; 13 et *Urs*: ut PMF [construeretur P (*corr.* R)].

V. 10 codices legunt 'et iam pater', quod in 'etiam pater' mutavit Kroymannus: neutrum intellego. Quod post Christi adventum unum esse deum pronuntiabant, inde non explicatur, quod Christum secundum a patre esse cognitum est, sed inde quod Christus nihil fecit nisi patrem plenius manifestavit; hoc fecit, etsi factus erat secundus a patre, etsi tres in deo personae intelleguntur. Hoc aliter exprimere non

possumus, nisi ut 'et tamen pater' scribamus. Sequitur, ut suo iure Kroymannus coniecerit 'ubi . . . cognitum est a nobis'; in 'cognitus est, quod ipse . . . factus sit' equidem non haererem, sed 'cognitus' nostro loco ferri posse non credo, cum verbis 'et tamen' alterum subiectum ('pater') introducatur. Deinde post 'factus' addenda erit copula vel 'sit' vel 'est' — utrumque enim apud Tertullianum ferri potest. Quae sequuntur valde contorta videntur. Viam tamen emendandi aperuit Ursinus, cum 'et quia' mutavit in 'ut quia'. Cur enim iam deum unum esse presserit ecclesia, proferatur necesse est. Vocem 'quia' non recte intellexisse Hoppeius mihi videtur, qui finalem eam esse putat¹⁾. Certe non ut transirent nationes, unum esse deum proclamabant, sed ut dilucidior differentia inter paganos plurimos deos colentes et Christianos constitueretur. Necessarium autem hoc erat, quia tum gentes ad unicum deum transibant vel transiturae putabantur. Apparet, si ita iungis sententias, ferri non posse illud 'et' ante differentiae vocem. Aut delendum est aut, ut mihi magis placet, supplendum vocabulum domini, ut prioribus verbis 'nomen dei et domini' respondeant hoc loco verba 'transirent ad unicum deum et dominum'. Unus restabat scrupulus: verba 'et cum spiritu tertius' necessaria ad nexum sententiarum non videbantur; sed adiecta sunt, ut personarum numerus isque parvus iam nunc significaretur, qui et oikonomiae verbum explicaret et opponeretur 'multitudini idolorum' et 'plurimae divinitati'. Totum igitur scribo locum sic:

'at ubi venit Christus et cognitum est a nobis, quod ipse, qui numerum retro fecerat, factus <sit> secundus a patre et cum spiritu tertius et tamen pater per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen dei et domini in unionem, ut, quia nationes a multitudine idolorum transirent ad

¹⁾ L. c. p. 76 adn. 3. legimus: «Zweifelhaft ist, ob Tertullian quia schon in finalem Sinne (= ut) gebraucht hat. Die einzige Stelle, welche in Frage kommt, ist Prax. 13 ut (so daß) quia nationes a multitudine idolorum transirent ad unicum deum et differentia constitueretur. Möglich ist, daß nach dem konsekutiven 'ut' quia für das finale 'ut' steht; übrigens haben die codd. 'et quia'.

unicum deum et < dominum >, differentia constitueretur inter cultores unius et plurimae divinitatis.' Recte nos interpretatos esse finemque consilii non esse, ut transirent gentes, sed ut differentia constitueretur, spondent sequentia: 'nam et lucere in mundo Christianos oportebat ut filios lucis, lumen mundi unum et deum et dominum colentes et nominantes. ceterum si . . . deos et dominos nominaremus, extinxissemus faces nostras, etiam ad martyria timidiores, quibus evadendi quaque pateret occasio, iurantibus statim per deos et dominos, ut quidam haeretici, quorum dei plures.'

Deos igitur omnino non dicit Tertullianus, sed sequitur apostolum, qui patrem deum appellat et Iesum Christum dominum. (249/21 — 19/22) 'solum autem Christum potero deum dicere, sicut idem apostolus: ex quibus Christus, qui est, inquit, deus super omnia, benedictus in aevum omne. nam et radium solis seorsum solem vocabo; solem
5 autem nominans, (25) cuius est radius, non statim et radium solem appellabo. nam nec soles duos faciam. tamen et solem et radium eius tam (250/1) duas res et duas species unius et indivisae substantiae numerabo, quam deum et sermonem eius, quam patrem et filium.'

1 Christum < nominans > *susp. Kr*; potero R: postero PMF; 6 nec soles *Kr*: et soles MF, etsi soles P (si *s. u. a m. 1*) *vulgo*; < non > faciam *Urs*; faciam, tamen *vulgo*; 8 quam R: qua PMF.

MF codicum lectionem 'et soles' veram non esse satis apparet. Ne P codex quidem 'etsi soles' tradens rectum praebet. Negationem primus intulit Ursinus, rectius collocavit Kroymannus, qui 'et' in 'nec' mutavit. Haereo tamen, quoniam 'nam' illud languidam reddit sententiam. Quo delete scribo: 'solem autem nominans, cuius est radius, non statim et radium solem appellabo (*Fut. dynam.*) nec (*und damit*) soles duos faciam. tamen . . .'; sane librarius aliquis falso 'nam' scripsit, alius 'ec' superscripsit voci 'nam', ex quo alius 'nam et' sibi restituendum esse putavit.

De capitibus III—IV.

III. Priusquam singulos tractemus locos, et hic necessarium mihi videtur totum caput, quomodo a Kroymanno editum est, in medium proferre. (230/8—3/27):

Simplices enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotae, quae maior semper credentium pars est, quoniam et ipsa (10) regula fidei a pluribus diis saeculi ad unicum et verum deum transfert, non intellegentes unicum quidem sed cum sua oikonomia esse credendum, expavescunt, quod oikonomiam numerum et dispositionem trinitatis divisionem praesumunt unitatis, quando unitas, ex semetipsa derivans trinitatem, non (15) destruat ab illa, sed administretur. itaque duos et tres iam iactitant a nobis praedicari, se vero unius dei cultores praesumunt, quasi non et unitas inrationaliter collecta haeresim faciat et trinitas rationaliter expensa veritatem constituat. 'monarchiam', inquit, 'tenemus', et ita sonum ipsum vocaliter (20) exprimunt etiam Latini et tam opifice, ut putes illos tam bene intellegere monarchiam quam enuntiant. [sed monarchiam sonare student Latini, oikonomiam intellegere nolunt etiam Graeci.] at ego, si quid utriusque linguae praecerpsi, monarchiam nihil aliud significare scio quam singulare et (25) unicum imperium; non tamen praescribere monarchiam ideo, (231/1) quia unius sit,

5 expavescunt, quod *Eng*: expavescunt ad PMF; 6 oikonomia (av. numerum *vulgo*, oikonomiam, numerum *Eng*; numerus, *inquit Kr*, = *plures* (cf. *supra* 230/6 et *adv. Marc. I cap. 5*: post unum enim numerus); 7 quando = *während doch* (*Kr*); 12 inquit FR, inquit PM; 13 sonum R³: solum PMR¹, solum F; istum *susp. Kr*; 14 et tam opifice (= *so meisterlich, adn. Kr*) PMFR¹, etiam Opici R³: etiam modifice *Oehlerus*; 15 sed monarchiam — etiam Graeci *seclisit Kr*; 16 at ego PM, at vero F.

20 eum, cuius sit, aut filium non habere aut ipsum se sibi filium
 fecisse aut monarchiam suam non per quos velit administrare.
 atquin nullam dico dominationem ita unius sui esse, ita sin-
 gularem, ita monarchiam, ut non etiam (5) per alias proximas
 personas administretur, quas ipsa prospexerit officiales sibi.
 25 si vero et filius fuerit ei, cuius monarchia sit, non statim
 dividi eam et monarchiam esse desinere, si particeps eius
 adsumatur et filius, sed proinde illius esse principaliter, a
 quo communicatur in filium, et dum illius (10) est, proinde
 monarchiam esse, quae a duobus tam unitis continetur. igitur
 30 si et monarchia divina per tot legiones et exercitus angelorum
 administratur, sicut scriptum est: milies centies centena
 milia adsistebant ei, et milies centena milia appa-
 rebant ei, nec ideo unius esse desiit, ut desinat (15) mon-
 archia esse, quia per tanta milia virtutum procuratur: quale
 35 est, ut deus divisionem et dispersionem pati videatur in filio
 et in spiritu sancto, secundum et tertium sortitis locum, tam
 consortibus substantiae patris, quas non patitur in tot ange-
 lorum numero, et quidem tam <alienorum> a substantia (20)
 patris? membra et pignora et instrumenta et ipsam vim ac
 40 totum cenum monarchiae eversionem deputas eius? non
 recte. malo te ad sensum rei quam ad sonum vocabuli ex-
 erceas. eversio enim monarchiae illa est tibi intellegenda,
 cum alia dominatio suae condicionis et proprii status ac per
 hoc (25) aemula superducitur, cum alius deus infertur ad-
 45 versus creatorem, † tunc male, cum plures, secundum Valentinus
 et Prodicos: tunc in monarchiae eversionem, cum in creatoris
 destructionem.

20 eum *Rig*: eius PMF; non *om.* P (*add. in mg. m. 1*); 21 velit
 RF, venit PM; 29 unitis *Eng*: unicus PMF; 34 quia *om.* F; 38 et
 quidem tam <alienorum> *Gel*: et quidem tam PMF, et quid? demta
Eng, ecquid nata *Oehlerus*; 39 patris membra *Oehlerus Eng*; 43 alio
 P; 45. tunc male PMF, cum Marcione *Oehlerus*, tunc mage (= *magis*)
Eng, adn. Kr: 'mihi totus hic locus inde a verbis cum alius deus usque
 in finem capitis interpolatoris esse videtur; quo remoto quae in initio in-
 sequentis capitis leguntur arctissime se applicant ad verba eversio — super-
 ducitur'; 46 Prodicos R^s *mg.* (*cf. I pag. 178,29*): prodigos PMFR¹, Proclos
 R^s; [cum in creatoris destructionem *Kr in ed. min. scr. post tunc male*].

230/12 (3/31) codicum lectionem rectam non esse facile est intellectu; cum disertim sibi opponantur: 'oikonomia' et 'numerus', 'dispositio' et 'divisio', 'oikonomia' a sequentibus verbis separari non potest. Si Engelbrechtius coniunctionem causalem 'quod' restituit, contra eum dicere nolim. Sed melius esse puto post 'expavescunt' graviter interpungi, ita ut scriptum legamus: 'Simplices . . . expavescunt; oikonomiam numerum et dispositionem trinitatis divisionem praesumunt unitatis, . . . quod est: Πάντες γὰρ οἱ ἰδιῶται . . . οὐ γινώσκοντες ἕνα μόνον θεόν, τοῦτον δὲ cὺν τῇ ἑαυτοῦ οἰκονομία νομιζέον, ἐκφοβοῦνται· τὴν οἰκονομίαν ἀριθμὸν καὶ τὴν τῆς τριάδος διάθεσιν προλαμβάνουσιν εἶναι τῆς μονάδος διαίρεσιν, καίπερ τῆς μονάδος, ἔξ ἑαυτῆς παραγούσης τὴν τριάδα, ὑπ' ἐκείνης μὴ διαλυομένης, ἀλλ' οἰκονομουμένης. Expavescendi verbum bene absolute poni posse demonstratur loco Plinii Nat. Hist. XXIII 49 (ed. Mayhoff. IV p. 16/15) 'neque expavescunt repente' et Quintil. Inst. or. VI 2, 31: 'non expavescet circumventus?' In eo, quod 'quando' contrarium ibi inducit, offendendum non est, cf. Henrici Hoppei l. l. p. 78/79, 'quando' 2. Ad nostrum locum cf. et verba 240/4—11/27: 'bene, quod et dominus usus hoc verbo in persona paracliti non divisionem significavit, sed dispositionem'. — Pergo ad locum 230/19—4/4: In adnotationibus, quas Beatus Rhenanus tertiae editionis libro adiecit, scriptum legimus haec: 'solum] sic legitur in manuscriptis voluminibus omnibus quae viderim. Non arbitror monarchiam solum reddere voluisse, quod Grammatici sic dictum aiunt, non quod solum capiat, sed quia solidum. Proinde solum mutavi in sonum. Nam mox sequitur 'sed monarchiam sonare student Latini' et infra¹⁾ 'Malo te ad sensum rei, quam ad sonum vocabuli exerceas.' Nemo negabit 'sonum' rectum esse. Facile est qui ortum sit SOLIVM ex SONVM intellegere. Quod attinet ad verbum 'sonum', Stoici in voce discernunt τὸ λεγόμενον ἀ νοουμένῳ, illud est φωνή vel ἤχος. Sententiam 'sed monarchiam sonare student Latini, oikonomiam intellegere nolunt etiam Graeci' nullo modo expungendam esse puto. Magis rhetorice verba illa sunt prolata, quam

¹⁾ 231/22—4/32.

ut interpolatoris esse possint. Praeterea 'utriusque linguae' (v. 23—8) melius est, si Latini et Graeci antea nominantur. Quasi per parenthesin introducta sunt verba ¹⁾. Primaria sententia haec est: dicunt illi: 'monarchiam tenemus'; quod tam anxie exequentur, ut etiam τὸν ἦχον, τὸ λεγόμενον recipiant; oikonomiae non recipiunt neque verbum neque sensum. His verbis quasi in adnotatione addit etiam Graecos magis sonum, φωνήν, quam sensum, τὸ νοούμενον τῆς οἰκονομίας, intellexisse. Quare auctori ipsi definiendae sunt et monarchia et oikonomia ('at ego . . .', 230/23): altera nullo modo altera excluditur — οἰκονομία, οἰκονομεῖν reddit auctor noster vocibus 'administratio, administrare' —, οἰκονομεῖν τὴν μοναρχίαν 231^{1/2} (4/12) scriptum legimus²⁾.

Etiam quae sequuntur verba interpretationis indigent: 'non tamen praescribere monarchiam ideo, quia unius sit, eum, cuius sit, aut filium non habere aut ipsum se sibi filium fecisse aut monarchiam suam non per quos velit administrare.' Non eodem iure proferuntur tria illa membra, quae per 'aut' introducuntur; primum et tertium in quamlibet cadunt monarchiam, secundum priori quasi subiunctum Praxeae continet opinionem, sed ut irrideatur in universum translata; adiecit eam Tertullianus ut persaepe similes breves sententias.

¹⁾ Verbis 'ut putes illos (Latinos) tam bene intellegere monarchiam quam enuntiant' significavit Latinos non intellegere monarchiam; iam additurus ne Graecos quidem bene utriusque verbi sensum percepisse, repetit quod dixerat 'sed monarchiam sonare (τὴν φωνήν μόνον τῆς μοναρχίας) student Latini', quo fortius opponat 'oikonomiam intellegere (τὸ νοούμενον) nolunt etiam Graeci'.

²⁾ Sero vidi quae adnotat ad rem luelicher l. c.: Mir erscheint der Satz (sed monarchiam . . . Graeci) unentbehrlich, da Tertullian im Folgenden mit utriusque linguae auf ihn zurückblickt; er leitet die Kritik an dem selbstbewußten unwissenden Monarchianismus weiter, indem er den monarchianischen Lateinern bloß den Sinn für den feierlichen Klang ihres Schlagworts zugesteht, den Griechen unter ihnen . . . aber den Vorwurf macht, daß sie sich gegen das ihnen leicht zugängliche Verständnis von μοναρχία als οἰκονομία sträuben. Er selber verstehe vom Lateinischen und Griechischen genug, um behaupten zu dürfen, daß die Monarchie Unterregenten keineswegs ausschließt, daß eine Verteilung der Macht an verschiedene Instanzen — also οἰκονομία — vielmehr in ihrem Wesen liegt.

Fortasse igitur recipiendum est, quod dubitans proposuit tamen Reitzensteinius 'aut filium non habere, sed ipsum se sibi filium fecisse aut . . .'

231/19 (4/29) eisdem de causis et Engelbrechtii et Oehlerii coniecturas (ecquid nata *Oehl.*; et quid? demta *Eng.*) reiciendas esse puto: non lepidum est 'ecquid nata a substantia patris membra' vel 'et quid? demta a substantia patris membra'; cum vocibus 'membra et pignora . . .' nihil nisi genetivus 'monarchiae' coniungatur oportet. Sed hoc non est tanti momenti, quanti altera res. Disertim auctor pronuntiat deum in filio et in spiritu sancto, secundum et tertium sortitis locum, tam consortibus substantiae patris divisionem non magis pati, quam in tot angelis, qui cum patre non ita arte coniungi possunt, qui non tam participes sunt substantiae patris; 'a substantia patris' igitur, quod his respondet verbis, ab hac sententia separari non potest. Quare Kroymannus videri potest merito Gelenium sequens 'alienorum' in contextum recepisse. Sententiae membra, ut iam dixi, alia respondent aliis: '*deus divisionem et dispersionem pati videatur in filio et in spiritu sancto, secundum et tertium sortitis locum, tam consortibus substantiae patris, quas non patitur in tot angelorum numero et quidem — tam <alienorum> a substantia patris?*' Sed satis apparet deesse aliquod membrum, quod verbis 'secundum et tertium sortitis locum' respondeat, plus igitur una voce evanuisse videtur. Verba auctoris sane restituere non possumus, sententia postulantur haec fere: 'et quidem tam <a maiestate remotorum, quam> a substantia patris?'

Sed difficillimus huius capituli locus restat (231/26—5/4). Beatus Rhenanus l. c. affert haec: 'Et prodigos] Scribendum, et Proclos. Nam ex Philostrato recenset Aurelius Augustinus' — quo loco hoc fecerit, reperire non potui¹⁾ — 'Proclianitas, qui cum Seleucianis senserint creatores animarum angelos esse de igne et spiritu. Tum sic distinguenda verba, Tunc male, quum plures, secundum Valentinus et Proclos:

¹⁾ De Proclianitis cf. Filastrii divers. haeres. libr. XXVIII (LVI), ed. Marx in corp. Vind. 38, p. 29.

Tunc in monarchiae eversionem, quum in creatoris destructionem.'

De nomine vix ambigemus: non Proclum, sed Prodicum hic nominari et ipse Tertullianus docet Scorp. c. XV (*Beiff.* 178/29): 'quodsi iam tunc Prodicus aut Valentinus adsisteret suggerens non in terris esse confitendum apud homines ...', ubi cum Valentino coniunctum eum esse vides, et quae de Prodicti secta protulerunt Hilgenfeld in libro qui inscribitur 'Ketzergeschichte des Urchristentums' (1884, p. 552/3) et Harnack in libri 'Geschichte der altchristlichen Literatur bis Eusebius' partis primae (Die Überlieferung und der Bestand d. a. L.) pagina 163. Ad contextum verborum restituendum accingamur. Engelbrechtii coniecturam statim reicere possumus, cum 'mage' rarior sit forma — praecipue ea usi sunt comici — quam ut eam coniectura inferre possimus. In 'tunc male' et Kroymannus haesit, in editione minore mutavit ordinem verborum: '... superducitur. cum alius deus infertur adversus creatorem, tunc male, cum in creatoris destructionem; cum plures, secundum Valentinus et Prodicos, tunc in monarchiae eversionem.' Quod rectum esse non potest, cum mea quidem sententia verba 'tunc in monarchiae eversionem, cum in creatoris destructionem' nullo modo divellenda sint. Sed egregie intellexit Kroymannus a verbis 'cum alius deus' novam incipere sententiam. Antea generaliter tantum de monarchia disseruit auctor; notio 'alia dominatio' nunc excipitur verbis: 'alius deus', quare 'alius' (*irgend ein anderer*) scriptum legimus, non 'alter'; premit autem maxime verba 'adversus creatorem'. Fortasse scribi potest: 'cum alius deus infertur adversus creatorem, tunc aemulus (*vel* aemuli), cum plures secundum Valentinus et Prodicos, tunc in monarchiae eversionem, tunc in creatoris destructionem.'

IV. (232/1—5/6) 'Ceterum qui filium non aliunde deduco, sed de substantia patris, nihil facientem sine patris voluntate, omnem a patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a patre filio traditam in filio servo?' Haereo in verbis 'de fide', sed quod substituatur, nondum inveni. 'de filio' dubitanter proponit Reitzensteinius.

In eiusdem capituli fine p. 232/19 (5/24) certe scribendum est: 'videmus igitur non obesse monarchiae filium'. Vocem 'filium' expunxit Kroymannus; deesse eam non posse apparebit, si sententiarum nexum omissis tamen scripturae locis, quos attulit auctor, hic referam: '. . . quomodo possum de filio(?) destruere monarchiam, quam a patre filio traditam in filio servo? . . . adeo autem manet in suo statu, licet trinitas inferatur, ut etiam restitui habeat patri a filio . . . videmus igitur non obesse monarchiae filium, etsi hodie apud filium est, quia et in suo statu est apud filium et cum suo statu restituetur patri a filio. ita eam nemo hoc nomine destruet, <si> filium (si *add.* R^s, *om.* PMFR¹) admittat, cui et traditam eam a patre et a quo quandoque restituendam patri constat.'

De capitibus XVI—XVII.

XVI. 'Nec putes sola opera mundi per filium facta, sed et quae a deo exinde gesta sunt. pater enim, qui diligit filium et omnia tradidit in manu eius, utique a primordio diligit et a primordio tradidit, ex quo (= *quando, quoniam*) a primordio¹⁾ sermo erat apud deum et deus erat sermo.' . . . His verbis 'nullam exceptionem temporis permittit, quia omnia non erunt, si non omnis temporis fuerint.' Filius igitur fecit, quaecumque primis scripturae locis narrantur.

(256/22—25/4): ipse enim et ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usque ad patriarchas et prophetas, in visione, in somnio, in speculo, in aenigmate ordinem suum (25) praestruens ab initio, semper quem erat persecuturus in (257/1) fine. ita semper ediscebat, et deus, in terris cum hominibus conversari, non alius quam sermo, qui caro erat futurus: ediscebat autem, ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus filium dei descendisse in saeculum, < cum > et retro tale (5) quid gestum cognosceremus.

4 semper *delendum esse susp.* Kr [ab initio, semper quem scripsit Kr in ed. mai: ab initio semper, quem in ed. min.]; quem Urs: quae PMF; in finem. ita Urs [recepit Kr in ed. min., cf. ibi pag. 88]: infinita PMF; 5 ediscebat, et deus, in Kr, qui adnotat: et deus = et cum deus etiamtum, nondum caro esset filius: ediscebat et deus in vulgo; 8 < cum > et Eng: < si > et R³ vulgo.

'quae' (v. 25—7) non habere, ad quod referretur, iam Ursinus cognovit optimeque proposuit 'quem', quod et P codice confirmari videtur, cum ex 'que', quod P praebet, non minus facile 'quē' (= *quem*) quam 'quē' (= *quae*) restituere possimus; 'quae' codicum librarii ad depravatam illud 'infinita' retulisse videntur. Sententia haec est: Iesus Christus ordinem suum

¹⁾ a primordio *secluit* Kr.

ab initio semper praestruxit, quem sine fine semper erat persecuturus. Scribo igitur: 'ordinem suum praestruens ab initio semper, quem erat persecuturus infinite semper (*vel* quem erat infinite semper persecuturus), ediscebat et deus in terris... conversari, non... futurus, ediscebat autem...' Ita haec duo 'ediscebat' bene sibi respondent. In sequentibus 'cum' bene adiecisse Kroymannum satis apparet.

Iam ad sequens vertamur caput (258/19—26/20):

XVII. Facilius existimaverunt patrem in filii nomine venisse (20) quam filium in patris, dicente ipso domino: ego veni in patris mei nomine, item ad ipsum patrem: nomen tuum manifestavi hominibus, condicente etiam scriptura: benedictus qui venit in nomine domini, utique filius 5 in patris nomine. sed nomen patris: deus omnipotens, (25) <altissimus,> dominus virtutum, rex Israhelis, qui est. quatenus (259/1) ita scripturae docent, haec dicimus et in filium competisse et in his filium venisse et in his semper egisse et sic ea in se hominibus manifestasse. omnia, inquit, patris 10 mea sunt. cur non et nomina? cum ergo legis deum omnipotentem et (5) altissimum et deum virtutum et regem Israhelis et qui est, vide, ne per haec filius etiam demonstretur, suo iure deus <omnipotens,> qua sermo dei omnipotentis quaque omnium accepit potestatem, altissimus, qua dextera 15 dei exaltatus, sicut Petrus in Actis contionatur, dominus virtutum, quia (10) omnia subiecta sunt illi a patre, rex Israhelis, quia illi proprie excidit sors gentis istius, item qui est, quoniam multi [filii] dicuntur et non sunt. si autem volunt et patris nomen Christi esse, audient suo loco. interim 20 hic mihi promptum sit responsum adversus id, quod et de

2 venisse *Kr*: egisse PMF; 5 utique F, utriusque M (*corr. in utriusque m. 1*), utriusque P (*del. litteram r R*); 6 sed *Kr adnotans*: sunt adversarii quae sequuntur: et PMF, sed et *Urs*; nomina *Urs*; 7 altissimus *om*. PMFR¹; add. R³ (*cf. 259/5*); 14 omnipotens *add. R³, om. PMFR¹*; 19 filii *seclusit Kr*: dii *Ciacconius*, filii <dei> *Eng (alludi hic putans ad I Ioh. 3, 10)*; 20 patris nomen Christi *Kr*: Christi nomen patris PMF, *defendit Eng sic distinguens*: si autem volunt, et Christi nomen patris esse audient suo loco; audient R³: audiunt PM, audivit F; 21 promptum *Oehlerus*: promotum PMF; et de PM, de F.

Apocalypsi Iohannis proferunt: ego (15) dominus, qui est et qui fuit et <qui> venit, omnipotens, et sicubi alibi dei omnipotentis appellationem non putant etiam filio con-
 25 venire. quasi qui venturus sit ** omnipotens, cum et filius omnipotentis tam omnipotens sit quam deus dei filius.

22 qui est et qui fuit et <qui> venit *Kr*: qui est et qui fuit et venit *MR*^s, qui est et qui venit *F*, qui est et qui erat et qui fuit et venit *PR*¹; 25 lacunam signavit *Kr*: sit, omni<potentis filius, non sit omni>potens *susp.* [*in ed. min. scr.*: quasi qui venturus sit <non> omnipotens]: sit, <non sit> *Eng*; 26 sit dei filius quam *PMF*; *del.* dei filius *Urs.*

Cum filius in patris nomine venerit, omnia eius nomina et in filium competere exponit nobis auctor. Haec nomina esse: deum omnipotentem, altissimum, dominum virtutum, regem Israhelis, qui est. Singula nomina ab auctore filio attribuuntur, cum unumquodque sententia explicetur secunda. Quare nemo negabit 259/7 (27/3) a Rhenano in tertia editione apte additum esse illud 'omnipotens', quod facile a librario aliquo omitti, sed deesse non potest¹⁾. Difficultates solum praebet (v. 11) illud: 'item qui est, quoniam multi filii dicuntur et non sunt'; 'filii' rectum esse non potest, cum, ut iam diximus, patris nomina filio attribuuntur, pater autem filius non sit, 'filii dei' eadem de causa reiciendum est, adiciendum est aliquid, quod pari modo et patri et filio competat. 'qui est' certe nihil est nisi ó ðv (= *der Ewige, der seiende Gott*). Bene igitur Ciacconius restituit nostram sententiam: 'item qui est, quoniam multi dii dicuntur et non sunt.'

In sequentibus recte restituit Kroymannus: 'ego dominus, qui est et qui fuit et <qui> venit, omnipotens'. Ultima in sententia (v. 17) negationis particulam iam Fulvius Ursinus iure atque merito desideravit, sed quod scripsit 'quasi qui venturus non sit omnipotens' minus placet. Quamvis facilis Kroymanni sit coniectura, tamen ipse intellexisse videtur 'omnipotentis filius' praeter necessitatem

¹⁾ Idem (258/25—26/26) bene 'altissimus' addidit.

addi, in editione igitur minore tacite ad Oehlerum rediit et scripsit: 'quasi qui venturus sit <non> omnipotens'. Equidem non intellego, cur alterum omittat 'sit', cum egregie scripserit Engelbrechtius: 'quasi qui venturus sit, <non sit> omnipotens'. Haec bene continuantur verbis: 'cum et filius omnipotentis tam omnipotens sit, quam dei filius deus'. Ita melius sententias sibi respondere puto quam apud Kroymannum. Post 'omnipotens sit' codices 'dei filius' inseruerunt sensu plane cassum et recte ab Ursino omissum. Natum videtur glossema eodem tempore quo verba in fine posita 'dei filius deus' corrumpebantur in 'deus dei filius'.

De capite XIX.

Initium capitis ita scribit Kroymannus:

(261/1—28/19) <Si> qui et hoc dictum eius in argumentum singularitatis arripient, extendi, inquit, caelum solus quantum ad ceteras virtutes solus, praestruens adversus coniecturas haereticorum, qui mundum ab angelis et potestatibus diversis (5) volunt structum, qui et ipsum creatorem aut angelum faciunt aut † ad alia quae extrinsecus, ut opera mundi, ignorantem quoque, subornatum. aut si sic solus caelum extendit, quomodo isti praesumunt in perversum haeretici, quasi singularis, non admittatur sophia illa dicens: cum pararet caelum, 10 ego (10) aderam illi. et Esaias dixit: quis cognovit sensum domini et quis illi consilio fuit? utique praeter sophiam, [fuit] quae illi aderat, in ipso tamen, et cum illo universa compingebat, non ignorante, quid faceret.

1 <si> qui *Kr*: qui PMFR¹, quin R² *vulgo*, qui = *quomodo intellegit Eng*; ad hoc dictum *adn. Kr*: *scil. quod modo attigit auctor 260/29*; 2 [quantum MF, quarum vel quantum P (quarum vel *ext. R*)]; 6 aut ab aliqua extrinsecus <virtute volunt> ad opera mundi *susp. Kr, adn.*: *Achamoth intellego Valentinianorum, cf. Adv. Val. cap. 25 [in ed. min. aut ab alia qua extrinsecus vi <in> opera mundi]; aut ad alia, quae extrinsecus sunt opera mundi Eng*; 10 illi. et R, illi <simul.> et *Pam*, illi? et *Oehlerus*; et Esaias dixit *Eng*: et si dixit PMF. et si dixit <apostolus> *Urs*; 12 fuit *secl. Eng*: fuit PM, non fuit F, ait *Urs*: aderat. in *vulgo*.

Ineunte capite codicum lectio vera non est, 'qui' non potest significare 'et ii', cum id, ad quod referatur hoc pronomen ('propter haereticos, qui . . . ' 260/23—28/12) longius absit ab hac sententia. Beatus Rhenanus 'quin' scribere voluit, ego antea 'sunt qui' supplere volui¹). Sed fortasse tam generaliter res pronuntianda non est; sunt iidem haeretici 'qui',

¹) In indicativo 'arripient' offendendum non est, qui persaepe reperitur apud Tertullianum, cf. de spect. c. I (*Reiff. 1/18*), de pud. c. IX (l. c. 236/6).

ut ipse modo dixerat (260/23), 'sicut nationes manibus ita et ipsi verbis idola fabricantur, id est alium deum et alium Christum.' Quare Kroymannum quidem non sequor; melior esset Rhenani coniectura 'quin', sed cur augeat hic vim orationis scriptor non video, praesertim cum ad praecedentia verba 'cum quo caelum solus extendit' respiciat. Fortasse scripsit Tertullianus: 'Qui<a> et hoc dictum eius in argumentum singularitatis arripiunt: extendi . . . solus (*sc. dico so sage ich* vel audi *so hören*): quantum. . .'

Pergo ad sequentia, quorum haec est sententia: auctor praestruit — ut Tertulliani utar verbis — contra coniecturas haeticorum, qui mundum ab angelis et potestatibus diversis volunt structum, et qui unum creatorem aut angelum faciunt aut ab aliquo alio ad creandum mundum subornatum. Bene ad nostrum locum quadrat Irenaei Contra haereses I 22, 1 (*Migne 7, p. 669*): 'Cum teneamus autem nos regulam veritatis, id est, quia sit unus deus omnipotens, qui omnia condidit per verbum suum, et aptavit, et fecit ex eo, quod non erat, ad hoc ut sint omnia, quemadmodum scriptura dicit: Verbo enim domini caeli confirmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum; et iterum: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil: (ex omnibus autem nihil subtractum est; sed omnia per ipsum fecit pater, sive visibilia, sive invisibilia, sive sensibilia, sive intellegibilia, sive temporalia propter quandam dispositionem, sive sempiterna, et aeterna) non per angelos, neque per virtutes aliquas abscissas ab eius sententia; . . .' praecipue autem cum nostris verbis congruit ibid. II 35, 4 (*Migne p. 841*): 'Quoniam autem dictis nostris consonat praedicatio apostolorum et domini magisterium et prophetarum annuntiatio et apostolorum dictatio et legislationis ministratio unum eundemque omnium deum patrem laudantium; et non alium atque alium, neque ex diversis diis aut virtutibus substantiam habentem: sed ex uno et eodem patre omnia (qui tamen aptat secundum subiacentium naturas et dispositionem) et neque ab angelis neque ab alia quadam virtute, sed a solo deo patre visibilia atque invisibilia et omnia omnino,

quaecumque facta sunt.' Apud Tertullianum (261/5—28/23) verba 'qui et ipsum creatorem' mutare velim in 'et qui unum creatorem': 'et qui' scribo, cum hi haeretici, qui certe Valentiniani sunt, non sint iidem atque ii, quos modo attulit auctor; 'unum' acrius praecedentibus opponi videtur mihi quam 'ipsum'. Restant nunc verba 'ignorantem quoque'¹⁾, quae ad interpretanda velim conferas Irenaei l. l. I 5, 8 (*Migne p. 496*): Ταῦτα δὲ τὸν δημιουργὸν φάσκουσιν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν ψῆσθαι κατασκευάζειν, πεποιθῆναι δ' αὐτὰ τῆς Ἀχαμῶθ προβαλλούσης· οὐρανὸν πεποιθῆναι, μὴ εἰδόμενα τὸν οὐρανόν· καὶ ἀνθρώπων πεπλασθέναι, μὴ εἰδόμενα τὸν ἀνθρώπων· γῆν δὲ δεδειχέναι, μὴ ἐπιστάμενον τὴν γῆν· καὶ ἐπὶ πάντων οὕτω λέγουσιν ἠγνοῦσθαι αὐτῶν τὰς ἰδέας ὧν ἐποίησε, καὶ αὐτὴν τὴν μητέρα· αὐτὸν δὲ μόνον ψῆσθαι πάντα εἶναι. Scribo nunc: '. . . et qui unum creatorem aut angelum faciunt aut ab alio quo extrinsecus ad opera mundi, ignorantem quoque, subornatum.' Quod sequitur 'aut' ferri non potest; scripserim: 'At si sic solus caelum extendit, quomodo isti praesumunt in perversum haeretici,' (Praxeas scilicet) 'quasi singularis, non admittatur sophia illa dicens: cum pararet caelum, ego aderam illi? (*Wenn es aber so gemeint wäre . . . soll dann ausgeschlossen sein?*)' In sequentibus verbis (v. 10—28) desiderant viri docti aliquam personam, cui attribuantur verba: 'quis cognovit . . . fuit?' Utrum 'apostolus' significetur an 'Esaias', sane diiudicari non potest, in Esaiæ XL 13 scriptum legimus: Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συμβιβᾷ αὐτόν; in Ep. Pauli ad Rom. XI 34: Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; 'Esaias', cuius est et illud 'extendi caelum solus', mente suppleri non potest, cum inter hanc et nostram sententiam locus proverbiorum insertus sit. Fortasse tamen restitui potest: 'et qui dixit: quis . . . fuit? utique praeter sophiam dixit (*vel dicit*)', ad quod sequens 'dicit' bene se adiungit. Qua lectione accepta planius perspicimus 'praeter sophiam' ad praecedentem sermonem pertinere, ita ut facile intellegamus: 'quis praeter sophiam'.

¹⁾ Cf. infra 261/13 (28/31): 'non ignorante, quid faceret.'

De capite XXI.

(263/19—30/26) Aspice itaque, quanta praescribant tibi etiam in evangelio (20) ante Philippi consultationem et ante omnem argumentationem tuam. et in primis ipsa statim praefatio Iohannis evangelizatoris demonstrat, quid retro fuerit qui caro fieri habebat: in principio erat sermo, et sermo 5 erat apud deum, et deus erat sermo; hic erat in principio apud (25) deum; omnia per ipsum facta sunt et si ne ipso factum est nihil. nam si haec non aliter accipi licet quam quomodo scripta sunt, indubitanter alius ostenditur qui fuerit a principio, (264/1) alius apud quem fuit, 10 alius sermo dei, alius deus, — licet et sermo deus, sed qua dei filius, non qua pater — alius per quem omnia, alius a quo omnia. alium autem quomodo dicamus, saepe iam edidimus: quo alium dicamus necesse est (5) non eundem, — < non eundem > autem non quasi separatum —: dispositione 15 alium, non divisione. hic ergo caro factus est, non ipse, cuius erat sermo. huius gloria visa est tamquam unicus a patre, non tamquam patris. hic unicus sinum patris disseruit, non sinum suum pater. praecedit enim: deum (10) nemo vidit umquam. idem et agnus dei ab Iohanne designatur, non ipse, 20 cuius est dictus. certe filius dei semper, sed non ipse, cuius est filius.

5 erat verbum P (*erasit R et superscripsit sermo*); 11 alius sermo dei, alius deus *Kr in ed. mai.* [alium sermonem dei <habes,> alium deum *in ed. min.*]: alium sermonem dei alium dominum (deum *Iun*) PMF; sermo deus *Kr*: deus sermo PMF; 12 alius *Kr (bis)*: alium PMF [*Kr in ed. min.*]; 13 dicamus *Rig*: praedicamus PM (*a in e corr. m. 2*) F; 15 <non eundem> autem *Oehlerus, parenthesin indicavit Kr*; 16 caro factus est PM, factus est caro FR *vulgo*; 18 unicus *Eng*: unius PMF, unus *Pam*; sinum (*priore loco*) om. F; 20 idem et agnus *Urs*: inde et si agnus PMF *reliqui*; 21 dictus *Kr, adn.*: 'sc. agnus; dictus est = dicitur *cf. 237/6 et 278/8*: dilectus PMF [*in ed. min. scripsit Kr*: ipse cuius est, dictus certe filius . . .].

264/1—31/4 Kroymannus in editione minore recte restituit: 'alium sermonem dei < habes, > alium deum . . . alium per quem omnia, alium a quo omnia.'

Statim vertamur ad locum 264/11 (31/14): 'cuius est dilectus' dici non posse libenter Kroymanno concedo, sed num recte 'dictus' restituerit, nescio. Tertullianus ad eos scripturae locos respicit, qui de baptismo Iesu agunt. In Ev. sec. Ioh. I 29 scriptum legimus: Ἰωάννης . . . λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ . . ., 36: καὶ ἐμβλέψας τῷ Ἰησοῦ περιπατοῦντι λέγει· Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ. Sed opinioni Tertulliani etiam magis favet alter ille locus, quo vox narratur, quae a caelo venerit: κύ εἶ ὁ υἱὸς μου ὁ ἀγαπητός (Ev. Marc. I 11; Luc. III 22; cf. et II. ep. Petr. I 17), hanc respicit in sequentibus 'certe filius dei semper (sc. designatus)'. Iam revertamur ad initium, ubi 'inde et si . . .' nullo modo ferri potest. Brevibus sententiis principalibus exprimit auctor id quod dicere vult; cf. supra:

'hic ergo caro factus est, non ipse, cuius erat
sermo;

huius gloria visa est tamquam unici a patre, non
tamquam patris;

hic unicus sinum patris disseruit, non sinum suum
pater.'

Itaque scribere velim ex Reitzensteinii coniectura: 'inde et [si] agnus dei ab Iohanne designatur, non ipse, cuius est < agnus, et > dilectus certe filius dei semper (sc. designatur), sed non ipse, cuius est filius.' Potuit certe, sed non debuit pro verbis 'cuius est' etiam scribere 'cuius est dictus', cf. 278/7 (42/31) 'sicut ergo sermo dei non est ipse, cuius est, ita nec spiritus, et si dei dictus est, non tamen ipse est, cuius est dictus etc.' Restat, ut de 'inde' aliquid dicamus, quod raro apud Tertullianum coniunctionis causalis vice fungitur: cap. XXIII (271/14—37/9) 'inde (*darum*) scilicet suffecerat filii ad patrem vox . . .' — de quo loco vide infra —; Apolog. XLVII (*Oehlerus I p. 286/8*) 'Inde, opinor, et a quibusdam philosophia quoque eiecta est, . . .' cf. ad rem Hoppei l. l. p. 111. Fortasse 'inde' (= *darum*) et nostro loco ser-

mandum est. Referendum autem non est ad praecedentia verba, sed ad totam priorem sententiam. Quare multo melius est nostra verba ut alia simpliciter sine ulla particula adici. ~~na~~ consideratione commotus Fulvius Ursinus facili mutatione 'inde' correxit in 'idem', quo substituto ne minima ~~idem~~ restat difficultas.

De capite XXII.

(269/18—35/23) . . . interrogatus a Iudaeis, si ipse esset
 Christus — utique dei, nam usque (20) in hodiernum Iudaei
 Christum dei, non ipsum patrem sperant, quia numquam
 Christus pater scriptus est venturus — loquor, inquit, vobis,
 5 et non creditis; opera, quae ego facio in nomine patris,
 ipsa de me testimonium dicunt. quod testimonium? ipsum
 scilicet esse, de quo interrogabant, id est (25) Christum dei.
 de ovibus etiam suis *, quod nemo illas de manu eius eriperet.
 pater enim, <inquit,> quod mihi dedit maius, (270¹)
 10 est omnibus, et ego et pater unum sumus.

2 dei R^s: deus PMFR¹; 8 *lacunam signavit Kr*, subiungens *de-*
siderat; 9 pater enim quod mihi dedit maius est omnibus PM [*in ed.*
min. Kr comma post dedit posuit.], pater enim qui maior est omnibus
 mihi dedit F *Oehlerus*; inquit *addidit Kr*.

Recte Kroymannus intellexit Tertullianum in Evangelio
 Iohannis X 29—30 legisse, quod aliquot etiam nunc habent
 codices: ὁ πατήρ [μου] ὁ δέδωκέν μοι πάντων μείζον ἐστίν,
 καὶ οὐδεὶς δύναται ἀρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός. Ἐγὼ
 καὶ ὁ πατήρ ἐν ἑσμεν — ita enim etiam Hilarius, cf. ed.
 Tischendorfii —, codicem F autem, quocum fecerat Oehlerus,
 correxisse locum ex alia evangelii recensione: ὁ πατήρ [μου]
 ὁ δέδωκέν μοι πάντων μείζων ἐστίν. . . . Dicere voluit auctor
 noster: potestate, quae a patre maxima esset data Christo,
 eum oves suas h. e. fideles posse tueri atque ab omni malo
 servare. Desiderari autem apud Tertullianum verbum finitum
 bene statuit Kroymannus. Sed idem quod post verba 'de
 ovibus etiam suis' lacunam hiare dicit, non probo. Si pro
 'enim' voce 'inquit' scribo, nihil ad sententiam comprehen-
 dendam deest: 'de ovibus etiam suis, quod nemo illas de manu
 eius eriperet, pater, in<quit>, quod mihi dedit, maius
 est omnibus, et ego et pater unum sumus.'

De capite XXIII.

(271/4—36/31) Post haec autem Martha filium dei eum confessa non (5) magis erravit quam Petrus et Nathanahel; quamquam et si errasset, statim didicisset. ecce enim ad suscitandum fratrem eius a mortuis ad caelum et ad patrem dominus suspiciens: pater, inquit, — utique filius — gratias 5 ago tibi, quod me semper exaudias: propter istas turbas circumstantes (10) dixi, ut credant, quod tu me miseris. sed et in conturbatione animae: et quid dicam? pater, inquit, salvum me fac de ista hora: atquin propter hoc veni in istam horam; verum, pater, glorifica nomen 10 tuum, in quo erat filius: ego, inquit, veni in patris nomine. inde, — (15) scilicet suffecerat filii ad patrem vox — ecce ex abundantia respondet de caelo pater: [filio contestatur: hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite illum. ita et isto] glorificavi et glorificabo rursus. quot personae 15 tibi videntur, perversissime Praxea, nisi quot et voces? habes (20) filium in terris, habes patrem in caelis. non est separatio ista, sed dispositio divina. ceterum scimus deum etiam intra abyssos esse et ubique consistere, sed vi et potestate, filiumque, ut individuum, cum ipso ubique. tamen in ipsa oiko- 20 nomia pater voluit filium in terris haberi, se vero in caelis, quo et ipse (25) filius suspiciens et orabat et postulabat a

1 Martha *Pam*: maria PMF; eum (*s. v. a m. 1*) M; 6 <sed> propter *Lat*; 7 quod PM, quia F; 11 <et> filius *Rig*; patris MP (*add. mei R ex Hirsaugiensi*), patris mei F; 12 *parenthesin indicavit Kr*: vox. ecce *vulgo*; ex abundanti *Lat*; 13 respondet P, respondit MF; filio contestatur — isto *seclusisse se Kr adnot. ut quae et verbum structuram turbent et omnino non legantur in evang. sec. Ioh.*; contestaturus *Oehlerus*; 15 isto PM, in isto F; 16 Praxea R: praxean PMF; 19 potestate, filiumque *Kr*: potestate. filium quoque PMF; 22 quo R²: quod PMFR¹; caelis. quo *vulgo*.

patre, quo et nos (272/1) erectos docebat orare: pater noster, qui es in caelis. cum sit et ubique, hanc sedem suam voluit
 25 pater: ** mihi thronus. * minoravit filium modico citra angelos, ad terram demittendo, gloria tamen et honore coronaturus illum, in (5) caelos resumendo. haec iam praestabat illi dicens: et glorificavi et glorificabo. postulat filius de terris, pater promittit a caelis. quid mendacem facis et
 30 patrem et filium? si aut pater de caelis loquebatur ad filium, cum ipse esset filius apud terras, aut filius ad patrem precabatur, cum ipse esset (10) pater apud caelos, quale est, ut filius item postularet a semetipso postulando a patre, <si> filius erat pater, aut iterum pater sibi ipse promitteret promittendo filio, si pater erat <filius?> ut sic duos divisos
 35 diceremus, quomodo iactitatis, tolerabilius erat duos divisos quam unum deum versipellem praedicare.

23 quo PM, quod F; 24 caelis, cum *vulgo*; ubique. hanc *vulgo*; suam *om.* F; 25 pater mihi thronus minoravit F, pater. minoravit PM *reliqui*; *quas indicavit lacunas Kr sic vult expleri*: <in caelo, inquit,> mihi thronus. <hinc et> minoravit; 26 demittendo *Urs*: demittendo PMF *reliqui*; 30 aut FR^s, autem PMR^t; ad filium R^s [R^s *in mg.*]: ad filium si autem pater PMFR^t; 31 terras — apud *om.* P (*add.* R *in mg. ex Hirs.*); 32 pater *Kr*: filius PMF; 33 postularet *Urs*: postulet PMF; si *add.* R^s: *om.* PMF; 34 filius erat pater *et* si pater erat (*v. 35*) *secludi vult Eng*; [at iterum R^s *in mg.*]; 35 filius *addidit Kr*; 36 diceremus — divisos *om.* P (*add.* R *in mg. ex Hirsaugiensi*); erat PM, erit F.

Kroymannus, qui 271/16 (37/11) 'filio contestatur — isto' secluit, in eo haesit, quod haec verba non reperiuntur in Ev. sec. Ioh. XII 27 sqq., ubi scriptum legimus: Νὺν ἡ ψυχὴ μου τετάραται, καὶ τί εἶπω; Πάτερ, ὡσὸν με ἐκ τῆς ὄρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὄραν ταύτην. (28) Πάτερ, δόξαόν σου τὸ ὄνομα. ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐδόξακα καὶ πάλιν δοξάω. Ego antea putavi Tertullianum ut saepius sententias scripturae paulum mutasse, ut eas iungeret inter se, et verba alius evangelii coniunxisse cum verbis alius. Sed altero illo loco non agitur nisi de clarificatione Iesu, quae fit in Tabor monte, quae uno loco novi testamenti

(Ev. Matth. XVII 5) refertur. Haec verba (Matth. l. l.) in contextu nostro certe a Tertulliano adhiberi non potuerunt, quia in iis non agitur de oratione et responsione, de quibus in reliquis; cf. 'respondet de caelo pater'. Sed certe servandum est 'filio contestatur<us>', quia statim (Ioh. XII 30) sequitur οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν ἀλλὰ δι' ὑμᾶς¹⁾: 'nempe ut vobis testimonio sit.' Scriba aliquis hoc non recte intellexit, testimonium narrationis, quae est de Iesu clarificatione, addidit. Si illud 'filio contestatur<us>' extinguiamus, nihil est, ad quod referatur interpolatio. Scribo iam: 'inde, — scilicet suffecerat filii ad patrem vox — ecce ex abundantia respondet de caelo pater filio <in terra>²⁾ contestatur<us>: <et> glorificavi et glorificabo rursus.'

Habemus igitur patrem in caelo, filium in terra; quamquam pater ubique est et filius cum eo, 'tamen (271/23—37/18) in ipsa oikonomia pater voluit filium in terris haberi, se vero in caelis, quo et ipse filius suspiciens et orabat et postulabat a patre, quo et nos erectos docebat orare.' Sequentibus in verbis aliquid evanuisse nemo negabit, supplenda certe sunt ex locis, quos iam Kroymannus significavit, Psalm. CII 19: Κύριος ἐν τῷ οὐρανῷ ἡτοιμάσκει τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει, Esaiiae LXVI 1: Οὕτως λέγει Κύριος: 'Ὁ οὐρανός μου θρόνος . . . (Act. ap. VII 49: 'Ὁ οὐρανός μου θρόνος). Scripserim igitur leviter transpositis verbis: '. . . quo et nos erectos docebat orare: pater noster, qui es in caelis, cum sit et ubique. <dixit enim: caelum> mihi thronus. hanc sedem suam voluit pater; minoravit. . .'. Alia deinde asyndeta bene se adiungunt.

Iam ad sequentia verba. Quamvis magna mendorum copia inquinatus est, tamen nullus omnium locorum, quos tractavi, tam facile sanari potest quam noster. Binae enim sententiae sibi respondent, ita ut altera alteri mederi possimus: 'si autem' (272/7) non modo ad sententiam non quadrat — sententia enim 'quid mendacem facis et patrem et filium' est ex-

¹⁾ Cf. et 272/15—38/4.

²⁾ <In terra> recte adiecit B. Keil; ita bene praeparatur argumentatio quae sequitur. Alterum 'et' propter 272/5 (37/25) necessarium videtur.

plicanda, non discedimus ab ea, id quod 'autem' coniunctione efficeretur — sed etiam concinnitatem sententiarum turbat; 'aut' scribendum esse ex altero 'aut' satis apparet. Verba 'si autem pater' per errorem in MPF iterata esse non minus facile intellegitur quam Paterniacensis librarium ab altero 'apud' ad alterum oculis aberrasse. Hoc autem teneo verba 'si aut pater etc.' referenda esse ad praecedentia, quae, nisi hoc sumis, sensu carere videntur: 'quid mendacem facis et patrem et filium, si aut pater de caelis loquebatur ad filium, cum ipse esset filius apud terras, aut filius < de terris > precabatur ad patrem, cum ipse esset pater apud caelos?' 'de terris' concinnitatis causa adieci, cf. supra 'postulat filius de terris, pater promittit a caelis'; eadem de causa ordinem verborum 'ad patrem precabatur' mutavi. Kroymannum 272/10 recte 'filius' in 'pater' mutasse nemo negabit. Sequitur, ut a verbis 'quale est' nova incipiat sententia, nisi forte praeferimus '< aut > quale est' scribere (p. 24, 237/1 'iam quale est' scripsimus). Bene tum Ursinus restituit 'postularet' (cf. sequens 'promitteret'). Engelbrechtius duas sententias 'filius erat pater' et 'si pater erat' secludit; quod fecit, quia illud enuntiatum 'si aut pater de caelis . . . caelos' ad sequentia rettulit; ita sane supervacua essent haec verba. Sed si illud cum antecedentibus coniungimus, necessariae videntur sententiae istae, in quibus '< si > filius erat pater' R³ recte restituit. In fine Kroymannus 'si pater erat < filius >' bene posuit. Haec igitur sic scribenda: '< aut > quale est, ut filius item postul<ar>et a semetipso postulando a patre, < si > filius erat pater, aut iterum pater sibi ipse promitteret promittendo filio, si pater erat < filius? >'

De capitibus XXV—XXVI.

XXV. (276/14—41/16) percurrere adhuc et invenies quem patrem credis vitem patris (15) dictum et patrem agricolam, uti quem in terra tu putas fuisse, hunc rursus in caelis a filio agnoscere, cum illuc respiciens discipulos suos patri tradit. 5

2 vitem *Kr* (cf. *Ioh.* 15, 1): vice PMF; 3 uti quem *Leopoldus*: utique PMF, et quem *Iun*; 4 ad agnoscere *adn. Kr*: *scil.* invenies.

Egregie Kroymannus ex *Ev. Ioh.* XV 1: 'Εγώ εἰμι ἡ ἀμπελος ἡ ἀληθινή, καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστιν restituit: 'vitem patris dictum'; quod codices tradunt 'utique' sanum non est, Leopoldus 'uti quem' proposuit. Sed consideremus scripturam: deum patrem Iesus in caelo esse agnoscit, cf. *Ev. Ioh.* XVII 1: Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν . . . , 11: πάτερ ἄγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου οὗς δέδωκάς μοι . . . Fortasse igitur scribendum est: 'invenies, quem patrem credis, vitem patris dictum et patrem agricolam brevi<que post eum> (vel patrem vel agricolam patremque), quem in terra tu putas fuisse, hunc . . .'

XXVI. (277/13—42/11) ceterum ut alia evangelia nunc interponam, quae <de> nativitate dominica fidem (15) confirmant, sufficit eum, qui nasci habebat ex virgine, ab ipso adnuntiali angelo filium dei determinatum: spiritus dei superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit te: 5 propterea quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. volent quidem et hic argumentari, sed veritas

1 nunc *Kr*: non PMF; 2 <de> nativitate *Pam*: nativitate PMF; 3 eum *R*^s: enim PMFR¹; 4 adnuntiali *Kr*: adnuntiari PMF; determinate *Eng* (*defendens* adnuntiarum); 5 in te *om.* F; 6 vocabitur sanctum F.

(20) praevalebit. 'nempe', inquit, 'filius dei deus est, ***
 et virtus altissimi altissimus est'. nec pudet illis inicere, quod,
 10 si esset, scriptum fuisset. quem enim verebatur, ut non aperte
 pronuntiaret: 'deus superveniet', et 'altissimus obumbrabit
 te'? dicens autem 'spiritus dei', etsi spiritus dei **, tamen
 non directo (25) deum nominans, portionem totius intellegi
 15 erit sermo.

8 spiritus dei *susp. Eng (non probans quam Kr indic. lac.)*, lacunam
signavit Kr, ut et spiritus dei deus est *intercidisse putans*; 9 illis *Kr*:
 illos PM, illo F; inicere PM, vincere F; quod — verebatur *om. F*;
 12 etsi spiritum dei *Eng, nihil praeterea desiderans, lacunam signavit*
Kr, deus capit dici *supplenda censens*, deus *add. Urs*; 15 erit (i s. a
 a m. 1) M.

Valde dubito num Kroymannus recte 277/14—42/12
 'non' mutaverit in 'nunc'; mea quidem sententia auctor toto
 Iohannis evangelio tractato non iam alia evangelia percurrere
 vult, sed satis habet paucos afferre locos. Quare cum codi-
 cibus scribere velim: 'ceterum ut alia evangelia non inter-
 ponam...', interponendi vox significat *hinzufügen, herbei-*
ziehen, non ut putat Kroymannus *beiseite lassen*. In sequentibus
 iusto plus mutavit Kroymannus: ex antecedentibus verbis
 'spiritus dei superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit
 te...' satis apparet 'filius' (v. 20—18) lapsum calami esse
 pro 'spiritus'. Itaque Engelbrechtius recte restituit: «'nempe',
 inquit, 'spiritus dei deus est, et virtus altissimi altissimus
 est'», cui sententiae respondent verba, quae modo attuli. In
 sequentibus (v. 24—22) haud male scripsit Ursinus: 'etsi
 spiritus dei <deus>'. Sed aliam, quam praeivit (cum Pamelio)
 Engelbrechtius viam equidem ingressus scribo: 'spiritum dei';
 ut autem acrius sententiam opponamus sequenti, ordine ver-
 borum leniter mutato scribere velim: «dicens autem 'spiritus
 dei', etsi dei spiritum, tamen non directo deum nominans,
 portionem totius intellegi voluit...»

Ibid. 278/25—43/16: hoc et satanas eum in tempta-
 tionibus novit: si filius dei es, hoc et exinde daemonia

confitentur: scimus (279/1) qui sis, filius dei. patrem et ipse adorat. Christum se dei a Petro agnitum non negat. exultans in spiritu ad patrem: confiteor, inquit, tibi, pater, quod absconderis haec a sapientibus. hic quoque patrem nemini notum nisi filio (5) adfirmat. et patris filium † confessurus confessores et negaturus negatores suos apud patrem, inducens parabolam filii . . . , ignorans . . . , disponens . . . , habens potestatem etc.’

† ad verba Christum — negat, inquit Kr, cf. quae adnotavi infra ad l. 7; agnitum PM, cognitum F; 5 exultans F, insultans PM vulgo; 6 sapientibus, hic susp. Kr [ad patrem — confiteor . . . sapientibus —, hic Kr in ed. min.]; ad hic quoque adn. Kr: cf. 278/23 et in istis evangelii; 7 adfirmans susp. Kr; patris PM, patri F; adn. Kr: necio an huc sint inserenda quae supra l. 4 leguntur, hoc modo: et patris filium Christum se dei a Petro agnitum non negat, confessurus [adfirmat. est patris filius confessurus . . . Kr in ed. min.]; confessurus MF, confessurum P vulgo; 8 negaturus MF, negaturum P vulgo.

Loci Evangeliorum Matth. XI 25 et Luc. X 21 viam nobis aperiant ad verba scriptoris sananda; priore loco scriptum legimus hoc: Ἐξομολογούμεαι σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἔκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπέκάλυψας αὐτὰ νηπίοις . . . (27) Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς μου· καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱὸς καὶ ὃς ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Altero quem laudavi loco scriptum videmus: (21) Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ καὶ εἶπεν· Ἐξομολογούμεαι σοι πάτερ . . . νηπίοις (ut supra) . . . (22) Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς μου, καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστὶν ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατήρ, καὶ τίς ἐστὶν ὁ πατήρ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς καὶ ὃς ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.


Profecto igitur scribendum est: ‘hic quoque patrem nemini notum nisi filio adfirmat et <nemini nisi> patri (ita F) filium’. Nunc participia ‘confessurus . . . negaturus etc.’ commode adnectuntur; de qua re iam saepius disserui (cf. ut exemplo utar 246/24—17/13 aliaque). Iam consideremus verba (279/1—43/18) ‘Christum se dei a Petro agnitum non

negat', quae Kroymannus suo loco movit. Cum 'confessus...' autem coniungi non possunt, quia illud respondet sequentibus participiis, sed cum verba 'patrem et ipse adorat' et 'exultans in spiritu ad patrem' dirimant, certe suo loco posita non sunt. Placet igitur quod proponit Reitzensteinius ordine verborum mutato: 'scimus qui sis, filius dei. Christum se dei a Petro agnitum non negat. patrem et ipse adorat <cum> (vel <et>) exultans in spiritu ad patrem: confiteor, inquit. . . .'

Iam ad finem pervenit disputatiuncula nostra, qua si quid ad Tertulliani verba aut emendanda aut interpretanda contribuisse videar, ei maxime viro hoc me debere libere profiteor, quem saepissime impugnavi, Aemilium dico Kroymannum, virum industria et sagacitate inter paucos de Tertulliano bene meritum.

INDEX LOCORUM TRACTATORUM.

Kroymanni editio maior:	Kroymanni editio minor:	Paginae:	Kroymanni editio maior:	Kroymanni editio minor:	Paginae:
cap. II		24—25	239 _{22—24}	11 _{20—21}	55
229 _{29—230}	3 _{20—25}	25	240 ₇	11 ₂₀	54
cap. III		71—76	240 _{10—11}	12 _{1—2}	54—55
230 _{12—14}	3 _{21—22}	73	cap. X		55—59
230 _{21—22}	4 _{6—8}	73—74	241 ₁	12 ₁₉	56—57
231 ₁	4 ₁₁	74—75	241 ₂₄	13 ₉	57
231 ₁₉	4 ₂₉	75	242 _{2—4}	13 _{17—18}	58—59
231 _{25—27}	5 _{2—6}	75—76	242 _{7—8}	13 _{21—22}	59
cap. IV		76—77	cap. XI		60—61
232 ₂	5 ₂	76	244 _{25—26}	15 _{26—27}	60
232 ₁₉	5 ₂₂	77	245 _{4—6}	15 _{21—16}	61
cap. V		1—17	cap. XII		61—63
233 ₂	6 ₄	7	246 _{22—26}	17 _{12—15}	63
233 _{11—12}	6 _{12—14}	7—9	cap. XIII		63—70
233 _{16—17}	6 _{18—19}	9—11	247 _{5—6}	17 _{22—23}	64—65
233 ₂₀	6 ₂₂	11	247 ₈	17 ₂₅	65
233 _{22—24}	6 _{25—26}	11—12	247 ₁₂	17 ₂₉	65—66
233 ₂₅	6 ₂₇	12	248 ₄	18 ₁₂	66—67
234 ₇	7 ₁	12	248 _{20—21}	18 _{22—29}	68
234 _{9—10}	7 _{2—4}	13	249 _{4—11}	19 _{5—12}	68—70
234 _{10—12}	7 _{4—6}	13—14	249 _{25—26}	19 _{26—27}	70
234 _{13—15}	7 _{7—9}	14—15	cap. XIV		30—39
234 ₁₈	7 ₁₂	15	250 ₁₀	20 ₅	33—34
cap. VII		18—26	250 ₁₉	20 ₁₄	34
235 _{19—20}	8 _{6—7}	20—21	251 ₂	20 ₂₅	35
236 _{15—18}	8 _{22—21}	21—24	251 ₅	20 ₂₇	35
237 ₁	9 ₉	24	251 ₁₅	21 ₄	35
cap. VIII		26—29	251 _{15—17}	21 _{4—6}	35—36
238 ₂₁	10 ₂₂	27	251 _{19—20}	21 _{8—9}	36
239 ₇	11 ₄	27—28	252 _{1—4}	22 _{9—12}	37—39
cap. IX		52—55	cap. XV		39—44
239 _{15—22}	11 _{12—20}	53—54	254 _{12—14}	23 _{10—12}	40—41
			255 _{2—3}	23 _{25—20}	41—42



**SPRACHLICHE UNTERSUCHUNGEN
ZU THEOPHRASTS
BOTANISCHEN SCHRIFTEN.**

VON

LUDWIG HINDENLANG.

STRASSBURG
VERLAG VON KARL J. TRÜBNER
1910.

Herrn Professor

Dr. BRUNO KEIL

in dankbarer Verehrung

gewidmet.

Von allen griechischen Schriftstellern der älteren Zeit ist Theophrast in Ansehung seiner botanischen Schriften am stiefmütterlichsten von der Wissenschaft behandelt worden. Die Philologen lasen sie nicht, weil sie der Stoff nicht anzog, die Botaniker nicht aus einem — wenigstens im letzten Jahrhundert stark bemerkbaren — horror Graecitatis, der freilich mit ihrer gesamten Nomenklatur in seltsamem Widerspruche steht. Dieses Schicksal theilte bis kaum vor einem Menschenalter mit Theophrast Hippokrates, aber nur in gewissem Sinne, insofern diesem stets wenigstens eine eingehende sachliche Durchforschung zuteil geworden ist. Das hat er allerdings hauptsächlich seinen Erklärern im Altertume, besonders Galen, zu verdanken. Theophrast aber hat nie jemanden gefunden, der ihn auch nur mit Verständnis abgeschrieben hätte. Auch Plinius hat es nicht getan. Dazu fehlte es ihm an klarer Anschauung, an physiologischen Kenntnissen ebenso sehr wie an wirklichem Forscherdrange. Und Athenaeus beschränkte sich darauf, einige Stellen, die ihm zu seinem jeweiligen Thema gerade zu passen schienen, oft aus dem Zusammenhange herausgerissen, zu zitieren. Der einzige aber, den wir als tüchtigen Botaniker des Altertums noch kennen, Dioskurides, hat uns leider nur ein Handlexikon officineller Pflanzen für Ärzte und Apotheker hinterlassen. So tappte denn die Wissenschaft größtenteils im Dunkeln, und bis in die jüngste Zeit war es damit nicht viel besser geworden. Deswegen sollen die Verdienste mancher Gelehrten, besonders aus dem Anfange des 19. Jahrhunderts, wie Schneider, Sprengel, Wimmer, Fraas, nicht unterschätzt werden. Aber alle Versuche, Theophrast wirklich näher zu treten, waren doch schließlich an Grundfehlern der Methode gescheitert. Erst Hugo Bretzl hat in seinem Buche "Botanische Forschungen des Alexander-

zuges' (Leipzig 1903) der Forschung die Wege gezeigt, wie man in den Inhalt der theophrasteischen Schriften eindringen kann, und ihr damit zugleich ihre Grenzen gewiesen¹⁾. Durch diese Arbeit ist wieder in weiteren wissenschaftlichen Kreisen Interesse für die botanischen Schriften Theophrast erweckt worden, und so dürfte denn auch bald die Zeit für eine neue Ausgabe — die letzte von Wimmer ist 1866 erschienen — gekommen sein. Zu einer solchen möchten diese Untersuchungen einige Bausteine liefern²⁾.

Die Grundlage für jede Ausgabe eines antiken Schriftstellers muß bilden die Erforschung seiner Diktion. Die Vernachlässigung dieser Forderung hat sich — gerade bei Theophrast — oft bitter gerächt, und manche Konjektur, die sachlich ganz gut sein mag, muß, weil sprachlich unmöglich, zurückgewiesen werden. Ich beginne meine Untersuchungen mit der Behandlung der äußeren Form, um mich dann der grammatischen und stilistischen Betrachtung zuzuwenden.

¹⁾ Vorher hatte nur O. Kirchner ('Die botanischen Schriften des Theophrast von Eresos' in *Fleckeisens Jahrb. f. klass. Phil., Suppl.-B.VII*) einige nützliche methodische Anregungen gegeben.

²⁾ Durch die liebenswürdige Mitteilung seiner Kollationen zu den von mir textkritisch behandelten Stellen hat mich Herr Oberlehrer Dr. Bretzl zu großem Danke verpflichtet.

I. Vom rhythmischen Wohlklang.

Wenn ich diese Überschrift wähle, so soll das nicht bedeuten, daß ich, wie es Blass bei den attischen Rednern tut, rhythmische Formen und Klauseln bei Theophrast nachweisen will. Meiner Ansicht nach ist dies ein vergebliches Unterfangen und würde hier, wie ja auch teilweise bei Blass, auf eine gesuchte Künstelei hinauskommen. Vor allem regelt eine sinngemäße Anwendung des Hiats den Rhythmus. Im Innern eines Satzes oder eines Satzkolons ist der Hiat bei Dichtern ganz verpönt und seit dem 4. Jahrh. bei guten Prosaikern auch ¹⁾. Hier ist er für den Griechen ein Mißklang, der seinem Ohr wehe tut, seine Vermeidung nicht etwa eine bloße Spielerei, ein leeres

Paulo post Jacobium duo viri docti, Theodorus Gollnisch ⁴⁾ et Otto Crusius ⁵⁾, de elegiis Alexandrinis disseruerunt. Quorum Gollnischius maxime sequitur sententias eorum, qui primi hanc quaestionem tractarunt, ita tamen, ut non solum singula argumenta elegiarum Romanorum e carminibus elegiacis fluxisse, sed etiam tota carmina Tibulli, Propertii, Ovidii his deberi contendat. Quod ita se habere ut probet, epistulas amatorias Flavii Philostrati et Aristaeneti cum elegiis Romanis accurate confert et, quod in his et illis eadem argumenta eodem modo inter se saepe coniuncta sint, epistolographos et poetas elegiarum ad eadem exemplaria, ad elegias Alexandrinas, spectasse dicit. Quodsi Gollnischius recte iudicat, ampliores elegiae Alexandrinae re vera recuperari possunt: sequitur autem, ut ingenio poetarum Romanorum nihil fere debeatur, sed ut Tibullus, Propertius, Ovidius nihil nisi carmina Graeca in Latinum transtulerint.

Aliter Crusius, qui l. l. de natura elegiae disserit, ostendere studet Alexandrinos elegias, quibus de se agebant, scripsisse; nam contendit Philetam elegiis, quas Bittidi amatae dedicavit, amores suos tractasse. Quod ita se habere e ver-

¹⁾ Rhein. Museum 60 (1905) p. 81.

²⁾ Rhein. Museum 60 (1905) p. 82.

³⁾ Rhein. Museum 60 (1905) p. 82.

⁴⁾ Theodorus Gollnisch, Quaestiones Elegiacae. Dissert. Vratisl. 1905.

⁵⁾ Crusius in Encyclopaedia Pauly-Wissowa V 2260 sqq. sub voce 'Elegie'. — Dolemus certe, quod et Gollnischius (cf. l. l. p. 13 sqq.) et Crusius (cf. l. l. p. 2260. 2263. 2267. 2279. 2280. 2284. 2292 sqq. adnotationes) pauca tantum e Jacobii dissertatiuncula delibare potuerunt, cum ipsorum lucubrationes ad finem iam perductae essent, cum illa in publicum ederetur.

sibus Hermesianactis elegiographi ab Athenaeo XIII p. 598 f ed. Kaibel¹⁾ laudatis concludit. Minime sequi ex testimoniis, ut illud carmen 'Lydae' Antimachi simile fuerit. Praeterea vir doctus²⁾ nonnulla fragmenta elegiaca in papyris reperta, quae cum partibus quibusdam elegiarum latinarum bene concordent, affert, ut probet poetas Romanos elegias carminibus suis similes apud Alexandrinos iam legisse. Conferas, ut exemplo utamur, Oxyrhynchos Papyros I p. 37 (ed. Grenfell et Hunt) cum Tibulli I 3, 35 sqq. et I 10, quibus locis de beata vita hominum Saturnio regnante disseritur³⁾.

Eodem fere tempore Ricardus Reitzenstein in disputatiuncula⁴⁾, qua epigrammatis naturam explicare conatur, ad eandem quaestionem delatus Jacobium impugnat. Repetit⁵⁾ enim primum, quod iam antea monuerat⁶⁾, inter elegias, quae Theognidi adscribuntur, nonnullas exstare, quibus cum Romanis elegiis aliqua sit similitudo. Nam auctor versuum 1283—1294, quem quarto saeculo a. Chr. n. vixisse verisimile est, cum puerum rogaret, ne amorem ipsius sperneret, exemplo Atalantae usus est, quae omnes amatores fugit, donec vehementissimo Milanionis incenderetur amore. Bene consentit Propertius I 1, 9 sqq. eadem fabula usus. Quae cum ita sint, pro certo affirmari posse Reitzensteinio videtur extitisse apud Alexandrinos elegias, quorum poetae suum ipsorum amorem profiterentur⁷⁾. Deinde monet idem Romanorum poetas, quos

¹⁾ Κφοι χαλκειον θήκαν υπό πλατάνω
Βιττίδα μολπάζοντα θοήν, περι πάντα Φιλητάν
Ῥήματα καὶ πάσαν τρυόμενον λαλήν,

cf. Encyclopaediam Pauly-Wissowa V 2279.

²⁾ l. l. V 2279 sq.

³⁾ Quamquam in illis reliquiis res amatoriae non tractantur, tamen nihil impedit, quominus putemus in elegiis Alexandrinis inter comoda aetatis aureae, qualibus deliciis amantes tunc usi essent, ut apud Propertium III 13, 25 sqq., enumeratum esse.

⁴⁾ Cf. Encyclopaediam Pauly-Wissowa VI 71 sqq.

⁵⁾ l. l. p. 91.

⁶⁾ 'Epigramm u. Skolion', Gießen 1893, p. 84 adnot. 1.

⁷⁾ Sed ego ex talibus carminibus, quale est Theognideum illud, quid apud Alexandrinos oriri potuerit, non diiudicabo. Nam duo genera carminum elegiacorum saepe inter se simillima a se discernenda sunt;

νεωτέρους dicunt, etiam aequalium poetarum Graecorum exempla secutos esse. E quibus Parthenius¹⁾ certe tribus libris ἐγκώμιον Ἀρήτης uxoris cecinit et principi elegiae Romanae, Cornelium Gallum dico, commentarium privatum subministravit, libellum illum ἐρωτικῶν παθημάτων, ut ille hisce

quorum alterius in numero plurimas elegias Tibulli, Propertii, Ovidii, qui de se et suo amore disserunt, habemus; in eorum carminibus multas et antiquas fabulas, quae exempli et ornamenti causa breviter additae sunt, legimus; de natura alterius generis, quod lingua Germanica 'Elegische Romanze' appellamus, Reitzensteinus ipse fusius agit (Göttinger gelehrte Anzeigen 1904 p. 957 sq.). Ut cognoscamus, qualia carmina illius generis sint, unum exemplum afferamus. Conferas Propertii I 20, qua elegia poeta Gallum amicum monet, ut caveat, ne puero amato privetur. Quam saepe hoc amantibus accidat, Propertius fabula Hylae probat, quae totam fere elegiam implet. Ad amicum in clausula tantum carminis respicit (v. 51. 52):

His, o Galle, tuos monitus servabis amores
Formosum nymphis credere visus Hylam.

Intellegis iam, quid inter haec duo genera intersit: in altero suos ipsius amores narrat poeta, in altero veteres fabulososque; sed in illo exempli gratia adsumuntur etiam breves fabulae, in hoc exordium et finis ad poetam et ad eius res spectat. Dices: satis diversum alterum genus ab altero. Inveniuntur tamen carmina, de quibus iudicium haud facile fertur, velut Catulli carmen 68b, quo poeta non minus accurate de amore Laodamiae, quam de suo agit. Expressisse eum elegiam Alexandrinam, qua poeta suum maxime amorem narraverit, suspicati sunt et Crusius l. l. p. 2291. 2292 et Reitzensteinus l. l. p. 103. Qui tamen postea in libello, quem inscripsit 'Wesen und Werden der Humanität im Altertum', Straßburg 1907, p. 27, ita hoc carmen explicare conatus est, ut subesse diceret Graecam elegiam, qua Laodamiae casus narrabatur; cum auctor in initio et fine etiam de se ipso verba fecerit, has partes elegiae Catullum et immutasse et dilatasse. Quodsi verum est, certo equidem non scio, utrum carmen illud Theognideum, a quo profecti sumus, Alexandrinos poetas eo perducere debuerit, ut carmina ipsorum amores tractantia pangerent, an ad narrationes potius, quales sunt Propertii I 20 qualesque eos saepe fecisse probe scimus.

¹⁾ Conferas id, quod Suidas sub voce Παρθένιος dicit: Παρθένιος... Νικαεύς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγιοποιός καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής. οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίνα Λαφυρον, ὅτε Μιθριδάτην Ῥωμαῖοι κατεπολέμησαν· εἶτα ἠφείθη διὰ τὴν παιδεύειν καὶ ἐβίω μέχρι Τιβερίου τοῦ Καίσαρος. ἔγραψε δὲ ἐλεγίας, Ἀφροδίτην, Ἀρήτης Ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς, Ἀρήτης Ἐγκώμιον ἐν τρισὶ βιβλίοις καὶ ἄλλα πολλά.

fabulis sive in epylliis sive in elegiis scribendis uteretur¹⁾. Deinde Reitzensteinus²⁾ ex ipsa indole epigrammatum, quae ineunte Alexandrinorum, ut aiunt, aetate orta sunt, colligere sibi videtur extitisse iam carmina elegiaca eiusdem argumenti, sed prolixiora; nam cum epigrammatographi saepe ex amplioribus carminibus argumenta repeterent, quae decurtata ipsi redderent, fieri certe potuisse, ut elegiis quoque uterentur. Quod demonstrari ea similitudine, quae inter Pauli Silentiarrii et Agathiae epigrammata et elegias Propertii intercedat. Ottonis vides iterari argumentationem, nisi quod Reitzensteinus etiam Alexandrinorum ipsorum adhibet epigrammata, quibus illi ampliora carmina quasi in formam inscriptionis redigebant. Exemplo, eoque notissimo, rursus rem inlustrabo. Propertius I 3 et Paulus Anthol. Pal. V 275 idem fere argumentum eodem ordine digestum exhibent: uterque poeta noctu se in domum puellae intrasse narrat; uterque dormientem eam inventam prodit; uterque cum Ariadna dormiente puellam comparat; desinit uterque in questibus puellae referendis. Non congruunt certe, quae media carminis parte uterque exhibet; Propertius enim torum amatae puellae adire non audet, Paulus se puellae vim intulisse refert. Accedit tertium Hedyli poetae epigramma Anthol. Pal. V 199, quo puella, cui per vim virginitas erepta est, Veneri vestimenta dedicat. Atque ex Hedyli quidem

¹⁾ Ἐρωτικῶν παθημάτων in prooemio (p. 42 ed. Martini) legimus: Μάλιστα σοὶ δοκῶν ἀρμόττειν, Κορνήλιε Γάλλε, τὴν ἀθροισιν τῶν ἐρωτικῶν παθημάτων ἀναλεξάμενος ὡς ὅτι πλείστα ἐν βραχυτάτοις ἀπέσταλκα. τὰ γὰρ παρὰ τισι τῶν ποιητῶν κείμενα τούτων, μὴ αὐτοτελῶς λελεγμένα, κατανοήσεις ἐκ τῶνδε τὰ πλείστα· αὐτῷ τέ σοι παρέσται εἰς ἔπη καὶ ἐλεγείας ἀνάγειν τὰ μάλιστα ἔξ αὐτῶν ἀρμόδια κ.τ.ε. Sed me iudice ne ex hoc quidem loco certo concludi potest Parthenium elegias Alexandrinas, quarum poetae similiter ac Tibullus, Propertius, Ovidius de se disserebant, legisse; verisimilius fere est Parthenium, cum hortatur, ut Gallus fabulis et ad elegias faciendas et ad carmina epica componenda utatur, illa carmina, quibus fabulae accurate narrantur (vide supra p. 9 adnotationem 7), respexisse; quae et in distichis (Propert. I 20) et in hexametris (Theocrit. XI) scribi potuerunt.

²⁾ l. l. p. 91. Genus epigrammatum amatoriorum ex antiquis elegiis Ionicis, in quibus amatoria argumenta saepe insunt, ortum esse Reitzensteinus l. l. p. 89. 90 suspicatur.

poematio neque Propertii neque Pauli carmen derivari potest, sed omnes hos poetas ad unum quasi exemplar redire veri videtur simillimum, quo poeta quidam se puellam, quam concupierat, dormientem invenisse eique vim haud ita ingrattam intulisse professus erat. Imminuit argumenti lasciviam Propertius, auxit Paulus; ipsum carmen prolixius certe erat, quam quod epigrammatis nomine nos significaremus.

His et aliis argumentis cum Reitzensteinus extitisse iam Alexandrinorum aetate carmina ampliora probavisset, quae ipse elegias breves appellat, vir summus U. de Wilamowitz-Moellendorf, qui antea¹⁾ fuisse elegias, quibus poetae Alexandrini suos amores profiterentur, praefracte negaverat, brevium harum elegiarum exemplum ipse invenit in Theocriti, quod dicitur, epigrammate quarto²⁾, ex quo optime intellegas, qua ratione etiam ex epigrammatis elegiae ortae sint; poeta enim compluria argumenta bucolica et amatoria inter se conectit unumque efficit carmen, quod intra prioris aetatis epigrammata Romanorumque poetarum elegias medium fere locum tenere Wilamowitzio³⁾ videtur. Ipsum carmen vir doctissimus recentiori⁴⁾ adscribit aetati. Huic generi exempla vindicat, quae secuti sunt Tibullus, Propertius, Ovidius.

¹⁾ Hinneberg, Kultur der Gegenwart VIII 1^a p. 142: 'Dann kommt die Liebesdichtung der Properz und Ovid. Was ist sie? Die meisten versichern Nachbildung der elegischen Liebesgedichte der Alexandriner. Und wo sind die? Man muß sie sich erfinden, weil man die Vorbilder übersieht, die man besitzt. Diese ganze Elegie ist erwachsen aus dem Epigramm, dessen Kürze unnachahmlich war, zumal als die Rhetorik eindrang... Zumal wenn man sich ein Buch Epigramme vorstellen kann, wie es die Samier und die Alexandriner boten, wird die Nachahmung z. B. im ersten Buche des Properz unmittelbar einleuchten.'

²⁾ 'Die Textgeschichte der Bukoliker' (Philologische Untersuchungen XVIII) 1906 p. 199 sq.

³⁾ Certe, ut semel moneam, non numero tantum versuum distat ab elegia epigramma. Si diligentius, quomodo epigrammata in elegias transeant, inquiras, aut unum epigramma rhetorum artificiiis quasi dilatari singulasque eius partes increscere (ut apud Ovidium et Propertium) aut compluria inter se vel cum aliorum poematum argumentis coniungi videbis (ut apud Tibullum).

⁴⁾ l. l. p. 201.

Sed cum haec contra Jacobium maxime Reitzensteinus protulerit, in alio libello¹⁾ Leonis illam sententiam infringere conatur, qua ille inter novam Atheniensium comoediam et elegias Romanorum elegiam Alexandrinam intercessisse statuerat. Veri dissimile ille dixerat tot locis Romanos poetas ipsas comoedias, hoc est longe aliud poeseos genus, inspexisse. Id igitur ipsum Reitzensteinus explicare studet docens, quantum rhetores illa aetate his comoediis tribuerint, quantumque in fingendis elegiarum argumentis poetae Romani rhetorum praecepta secuti sint. Inde eam quoque similitudinem explicari, quae haud raro inter epistularum scriptores et hos intercedat poetas. Removendas esse a principali illa quaestione ea carmina easque solutae orationis scriptiunculas, quae concinant cum primis rhetorum exercitationibus, quae progymnasmata dicuntur. Haec igitur praeexercitamenta, quorum genera enumerat apud Graecos Theo²⁾, quem Wilamowitzius³⁾ primo p. Chr. n. saeculo attribuit, antiquitus usitata esse etiam Suetonius⁴⁾ docet, etsi, cum omnem institutionem oratoriam ab illis initium cepisse et in illis constituisse affirmat, Latinos magis quam Graecos respexisse videtur (cf. de rhetoribus cap. I: 'nam et dicta praeclare per omnes figuras, per casus et apologos aliter atque aliter exponere, et narrationes cum breviter ac presse tum latius et uberius explicare consueverant; interdum Graecorum scripta convertere, ac viros illustres laudare vel vituperare; quaedam etiam ad usum communis vitae instituta tum utilia et necessaria, tum pernicioosa et supervacanea ostendere; saepe fabulis

¹⁾ R. Reitzenstein, *Hellenistische Wundererzählungen*, Leipzig 1906, p. 152 sqq.

²⁾ Genera progymnasmatum enumerat Theo (Walz, *Rhetores graeci* I p. 145 sqq., Spengel, *Rhetores graeci* II p. 59 sqq.) haec: μῦθος, διήγημα, χρεία, ἀνασκευὴ καὶ κατασκευὴ, τόπος, ἐγκώμιον καὶ ψόγος, σύγκρισις, προσωποποιία, ἔκφρασις, θέσις, νόμος, e quibus Quintilianus (*Institutio oratoria* I 9), fabulas, sententias, de quibus Theo simul cum chriis agit (Walz l. I. I p. 201, Spengel l. I. II p. 96), ethologias grammaticorum scholis tractandas adscribit, cetera rhetoribus (l. I. II 4) reservat.

³⁾ *Hermes* 35 (1900) p. 6. 7.

⁴⁾ De rhetoribus cap. I.

fidem firmare aut demere, quod genus thesis et *anasceuas* et *catasceuas* Graeci vocant; donec sensim haec exoleverunt, et ad controversiam ventum est¹⁾. Quam vetera haec studia sint, ex nonnullis e comoediis haustis locis colligi potest; cf. comici Alexidis fragmentum fabulae, cui titulus est 'Αποκοπτόμενος (Comicorum Atticorum fragmenta II p. 305, 20 ed. Kock):

λέγεται γὰρ λόγος

Ὑπὸ τῶν σοφιστῶν μὴ πέτεσθαι τὸν θεὸν
 Τὸν Ἔρωτα, τοὺς δ' ἐρῶντας. αἰτίαν δ' ἔχειν
 Ἐκεῖνον ἄλλως, ἡγνοηκότας δὲ τοὺς
 Γραφεῖς ἔχοντα πτέρυγας αὐτὸν ζωγραφεῖν,

quibus versibus, num pictores Amorem aligerum merito pinxerint, disputatur; quod argumentum *anasceuae* rhetorum simillimum est¹⁾, et Eubulus comicus de eo, quasi *anasceuam* scribat, agit (Comicorum Atticorum fragmenta II p. 178, 41 ed. Kock):

Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
 Ἡ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον;
 Ὡς οὐδὲν ἦδει πλὴν χελιδόνας γράφειν,
 Ἄλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ.
 Ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥάδιος
 Ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
 Βαρὺς δὲ κομιδῆ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ
 Τοιοῦτο πρᾶγμα; λήρος, εἰ κᾶφιπέ τις.

Idem argumentum, quod illi sophistae, tractasse aetate imperatoria pueros Romanos testatur Quintilianus II 4, 26: 'solebant praeceptores mei neque inutili et nobis etiam iucundo genere exercitationis praeparare nos coniecturalibus causis, cum quaerere atque exequi iuberent 'cur armata apud Lacedaemonios Venus?' et 'quid ita crederetur Cupido puer atque volucer et sagittis ac face armatus', et similia, in quibus scrutabamur voluntatem, cuius in controversiis fre-

¹⁾ Cf. Reitzenstein, Hellen. Wundererzählungen p. 167. Plura de *anasceua* dabunt Theo cap. VI (Walz l. l. I p. 216) et Quintilianus II 4, 18: 'Narrationibus non inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas, quod ἀνασκευὴ et κατασκευὴ vocatur'.

quens quaestio est, quod genus thesis videri potest'. — Liceat alterum vetustatis testimonium afferre, quod debeo Reitzensteinii benevolentiae. Pacuvius recentiorem quandam tragoediam interpretatus ait in alicuius fabulae fragmento (cf. Ribbeck, Scaenicae Romanorum poesis fragmenta I^s p. 144 sq.):

Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent
philosophi,

Saxoque instare in globoso praedicant volubilei:

Id quo saxum impulerit fors, eo cadere Fortunam autu-
mant.

Insanam autem esse aiunt, quia atrox incerta instabilis-
que sit.

Caecam ob eam rem esse iterant, quia nil cernat, quo sese
adplicet.

Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.

Sunt autem alii philosophi, qui contra Fortunam negant

† Ullam miseriam esse, temeritatem esse omnia autumant.

Id magis veri simile esse usus re apse experiundo edocet:

Velut Orestes modo fuit rex, factust mendicus modo.

Explicatur hic, ni fallor, cur Quintilianus illam de Amore alato disputationem quasi thesin dixerit. Audias ipsum III 5, 4: 'Item convenit quaestiones esse aut infinitas aut finitas. Infinitae sunt, quae remotis personis et temporibus et locis ceterisque similibus in utramque partem tractantur, quod Graeci θέτιν dicunt, . . . alii quaestiones philosopho convenientes . . . Hoc genus Cicero scientia et actione distinguit, ut sit scientiae 'an providentia mundus regatur'. — Quis est, quin videat propositum 'an fortuna sit insana' eidem generi quaestionum atque 'an providentia mundus regatur' tribuendum esse? Neque tamen nimis diversum ab illo 'an puer et alatus Amor sit' videtur neque sophistae illi, quos laudat Alexis comicus, diversi a philosophis, quos Pacuvius nominat. — Sed ad priorem illam ἀνακρουήν redeamus. Eandem, ut omnes sciunt, tractavit Propertius II 12:

Quicumque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus? etc.

Neque aliorum progymnasmatum desunt apud eundem vestigia, velut III 14¹⁾, qua elegia poeta exponit morem Lacedaemoniorum fuisse, ut virgines coram viris in palaestris exercebantur, quod argumentum ad studium περὶ νόμου²⁾ spectat.

Solebant quidem in scholis pueri uniuscuiusque generis exempla quaedam ediscere³⁾; solebant doctores eos auctores enumerare, apud quos illustrissima uniuscuiusque generis exempla exstarent. Inter quos cum Theo haud raro Menandrum nominet eiusque ad exemplum et narrationes⁴⁾ et prosopopoeias⁵⁾ componere iubeat, Reitzensteinius praexercitamenta, in quibus poetas elegiacos Romanos versari solere vidimus, saepe inter elegias et comoedias intercedere, et Tibullum, Propertium Ovidium comoedias ipsas aut rhetorum exercitationes, quae ab illis fabulis penderent, exscripsisse putat. Quae si vera sunt,

¹⁾ Reitzenstein l. l. p. 164.

²⁾ De hoc praexercitamento Theonis cap. XIII (Walz l. l. I p. 254 sqq., Spengel l. l. II p. 128 sqq.) agit.

³⁾ Walz l. l. I p. 158, Spengel l. l. II p. 65: Πρῶτον μὲν ἀπάντων χρητῶν τὸν διδάσκαλον ἐκάστου γυμνάσματος εὐ ἔχοντα παραδείγματα ἐκ τῶν παλαιῶν συγγραμμάτων ἀναλεγόμενον προστάττειν τοῖς νέοις ἐκμανθάνειν.

⁴⁾ Caput IV (Walz l. l. I p. 196. 199. 200, Spengel l. l. II p. 88. 91. 92).

Primo loco, quem memoravimus, quomodo interrogatio in nar-rando adhibenda sit, rhetor exponit: ἐάν τε γὰρ ἐρωτῶμεν, ἐάν τε γὰρ ἐπαπορῶμεν, οὕτως ἐξοίκομεν [Comicorum Atticorum fragmenta III p. 48, 164 K.]:

Ἄρ' ἐστὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίστατος;

Ἐμέ γοῦν ἀναστήσασα δευρὶ προάγεται

Λαλεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἑμαυτοῦ βίον.

διαφέρειν δὲ δοκεῖ, ὅτι ὁ μὲν ἐρωτῶν ἀπόκριαν ἐπιζητεῖ, ὁ δὲ ἐπαπορῶν οὐ πάντως, ἀλλὰ μόνον πρὸς ἑαυτὸν ἀπορεῖ.

Propertium hoc artificium imitatum esse elegia III 6 docet, qua argumentum a comoediis sumptum (vide supra p. 3) forma interrogationis usus poeta tractat (Reitzenstein l. l. 158, 159).

⁵⁾ Cf. Theonis cap. X (Walz l. l. I p. 235 sq., Spengel l. l. II p. 115 sq.): προσωποποιία ἐστὶ προσωποῦ παρεισαγωγῆ διατιθεμένου λόγους οἰκείους ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ἀναμφισβητήτως . . . et cap. II (Walz l. l. I p. 164, Spengel l. l. II p. 68): προσωποποιίας δὲ τί εἴη παράδειγμα κάλλιον τῆς Ὀμήρου ποιήσεως καὶ τῶν Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων καὶ τῶν Μενάνδρου δραμάτων; —

Epistulae amatoriae quomodo cohaereant cum elegiis Alexandrinis. 17

neque illas similitudines, quae inter comoedias et Romanorum elegias intercedunt, ex Alexandrinorum elegiis repetemus et ea, quae inter epistulas amatorias Philostrati et Aristaeneti et elegiographos sunt communia, longe aliter explicabimus. Has enim epistulas nihil esse nisi exercitationes rhetoricas accuratius demonstrabimus.

Iam satis videor exposuisse, quid viri docti de elegiis Alexandrinis, quorum auctores de suis amoribus disserebant, iudicarent. Singulas autem, quae de elegia Alexandrina protulerunt viri docti, sententias diligentius examinandas aliis relinquemus. Nostra in eo opella continebitur, ut duos illos epistularum scriptores perlustremus et, quid ex illis minus recte collegerint viri docti, quid iure colligatur, examinemus. Priusquam autem hoc explicare incipiamus, de genere epistularum amatoriarum disseremus.

Caput II.

Epistulas amatorias, quae quidem aetatem tulerant, Alciphronis dico, Philostrati, Aristaeneti, Theophylacti, a rhetoribus ingenii ostentandi causa fictas esse non est, quod moneam. Rhetorum autem in scholis compositas esse epistulas certo testimonio Theonis docemur, qui primo p. Chr. n. saeculo inter prosopopoeiae¹⁾ exercitationes has quoque enumerat (cf. Theonis cap. X,

¹⁾ Cum in nostro libello progymnasma, cui nomen prosopopoeia est, saepe memoremus, et rhetores hoc diverso modo definiant, breviter exponamus, quid illud verbum apud singulos significet. Theo docet hanc imitationem sermonum personarum quarundam esse, quos moribus atque conditionibus illarum accomodari necesse sit; praeterea prosopopoeias in finitas et infinitas dividit. Auctores illarum personas, quas e fabulis vel historia hauriebant, loquentes inducere (ut τίναν ἄν εἴποι λόγους Κύρος ἑλαύνων ἐπὶ Μακκαγέτας), harum ad vitam cotidianam spectare et orationes hominum quasi imagines omnium ordinum et omnium aetatum fingere solebant (velut τίναν ἄν εἴποι λόγους ἀνὴρ πρὸς τὴν γυναῖκα μέλλων ἀποδημεῖν).

Apud alios scriptores progymnasmatum aliam definitionem prosopopoeiae legimus; nam id, quod Theo prosopopoeiam nominat, illi ethopoeiam appellant. Cf. Hermogenem (Walz l. l. I p. 44, Spengel l. l. II p. 15) et Aphthonium (Walz l. l. I p. 101, Spengel l. l. II p. 44). Ut Theo prosopopoeias, ita Hermogenes ethopoeias in finitas et infinitas dividit (cf. Walz l. l. I p. 45, Spengel l. l. II p. 15). Praeterea hic aliique etiam discrimen statuunt inter ethopoeias ἀπλᾶς et διπλᾶς (cf. Walz l. l. I p. 45, Spengel l. l. II p. 15: τῶν δὲ ἠθοποιῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἀπλαῖ, ὅταν τις αὐτὸς καθ' αὐτὸν ὑποκέρηται λόγους διατιθέμενος, αἱ δὲ διπλαῖ, ὅταν πρὸς ἄλλον). Aliter etiam dividuntur in ἠθικὰς, παθητικὰς, μικτὰς (cf. Walz l. l. I p. 46, Spengel l. l. II p. 15: εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἠθικαί, αἱ δὲ παθητικαί, αἱ δὲ μικταί. ἠθικαὶ μὲν, ἐν αἷς ἐπικρατεῖ ὄλον τὸ ἦθος, οἷον τίναν ἄν εἴποι λόγους γεωργὸς πρῶτον ἰδῶν ναὺν· παθητικαὶ δὲ, ἐν αἷς διόλου τὸ πάθος, οἷον ποῖους ἄν εἴποι λόγους Ἀνδρομάχη ἐπὶ Ἐκτορικταί δὲ αἱ κύνοδον ἔχουσαι ἡθους καὶ πάθους, οἷον τίναν ἄν εἴποι λόγους Ἀχιλλεὺς ἐπὶ τῷ Πατρόκλῳ. καὶ γὰρ τὸ πάθος διὰ τὴν τοῦ Πατρόκλου σφαγὴν, καὶ τὸ ἦθος, ἐν ᾧ περὶ πολέμου βουλευέται, cf.

Walz, rhet. graeci I p. 235 sq., Spengel, rhet. graeci II p. 115): ὑπὸ δὲ τοῦτο τὸ γένος τῆς γυμνασίας (προσωποποιίας) πίπτει καὶ τὸ τῶν πανηγυρικῶν λόγων εἶδος καὶ τὸ τῶν προτρεπτικῶν καὶ τὸ τῶν ἐπιστολικῶν¹⁾. Fortasse etiam ex cognatione, quam inter epistulas et dialogos intercedere rhetores²⁾ putabant, illas maxime idonea exempla prosopopoeiarum esse concludi potest. Demetrius enim in illo libro, cui titulus est περὶ ἔρμηνείας, cap. 223 sq. epistolographis easdem leges atque auctoribus dialogorum adhibendas esse dicit³⁾. Quin epistolam alteram partem dialogi esse Artemonem docuisse ille nobis tradit: Ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπι-

Walz l. l. I p. 101 sq., Spengel l. l. II p. 45). Contra prosopopoeiae nomine Hermogenes id studium notat, quo oratores fictas personas loquentes inducunt, idolopoeiae id, quo mortui loquentes introducuntur, cf. Walz l. l. I p. 44 sq., Spengel l. l. II p. 15: Προσωποποιία δὲ, ὅταν πράγματι περιτιθῶμεν πρόσωπον, ὡς περὶ ὁ ἔλεγχος παρὰ Μεγανδρῶν, καὶ ὡς περὶ παρὰ τῆς Ἀριστείδης ἢ θάλασσα ποιεῖται τοὺς λόγους πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. ἡ δὲ διαφορὰ δῆλη· ἐκεῖ <ἐν ἡθοποιίᾳ> μὲν γὰρ ὄντος προσώπου λόγους πλάττομεν, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ὄντος προσώπου πλάττομεν. εἰδωλοποιίαν δὲ φαίνεται ἐκεῖνο, ὅταν τοῖς τεθνεώσι λόγους περιδύωμεν κ.τ.ξ. Vides igitur, quomodo Theo in definiendo a ceteris scriptoribus progymnasmatum, qui solum sermones rerum mutarum prosopopoeias nominant, dissentiat. Nos ipsi, cum in nostro libello de prosopopoeiis disserimus, vim, quam Theo illi attribuit, verbo iniungemus.

¹⁾ Etiam Plinius Fuscum in studio epistulas scribendi exercitationis causa diligenter versari iubet. Cf. Plinii epistularum VII 9, 8: 'volo epistolam diligentius scribas. Nam . . . pressus sermo purusque ex epistulis petitur'.

²⁾ Rudolf Hirzel, Der Dialog, Leipzig 1895, I p. 305 sqq., Hermann Peter, Der Brief in der römischen Litteratur (Abhandlungen der Philol.-Histor. Classe der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften. Band XX 3. Leipzig 1901) p. 19 sq., L. Radermacher, Demetrii Phalerei, qui dicitur de Elocutione, libellus, 1901. p. 109.

³⁾ Conferas etiam Demetrii l. l. cap. 227: πλείστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικόν ἢ ἐπιστολή, ὡς περὶ καὶ ὁ διάλογος· σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. κ.τ.ξ., Quintiliani IX 4, 19: 'est igitur ante omnia oratio alia vincata atque contexta, soluta alia, qualis in sermone et epistulis'. Senecae epist. IX 4 (75), 1: 'qualis sermo meus esset, si una sederemus aut ambularem, illaboratus et facilis, tales esse epistulas meas volo, quae nihil habeant accersitum nec fictum'.

στολάς φησιν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ διάλογόν τε γράφειν καὶ ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν ἐπιστολὴν οἶον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ διαλόγου κ.τ.ξ. Cum Theo imitationem dialogorum¹⁾ inter exempla prosopopoeiarum enumeret, et figura, quam rhetores sermocinationem²⁾ vel διάλογον nominabant et saepius in orationibus adhibere solebant, studio prosopopoeiae praeexercitationis par sit, epistulas, quae naturae dialogorum simillimae sint, propterea etiam a discipulis rhetorum, qui in prosopopoeiis versabantur, fictas esse puto. Amatoria autem argumenta a rhetoribus minime vitata esse quis est, quin sciat?³⁾ Nihil igitur inde colligendum, quod ex iis, qui de arte epistulas scribendi agunt, primus Proclus certum quoddam genus epistularum amatoriarum profert⁴⁾. Extitisse tales epistulas primo iam p. Chr. n. saeculo aut multo etiam prius ex ipsa progymnasmatum historia concludimus. Itaque, priusquam ad traditas pergamus epistulas amatorias, fragmenta circumspi-

¹⁾ Theo cap. II (Walz l. l. I p. 164, Spengel l. l. II p. 68): προσωποποιίας δὲ τί ἂν εἴη παράδειγμα κάλλιον . . . τῶν Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων;

²⁾ Auctor ad Herennium IV 43, 55: 'sermocinatio est, . . . in qua constituetur alicuius personae oratio accomodata ad dignitatem', qui locus cum Theonis capituli X initio ad verbum congruit: προσωποποιία ἐστὶ προσώπου παρεισαγωγὴ διατιθεμένου λόγου οικείου ἐαυτῷ τε καὶ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν. Quintiliani IX 2, 29 sq.: 'Illa adhuc audaciora et maiorum, . . . laterum, fictiones personarum, quae προσωποποιίαι dicuntur. . . ac sunt quidam, qui has demum προσωποποιίας dicant, in quibus et corpora et verba fingimus: sermones hominum adsimulatos dicere διαλόγους malunt, quod Latinorum quidam dixerunt sermocinationem'. Praeterea conferas exemplum sermocinationis, quod Cornificius IV 52, 65 affert, ubi auctor narrationi, qua expugnationem alicuius urbis refert, colloquium, quod victor superbus, aliquis civis, mulier huius inter se habent, inserit.

³⁾ Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer², 1900, p. 364 sq., cf., ut exempla pauca afferamus, Senecae controvers. I 4 et II 7 (15) et Pseudoquintiliani declamationum maiorum XIV.

⁴⁾ Hercher, Epistolographi Graeci p. 12: 'Ἐρωτικὴ ἐστὶ, δι' ἧς ἐρωτικούς πρὸς τὰς ἐρωμένας προσφέρομεν λόγους. Ἡ ἐπιστολή· Ἐρῶ, ἐρῶ, νῆ τὴν Θέμιν, τῆς χῆς εὐπρεποῦς τε καὶ ἐρωτικῆς μορφῆς καὶ ἐρῶν οὐκ αἰσχρόν· τὸ γὰρ εὐπρεπῶν ἐρᾶν οὐκ αἰσχρόν. εἰ δέ γε καὶ ψέξειε τις ὄλωσ ὡς ἐρῶντα, πάλιν ὡς καλῆς ἐφιέμενον ἐπαινέσειεν.

ciamus. Sed, ut ordinem quandam in reliquiis recensendis conservemus, duas segregemus classes, alteram earum, quae forma tantum epistulae utuntur, ut breves narratiunculas inter se conectant, alteram earum, quibus de se ipso loquitur scriptor, suum amorem, suos dolores profert et quasi absens cum amica loquitur. Incipiamus ab hoc genere.

Primordia epistularum amatoriarum quinto saeculo a. Chr. n. reperiuntur, et vetustissimus scriptor, quem epistulas amatorias composuisse scimus, Lysias orator est¹⁾. Pauca certe exstant fragmenta. De quibus Blass²⁾ egregie disserit; contendit enim Lysiam, quamquam sermone vitae in iis saepius usus sit et leges artis rhetoricae non ita, ut in orationibus, adhibuerit, tamen eas ornamento rhetorico amplificavisse, ut proprium epistulae genus excedant. Quod confirmatur, si singula fragmenta respicis; nam facile est intellectu Lysiam in epistulis illas rhetorum exercitationes, quae a Graecis ἐγκώμια καὶ ψόγοι, a Romanis laudes et vituperationes nominantur, imitatum esse. Apparet enim oratorem in epistulis pueris³⁾ missis mores egregios eorum laudasse, epistula Metanirae⁴⁾ meretrici scripta illam vituperasse. Cf., ut exempla pauca afferamus, fragmentum 260: λέγων ὡς οὐ φιλῶ σε, φαυλότητά μου μεγίστην καταγιγνώσκεις· εἰ γὰρ ἦθος τοιοῦτον καὶ τρόπον καὶ ψυχὴν καὶ εὐνοίαν οὕτως ἀπροφάσιστον, ἔτι δὲ συνουσίας οἰκειότητα καὶ λόγων κοινωνίαν μὴ καθ' ὑπερβολὴν ἀσπάζομαι, τίς γένοιτ' ἂν ἐμοῦ ἀθλιώτερος, δε ἀναισθήτως ἔχω πρὸς τὸ φρονεῖν; et fr. 255: Λυκίας ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ· καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας

¹⁾ Cf. Blass, Die attische Beredsamkeit I^o p. 374, Suidas sub voce Λυκίας: Λυκίας . . . ἔγραψε δὲ καὶ τέχνας ῥητορικὰς καὶ δημηγορίας, ἐγκώμια τε καὶ ἐπιταφίους καὶ ἐπιστολάς ζ', μίαν μὲν πραγματικὴν, τὰς δὲ λοιπὰς ἔρωτικὰς, ὧν αἱ πέντε πρὸς μεϊράκια. Dionysii Halicarn. περὶ Λυκίου cap. 3: περὶ γὰρ δὴ τῶν ἐπιστολικῶν αὐτοῦ καὶ ἑταιρικῶν καὶ τῶν ἄλλων, οὗς μετὰ παιδίας ἔγραψεν. Conferas etiam Plutarchum, Βίοι δέκα ῥητόρων p. 836 B: εἰς δ' αὐτῶν . . . Ἐπιστολαὶ τε καὶ Ἐγκώμια . . . καὶ Ἐρωτικοί (Plutarchi Moralia tom. V p. 156 ed. Bernardakis).

²⁾ Blass, Die attische Beredsamkeit I^o p. 422.

³⁾ Fragmenta 254. 259—262 ed. Tur.

⁴⁾ Fragmenta 255—258 ed. Tur.

δαείας'. Rhetores quinti et quarti saeculi a. Chr. n. in laudibus¹⁾ componendis versatos esse constat. De quibus nos certiores facit Athenaeus XIII 592 b. c: ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰσοκράτης ὁ τῶν ῥητόρων αἰδημονέστατος Μετάνειραν εἶχεν ἐρωμένην καὶ καλήν, ὡς Λυκίας ἱστορεῖ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς . . . ἤττητο δὲ καὶ ὁ Λυκίας Λαγίδος (sic codd., coniecimus Λαῖδος) τῆς ἑταίρας, ἧς ἔγραψεν ἐγκώμιον Κέφαλος ὁ ῥήτωρ· καθάπερ καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Ἐλαίτης ὁ Γοργίου μαθητῆς ἔγραψεν καὶ αὐτὸς ἐγκώμιον Ναῖδος τῆς ἑταίρας²⁾. Itaque ut Cephalus et Alcidas orationibus meretrices illas laudabant, ita Lysias, quem et ipsum ἐγκώμια scripsisse veteres tradunt, in epistulis arte usus rhetorica aut laudabat pueros amatos aut vituperabat meretrices.

Forma et argumento libri erotici, qui dicuntur, rhetorum epistulis amatoriiis simillimi sunt. Iam ex ratione, qua veteres has et illas laudant, concludi potest haec duo genera inter se cognata discerni vix posse. Nonnulli scriptores enim Lysiae fragmenta amatoriarum epistularum quasi e libris eroticis petita afferunt. Cf. fragment. 261 Tur.: ψῆμην δὲ ἔγωγε τοιαύτην φιλίαν συνηρόμεθα σοι, ὥστε μὴδ' ἂν τὴν Ἐμπεδοκλέους ἐχθρὰν ἰσχῦσαι διαστήσαι, quod auctor libri 'λέξεις μεθ' ἱστοριῶν'³⁾ sub verbo Ἐμπεδοκλέους ἐχθρὰ ex erotico quinto Lysiae haustum

¹⁾ De primis laudibus accurate disserit X. Hürth, De Gregorii Nazianzeni orationibus funebribus, Argentor. 1906, p. 6 sqq.

²⁾ Laudibus Helenae, quas Gorgias et Isocrates componebant, meretricum similes fuisse videntur; nam in illis quoque mulier, quae amoris complurium virorum causa reprehensione digna erat, laudatur. Isocrates or. X 7, 14 Gorgiae ἐγκώμιον propterea vituperat, quod sophista genus laudativum a defensorio non satis separet: φησὶ μὲν γὰρ ἐγκώμιον γεγραφέναι περὶ αὐτῆς, τυγχάνει δ' ἀπολογία εἰρηκὴς ὑπὲρ τῶν ἐκείνη πεπραγμένων. ἔστι δ' οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν ἰδεῶν οὐδὲ περὶ τῶν αὐτῶν ὁ λόγος, ἀλλὰ πᾶν τούναντίον· ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἔχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπ' ἀγαθῷ τινι διαφέροντας. Puto igitur Isocratem primum laudes a defensionibus segregasse. Quem sequitur Theo in capite VII, quo de laude et vituperatione agit (Walz l. l. I p. 231, Spengel l. l. II p. 112): ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἔχόντων, ἐπαινεῖν δὲ τοὺς ἐπὶ ἀγαθῷ τινι διαφέροντας.

³⁾ Bulletin de Correspondance Hellénique I (1877) p. 153.

se dicit (ὡς Λυκίας ἐν Ἐρωτικῷ ε᾽)¹⁾. Cum similitudo, quae tercedit inter illud fragmentum et 260 Tur.²⁾, tanta sit, ut habitari non possit, quin utrumque fragmentum ex eadem istula sumptum sit, nostro iure statuemus epistulas amatorias

libros eroticos rhetorum a se non ita differre. Item ex Dionysio Halic. περὶ Λυκίου cap. 1 et 3³⁾, qui epistulas Lysiae ἑπιτολικούς nominat, concludi potest libros amatorios et epistulas amatorias a se vix seiunctas esse.

Quod ut accuratius ostendamus, nunc ad libros eroticos nos vertamus; atque Eueni quidem sophistae⁴⁾ et rhetoris titulus tantum aetatem tulit apud Artemidori Onirocritica I 4 (p. 11, 28 ed. Hercher): ἐτύμως κεκλημένον κάμηλος ονεί κάμηρος, ὡς φησιν Εὐηνος ἐν τοῖς εἰς Εὐνομον ῥωτικοῖς. Unde fortasse colligis ad puerum pulchrum issum esse libellum.

Sed duo vetustiores ἔρωτικοί nobis servati sunt, quorum alterius Lysias re vera auctor videtur, alter Demostheni adscribatur; ille Platonis Phaedro p. 230 e—234 c insertus est⁵⁾. Atque Lysiae quidem orationem iam veteres putabant istulam esse pulchro puero missam. Cf. Hermiam Platonis

¹⁾ Alii, qui idem fragmentum nobis tradunt, nos certiores non ciunt, ex quo libro Lysiae illud hauserint, ut Suidas sub voce Ἐμδοκλέους ἔχθρα. Alii, ut Diogenianus (IV 77) et M. Apostolius (VII 13) nomen quidem Lysiae afferunt. Eodem modo atque fragmentum 261, fragmentum 262 ab Harpocrate sub voce ἀπαγορεύειν alicui libro erotico Lysiae attribuitur (ἀπαγορεύειν ἀντι τοῦ κάμνειν καὶ ἀδυνάτω εἰν Λυκίας ἐρωτικῷ).

²⁾ Vide p. 21; quod fragmentum Suidas sub voce φαλλος (II p. 1433 l. Bernhardy) tradit, cum hoc modo laudat: καὶ Λυκίας ἐν Ἐπιτολῇ.

³⁾ Dionysii Halicarn. περὶ Λυκίου cap. 1: πλείστους δὲ γράψας ἔρωτους . . . ἐρωτικούς, ἐπιτολικούς et cap. 3: περὶ γὰρ δὴ τῶν ἐπιτολικῶν . . .

⁴⁾ De Eueno disserit Ricardus Reitzenstein apud Pauly-Wissowa encyclop. VI p. 976.

⁵⁾ Eroticum, quem apud Platonem in Phaedro p. 230 e—234 c agimus, Lysiae esse postremus Ioannes Vahlenus (Sitzungsberichte der Preussischen Akademie der Wissenschaften 1903 vol. II p. 788) probavit. Conferas locos, quibus erotici Lysianei memorantur, supra p. 22 sq. et 227 c Platonis Phaedri: ὁ γὰρ τοι λόγος ἦν, περὶ δὲν διετρίβομεν, οὐκ δ' ὄντινα τρόπον ἐρωτικός.

commentatorem (ed. Cuvrier p. 35, ed. Ast. p. 77): εἰδέναι δεῖ, ὅτι αὐτοῦ Λυκίου ὁ λόγος οὗτός ἐστι καὶ φέρεται ἐν ταῖς ἐπιτολαῖς εὐδοκιμοῦσα καὶ αὕτη ἡ ἐπιτολή. βούλεται δέ, δὲ πρὸς παρόντα εἶπε, καὶ ἀπόντα αὐτὸν ὑπομῆσαι. Cuius sententiam nonnulli viri docti amplexi sunt, ut Leonardus Spengel¹⁾. Qui in primis ex sententiis, quae initio et fine²⁾ erotici inveniuntur, Lysiam librum eroticum quasi epistulam misisse concludit; quod prooemio epistularum Graecarum VIII Frontonis confirmari videtur, cuius auctor librum eroticum Lysiae imitatur: ὦ φίλε παῖ, τρίτον ἤδη σοὶ τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιπέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυκίου τοῦ κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος τοῦ σοφοῦ, τὸ δὲ δὴ τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου. κ. τ. λ. Spengeli sententiae Fridericus Blass³⁾ contradicit; putat enim Lysiam, qui non certam aliquam personam, sed puerum quendam⁴⁾ alloquatur, orationem illo praesente habuisse. Quod concludi posse ex responso Socratis⁵⁾, in quo Plato amatorem loquentem⁶⁾ et puerum praesentem inducit. Unde Blass colligit Platonem, qui Socratem librum eroticum Lysiae accurate imitantem fingat, hanc orationem non pro epistula habuisse. Mihi quidem iudicium, utri generi adnumerandus sit ἐρωτικός ille, ex ipso tantum repeti posse videtur. Ipse genus eroticorum, quos rhetores componebant, inter epistulas et orationes medium esse putaverim. Neque verae sunt litterae, quae pueris missae sunt, sed quasi orationes absentibus dedicatae et in libri formam redactae. Carmina certe sophistae illi imitabantur, sive ἐγκώμια sive ἐρω-

¹⁾ Leonardus Spengel, *Συναγωγή τεχνῶν*, Stuttgartiae 1828, p. 126.

²⁾ Cf. 230 e: περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν γενομένων τούτων ἀκήκοας. 234 c: ἐγὼ μὲν οὖν ἰκανά μοι νομίζω τὰ εἰρημένα· εἰ δέ τι σὺ ποθεῖς, ἡγοούμενος παραλελείφθαι, ἐρώτα.

³⁾ *Attische Beredsamkeit* I p. 423 sqq.

⁴⁾ 227 c Platonis Phaedri: γέγραφε γάρ δὴ ὁ Λυκίας πειρωμένον τινα τῶν καλῶν.

⁵⁾ 237 b—238 c.

⁶⁾ 237 b: καὶ ποτε (ἐραστής τις) αὐτὸν (τὸν παῖδα) αἰτῶν ἐπειθε τοῦτ' αὐτό, ὡς μὴ ἐρῶντι πρὸ τοῦ ἐρῶντος δέοι χαρίζεσθαι. ἔλεγε τε ὡδε· περὶ παντός, ὦ παῖ κ. τ. ἔ.

τικούς scribebant, et sicut carmina saepius absentes adloquuntur — qua de re infra agendum erit —, ita ipsi interdum absentes adloquuntur formamque inducunt similem epistulae.

Non aliter atque de Lysiae, de figurati Demosthenis erotico iudicamus. Rursus Blass¹⁾ auctorem eius formam epistularem adhibuisse, cum Epicrates²⁾ puer, qui laudibus effertur, dum eroticus recitatur, adsit, negat. Cui sententiae Guilelmus Croenert nuperrime contradixit³⁾. Qui probare vult illum eroticum epistulam esse, cum exponit auctorem illius Lysiae librum⁴⁾ in nonnullis rebus imitari; tam enim ille quam hic scriptorem erotici ipsum librum suum non enarrantem, sed recitantem facit⁵⁾. Qua de causa Croenert codicem Φ et Spengelium⁶⁾ secutus δν ἐβουλήθην ἀκούειν in ἐβουλήθη ἀκούειν mutavit. In primis autem doctus ille vir ex εὐτύχει verbo, quod in fine erotici legimus, hanc epistulam esse concludit. εὐτύχει enim item ut ἔρωω in fine epistularum⁷⁾ poni solet. Iam velim argumentum erotici huius cum iis conferas, quae supra de Lysiae epistulis amatoriis exposuimus. Utrumque auctorem rhetorum praecepta secutum in laudibus puerorum versari conspicias⁸⁾ (cf. cap. 10—32 erotici Pseudo-

¹⁾ Attische Beredsamkeit I* p. 424.

²⁾ Pseudodemosthenis Ἑρωτικός (orat. 61) cap. 2: ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦκει, δν ἐβουλήθην ἀκούειν, Ἐπικράτης.

³⁾ Guilelmus Croenert in censura Pauli Wendland libri, qui inscribitur Anaximenes von Lampsakus, Göttinger gelehrte Anzeigen 1907 p. 272 sqq.

⁴⁾ Conferas etiam Paulum Wendland, Anaximenes v. Lampsakus, Berlin 1905, qui de erotico p. 79 ita iudicat: 'Der Erotikos ist als ein gut stilisirtes Produkt der Durchschnittsrhetorik des vierten Jahrhunderts, so unbedeutend sein Inhalt ist, recht interessant'.

⁵⁾ Cf. Pseudodemosth. Erotici cap. 1. 2.

⁶⁾ Philologus 17 (1861) p. 625.

⁷⁾ Cf., ut exempla pauca afferam, epistulas 4. 5. 11 Platonis.

⁸⁾ P. Wendland l. l. 72, 1 de eroticis ita disserit: 'Atmosphäre und Stimmung dieser Litteratur wird wohl am besten verdeutlicht durch die Gedichte der Μοῦσα παιδική in der theognideischen Sammlung'. Merito Wendland putare videtur cognationem quandam inter elegias quinti saeculi et eroticos intercedere. Iam supra Eueni sophistae mentionem fecimus, qui et eroticos et elegias scripsit. Sunt autem et erotici et elegiae magna ex parte προτροπικὸν πρὸς ἔρωτα, ut etiam inde, quomodo inter se cognata sint haec genera, pateat.

demosthenici); unde etiam magis intelligitur epistolam nondum certis finibus ab oratione amatoria seiunctam esse.

Quoniam vidimus genus epistularum amatoriarum iam quinto et quarto saeculo a. Chr. n. extitisse, eo magis dolemus, quod nulla fere vestigia illius insequenti aetate nobis servata sunt. Quod aevo Alexandrino floruisse solum ex paucis reliquiis concludi potest; conferas Athenaei XIV 639 a: Κλέαρχος δὲ ἐν δευτέρῳ Ἑρωτικῶν τὰ ἐρωτικά φησιν ἄσματα καὶ τὰ Λοκρικὰ καλούμενα οὐδὲν τῶν Σαπφούς καὶ Ἀνακρέοντος διαφέρειν. ἔτι δὲ τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῶν Ὀμήρου Ἐπικυχλίδων τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τούτων ἔχεται τινος τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωποδώρου περὶ τὸν Ἑρωτα καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεως ἔστιν. Quo ex loco colligere possumus Clearchum, Aristotelis discipulum, epistulas amatorias non ignorasse. Nam quod Georgius Kaibel in Athenaei editione dubitat, utrum verba καὶ πᾶν κ.τ.ξ. Clearchi sint an Athenaei, quoniam amatoriarum epistularum illa aetate unus esset testis Clearchus, nos, qui multo ante extitisse tales epistulas vidimus, huic argumento haud ita multam tribuemus.

Quod sequitur testimonium, quantis dubitationibus obnoxium sit, ipse non ignoro; proferam tamen. Iam enim ad philosophorum epistulas devenimus, quas aut scriptas, ut a pluribus¹⁾ legerentur, aut brevi post editas nemo mirabitur.

¹⁾ Cf. epistulas Epicuri (vide Herm. Peter, Der Brief in der römischen Litteratur p. 16). Ex indole librorum, qui ad certam quandam personam mittuntur, earum epistularum natura explicatur, quae, ut a pluribus legerentur, statim compositae sunt aut a grammaticis aut ab eis, qui rem publicam capessebant (cf. Herm. Peter, Der Brief in der römischen Litteratur p. 216 sqq.). Velut Varronem scimus commentarium illum privatum, quem de officio consulis ad Pompeium scripserat, cum interisset, redintegrasse atque edidisse in libris quaestionum epistoliarum (cf. Peter l. l. 217). Ipsi hi libri nobis testantur epistulas iam antea diligentius scriptas et in publicum editas extitisse. Neque alia de causa hanc formam elegisse Varro videtur, quam Hippolochus ille et Lynceus, cum convivia, quibus interfuissent, elegantius sibi per litteras referrent (vide infra p. 36 sqq.). Breviares ita aut narrationes aut dissertationes in libri formam commode redigebantur. Cum Varronis commentario εἰσαγωγικῶν apte confertur Q. Ciceronis epistula de petitione con-

Qui si etiam ad meretrices aut pueros veras conscripserunt epistulas, nihil certe ad nos, qui ἐπιδεικτικὸν γένος epistularum persequimur. Isdem tamen viris si calumniandi gratia supponuntur litterae eaeque in libris circumferuntur, longe alia est res. Consuetudinem epistulas edendi iam inveterasse dices similesque aliorum virorum epistulas extitisse, ut fictis fides haberi posset. Iam ipsam videamus rem. Epicurum multis meretricibus scripsisse testatur Diogenes Laertius X 6: καὶ ἄλλαις δὲ πολλαῖς ἑταίραις γράφειν καὶ μάλιστα Λεοντίῳ, et Alciphro Leontium ipsam inducit scribentem II 2 (IV 17 editionis Schepers), 1: οὐδὲν δυσαρεστότερον, ὡς ἕοικεν, ἐστὶν πάλιν μειρακιομένου πρεσβύτου. οἶά με Ἐπίκουρος . . . ἐπιστολάς ἀδιαλύτους μοι γράφων. Fragmenta harum epistularum affert Diogenes Laertius X 5 (Usener, Epicurea, Leipzig 1887, fragment. 143): Παιᾶν ἀναξ, φίλον Λεοντᾶριον, οἴου κροτοθορύβου ἡμᾶς ἐνέπλησας ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιτόλιον, quo ex loco concludimus Leontium quoque epistulas Epicuro scripsisse, et 7 (Usener l. l. frag. 145): . . . τὸν τ' Ἐπίκουρον . . . μνᾶν τε ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τὴν τράπεζαν, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Λεόντιον ἐπιστολῇ γράφει. Praeterea Epicurus epistulas Themistae (cf. Diogenem Laertium X 5, Usener l. l. frag. 125) et pueris nonnullis misit. Cf. Diogen. Laert. X 6 (Usener l. l. frag. 163): ἐν τε τῇ πρὸς Πυθοκλέα ἐπιστολῇ γράφειν· 'παιδείαν δὲ πάσαν, μακάριε, φεύγε τάκατιον ἀράμενος' et 5 (Usener l. l. frag. 165): πρὸς δὲ Πυθοκλέα ὠραῖον ὄντα, 'καθεδοῦμαι', φησί, 'προσδοκῶν τὴν ἡμερτὴν καὶ ἰσόθεόν σου εἰσόδον'.

Ex eo, quod exposuimus, apparet epistulas amatorias ab Epicuro scriptas re vera extitisse; a quibus spuriae epistulae

sulatus, quae et ipsa non uni fratri scripta est. Reddit pro hoc munere Cicero illam de administrandis provinciis epistulam (ad Quintum fratrem I 1), quae iam libri instar est. Haud ita multo post ille, qui Sallustii personam adsumpsit, ad Caesarem orationem et epistulam se scribere fingit (Peter l. l. p. 175); nec mirum, quia oratio ad unum habita sua sponte in epistulae formam abit. Publici iuris eam factam non est, cur negemus. Omnia haec mihi quidem probare videntur epistulas iam multo antea proprium quoddam litterarum genus effecisse.

illius separandae sunt, quas Diotimus Stoicus odio inflammatus Epicuro supposuit. Cf. Diogen. Laert. X 3: Διότιμος δ' ὁ Στωϊκὸς δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν πικρότατα αὐτὸν διαβέβληκεν, ἐπιστολὰς φέρων πενήκοντα ἀσελγεῖς ὡς Ἐπικούρου, καὶ ὁ τὰ εἰς Χρύσιππον ἀναφερόμενα ἐπιστόλια ὡς Ἐπικούρου συντάξας. Quo ex loco cognoscimus Chrysippo quoque Stoico epistulas amatorias attributas esse. Quod confirmat Clemens Romanus V 18 (ed. Lagarde p. 69, 21)¹⁾: Χρύσιππος δὲ ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιστολαῖς καὶ τῆς ἐν Ἄργει εἰκόνος μέμνηται, πρὸς τῷ τοῦ Διὸς αἰδοίῳ φέρων τῆς Ἥρας τὸ πρόσωπον. Ciceroni quoque suppositas esse lascivas epistulas ad Caerelliam missas ex Fufii Caleni oratione, quae apud Dionem Cassium XLVI 18, 4 traditur, discimus: καὶ οὐδὲ ἐκείνην μέντοι κατέσχες, ἵνα Καίρελλίαν ἐπ' ἀδείας ἔχης, ἣν τοσοῦτῳ πρεσβυτέραν αὐτοῦ οὐσαν ἐμοίχευσας, δεῦν νεωτέραν τὴν κόρην ἔγημας, πρὸς ἣν καὶ αὐτὴν τοιαύτας ἐπιστολὰς γράφεις, οἷας ἂν γράψειεν ἀνὴρ σκωπτόλης ἀθυρόγλωσσος πρὸς γυναῖκα ἐβδομηκοντοῦτιν πληκτιζόμενος. Eas legit etiam Ausonius, cf. cent. nupt. 4 (ed. Schenkl p. 146): 'in praecceptis omnibus exstare Tullii severitatem, in epistulis ad Caerelliam subesse petulantiam'. Quamquam Cicero Caerelliae epistulas re vera scripsit²⁾, tamen illum in his res amatorias tractasse viri docti³⁾ merito negant. Ut Diotimus Epicuro, ita inimici Ciceroni epistulas amatorias calumniae causa adscripsisse videntur.

Ad imperatorum aetatem pervenimus. Insigne exemplum editi epistularum voluminis memorat Plinius, qui (cf. epistulam I 16, 6) de Pompeo Saturnino narrat: 'legit mihi nuper epistulas, quas uxoris esse dicebat: Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi. Quae sive uxoris sunt, ut adfirmat,

¹⁾ Cf. Arnim, *Fragmenta Stoicorum* II p. 314, 1072.

²⁾ Cf. Quintilianum VI 3, 112: 'etiam illud, quod Cicero Caerelliae scripsit'.

³⁾ Cf. W. Drumann, *Geschichte Roms in seinem Übergang von der republikanischen zur monarchischen Verfassung, 1834—44*, VI p. 415; Münzer in *Encyclopaedia Pauly-Wissowa* III p. 1284 sub voce Caerellius 10.

sive ipsius, ut negat, pari gloria dignus¹⁾). Quod Plinius illas Plauti Terentii sermoni cognatas esse contendit, inde certe explicandum, quod etiam epistolographi Graeci comicos poetas maxime expilaverunt. Ita ex hisce Latinis epistulis colligimus, quo sermone Graecae eiusdem aetatis compositae sint. Sequuntur epistulae Lesbonactis, Melesermi, Zonaei. Lesbonactis de epistulis disserit scholiastes in Lucianum *περὶ ὀρχήσεως* p. 189, 11 ed. Rabe: *Λεσβῶναξ· τοῦτον λέγει Λεσβῶνακτα, οὐ καὶ ἄλλαι μελέται ῥητορικαὶ φέρονται θαυμάσιαι καὶ ἐνάμιλλοι Νικοστράτου καὶ Φιλοστράτου τῶν ἐν τοῖς νεωτέροις σοφισταῖς διαπρεπόντων, μάλιστα δὲ αἱ ἐρωτικαὶ ἐπιστολαὶ πολλὴν τὴν ἐκ τῶν λόγων ἀποστάζουσαι ἡδονήν.* De aetate Lesbonactis diligentissime disseruit Fredericus Kiehr²⁾, qui rhetorem, cuius tres declamationes nobis servatae sunt, aetate recentiorum sophistarum floruisse docet. Rohde³⁾ autem illum aevo Augusteo vixisse contenderat. Quod cum verum putaret, vir summus ab illo auctorem epistularum seiunxerat, quoniam hac aetate nullam talium epistularum vestigia invenirentur. Hoc nos argumentum non probamus — nam extitisse illa aetate epistulas amatorias mox ostendemus —, epistulas tamen rhetori attribuiamus eique recentioris aetatis. Nam cum Theo cap. X⁴⁾ inter genera prosopopoeiae λόγους προτρεπτικούς et ἐπιστολικούς enumeret, duaeque huius Lesbonactis orationes hortativae sint, eundem

¹⁾ Cum illis epistulis, quas Saturninus ab uxore se accepisse simulabat, carmina amatoriae, quae Sulpicia Caleno marito dedicasse dicitur, compares. Cf. Martialis epigr. X 35 et Apollin. Sidon. IX 261. 262 carminum:

Non quod Sulpiciae iocus Thaliae
Scripsit blandiloquium suo Caleno.

Cf. de illis Reitzensteinium in *Encyclopaedia Pauly-Wissowa* VI 105. Videmus tales prosopopoeias illa aetate et versibus et oratione soluta saepe compositas esse.

²⁾ Fredericus Kiehr, *Lesbonactis sophistae, quae supersunt ad fidem librorum manuscriptorum edita et commentariis instructa*. Argentorati 1906.

³⁾ *Griech. Roman* 367, 3.

⁴⁾ Walz l. l. I p. 235, Spengel l. l. II p. 115: ὑπὸ δὲ τοῦτο τὸ γένος τῆς γυμνασίας πίπτει . . . τὸ τῶν προτρεπτικῶν καὶ τὸ τῶν ἐπιστολικῶν.

virum epistulas quoque amatorias quasi praeexercitamenta rhetoricae artis composuisse nobis verisimile videtur. Melessermi epistulas Suidas affert: Μελήσερμος Ἀθηναῖος, σοφιστής. ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἑταιρικῶν βιβλία ἰδ' καὶ ἀγροικικῶν ἔν, μαγειρικῶν ἐπιστολῶν ἔν, στρατηγικῶν βιβλίον ἔν, συμποσιακῶν βιβλίον ἔν. Idem Suidas nos de Zonaeo certiores facit: Ζωναῖος ἔγραψεν ἔρωτικὰς ἐπιστολάς . . . φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτεραι ἐπιστολαὶ ἀγροικικαί· ἀλλ' ἀποπίπτουσι τοῦ χαρακτήρος. Zonaeum hunc Rohde¹⁾ sophistam intellegit, qui quinto p. Chr. n. saeculo florebat, aequalem Aristaeneti.

Hucusque de fragmentis amatoriarum epistularum, quae a rhetoribus propriis libellis editae sunt. Restat, ut eas perlustremus, quae in libris historicis vel fabulis romanensibus insertae sunt, nec non poetarum carmina, quae epistularum formam imitentur. Recte Hirzel in libro, quem de Dialogo scripsit (I p. 302), epistulam similiter atque orationem inter ornamenta historiae²⁾ fuisse credit, priusquam proprium litterarum genus epistulae efficerent. Itaque in Ctesiae opere inveniebatur epistula amatoria eaque arte rhetorica expolita (cf. Demetrium περὶ ἑρμηνείας cap. 212. 213). Stryaglius enim illectus amore mulieris Sacceae, quae more Amazonum usa particeps proeliorum cum eo congressa est, victae deperiit; cum in cupidine nihil profecerit, ad mulierem hanc epistulam scripsit: Ἐγὼ μὲν ἐξῶσα, καὶ σὺ μὲν διὰ με ἐκόθης, ἐγὼ δὲ διὰ ἐξ ἀπωλόμην³⁾, qua epistula id, quod ex Lysianeis epistulis conclusimus, confirmatur.

Sed in primis epistulas amatorias libris inserere solebant scriptores fabularum romanensium, quarum antiquissimam, quas quidem noverimus, dico historiam Nini, primo a. Chr. n. saeculo non recentiore esse demonstravit Udalricus Wilken⁴⁾.

¹⁾ Der griech. Roman² p. 369, 1.

²⁾ Cf. exempli gratia apud Thucydidem (VII 8 sqq.) epistulam Niciae et apud Xenophontis Cyropaediam (IV 5, 27), quo Cyrus Cγaxari scribens inducitur.

³⁾ Eandem epistulam rhetorice amplificatam et ornatam Nicolaus Damascenus affert. (Cf. Müller, Fragmenta Historicor. Graec. III p. 364).

⁴⁾ Hermes 28 (1893) p. 161 sqq.

Quam arte autem totum genus cum rhetorum studiis atque maxime cum praexercitamentis illis cohaereat, Rohde satis exposuit. In quibus quod etiam epistulae amatoriae inveniuntur, nemo mirabitur. Sic in Petronii quoque satiras pervenit epistula, quam vides cap. 130. Exemplum afferam ex vetustissima, quae tota nobis servata est, Chaereae et Callirrhoeae fabula, cuius auctor Charito est, locum IV 4: Πείθεται Χαιρέας καὶ μόνος ἐπ' ἐρημίας γενόμενος ἤθελε γράφειν, ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο δακρύων ἐπιρρέοντων καὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ τρεμούσης. ἀποκλαύσας δὲ τὰς ἑαυτοῦ συμφορὰς μόλις ἤρξατο τοιαύτης ἐπιστολῆς· *Καλλιρρόη Χαιρέας· Ζῶ καὶ Ζῶ διὰ Μιθριδάτην . . . κατασπένδω τούτων μου τῶν γραμμάτων δάκρυα καὶ φιλήματα κ.τ.ξ. Iam Ricardus Bürger¹⁾ hanc epistolam cum aliis epistulis fictis comparavit et statum Chaereae scribentis eodem modo atque Arethusae apud Propertium (IV 3, 3—6):

Si qua tamen tibi lecturo pars oblita derit,
Haec erit e lacrimis facta litura meis:
Aut si qua incerto fallet te littera tractu,
Signa meae dextrae iam morientis erunt

et Chelidonii apud Aristaenetum (II 13: κατασπένδω δάκρυα τῶν γραμμάτων . . . ταῦτα γέγραφα, νῆ τοὺς Ἔρωτας, ἀσθμαίνουσα καὶ δεδακρυμένη καὶ καθ' ἕκαστον ὧν ἐπέτελλον ἀνακτενάζουσα) describi contendit. Etiam magis eiusdem Charitonis locus VIII 4 docet, quae cognatio intercedat inter epistulas amatorias, quae fabulis romanensibus insertae sunt, et rhetorum exercitationes. Scribit enim Callirrhoa profectura Dionysio et ab hoc filium communem respiciens petit, ne alteram uxorem in matrimonium ducat: εἰμὶ γὰρ τῆ ψυχῇ μετὰ σοῦ διὰ τὸν κοινὸν υἱόν, δν παρακατατίθημί σοι ἐκτρέφειν τε καὶ παιδεύειν ἀξίως ἡμῶν. μὴ λάβῃ δὲ πείραν μητριᾶς. Quem locum communem mandatis, quae uxores relicturae maritos dabant, inter rhetores divulgatum fuisse e Propertio (IV 11, 73 sqq.²⁾) concludi potest:

¹⁾ 'De Ovidii carminum amatoriorum inventione et arte' p. 35.

²⁾ Quae elegia idoloepoeia est.

Nunc tibi commendo, communia pignora, natos.

Haec cura et cineri spirat inusta meo.

Fungere maternis vicibus pater: illa meorum

Omnis erit collo turba ferenda tuo.

Oscula cum dederis tua flentibus, adice matris.

Apparet enim rhetores mandata mulierum sumpsisse e celeberrimo loco Euripidis fabulae Alcestidis, quo illa moritura Admeto valedicit (cf. v. 305 sqq.): καὶ μὴ 'πιγίμης τοῖςδε μητρῴων τέκνοις. κ.τ.λ.

Iam ad poetas devenimus, quos cum Alexandrinorum aetate tum Augusti fere temporibus rhetores aemulatos esse nemo nescit¹⁾. Atque extitisse genus epistularum versibus expressarum disertis verbis testatur Lucilius, cum poema a poesi distinguens in libro nono ait (v. 341 ed. Marx, Peter I. I. p. 178 adnot. 2): 'epistula item quaevis non magna poema est'. Notissima igitur erant iam illa aetate carmina non nimis longa in epistulae formam redacta, neque quidquam obstat, quominus etiam syllogas talium carminum editas putes. Incipiamus ab epigrammatis, quae magna ex parte brevium epistularum vice funguntur variasque res ex ipsa vita petitas tractant. Cf. Anthol. Palat. XI 44 (22 ed. Kaibel) Philodemi epistolium, quo ille Pisonem ad convivium invitat, aut VI 227 Crinagorae, cuius epigramma epistulae vice calamum argenteum, quem Proclo die natali donat, sequitur. Iam ex his duobus exemplis cognosci potest, quam arte talia epigram-

¹⁾ Cf. Eduardum Norden, Die antike Kunstprosa II p. 883 sqq.. Reitzensteinium in Encyclopaedia Pauly-Wissowa VI p. 94 sq., Hellenistische Wundererzählungen p. 167.

Respicias, ut exemplum afferamus, qua ratione Ovidius *Metamorph.* XIII 1 sqq. iudicium armorum Achillis tractaverit. De eodem argumento rhetores in controversiis et suasoriis egisse e Senecae *controversiis* (II 2, 8) compertum habemus, qui narrat Porcium Latronem rhetorem in iudicio armorum versatum esse: 'In armorum iudicio dixerat Latro: 'mittamus arma in hostis et petamus'. Naso dixit:

Arma viri fortis medios mittantur in hostis:

Inde iubete peti

et alium ex illa suasoria sensum aequae a Latrone mutuatus est. etc.'

mata cum vita ipsa cohaereant¹⁾; itaque dubitari non potest, quin eadem aetate epistolae quoque soluta oratione per-scriptae diligentius perpolitae atque ad ostentandam auctorum humanitatem editae sint. Ciceronem velim respicias, qui Tironem diligentius litteras expolientem irridet (cf. Epistul. ad familiares XVI 17, 1: "video, quid agas; tuas quoque epistulas vis referri in volumina"). Sed amatores quoque puellis dona mittunt epistoliisque prosequantur, velut Rufinus in Anth. Pal. V 74, Alexandrinos ille poetas imitatus, aut adventum suum indicant, velut Catullus in carmine Ipsithillae misso (32), aut non venisse se aut festinantius abisse con-queruntur, ut Sulpicia (Tibulli IV 7 sq.). Quid multa? Ipsa illa Sulpiciae poemata satis ostendunt illa certe aetate epistularum commercium diligentius excoli coeptum. Necessario autem poesis sequebatur soluta oratio, rhetor poetam.

Breviores epistulas hucusque tetigi; prolixiores etiam extitisse spondet Cicero, qui ad Atticum XIII 6, 4 scribit: "Mummium fuisse ad Corinthum pro certo habeo. Saepe enim hic Spurius, qui nuper decessit, epistulas mihi pronuntiabat versiculis facetis ad familiaris missas a Corintho". Quid Mummio illi causae fuisse putas, cur, quid ipsi Corinthum oppugnanti accidisset, versibus narraret, nisi similes apud Graecos extitisse epistulas credis? Graecorum igitur exemplum sequitur Catullus, si epistulas ad Hortensium (65) et Manlium (68a) datas versibus includit. Neque non Horatius, qui duos libros epistularum versibus composuit. Etiam poetae elegiaci Romani in epistulis componendis versabantur non semper agnitis a viris doctis. Sed — si a proposito nostro discedere paululum licet — vir doctissimus Ricardus Bürger²⁾, qui nuper ea de re egit, longius provector esse mihi videtur; qui contendit Propertium et Lygdamum³⁾, si personas, quae absentes sint,

¹⁾ Etiam comoediographos fabulis suis epistulas e vita sumptas inseruisse docet epistula Phoenicii ad Callidorum in Plauti Pseudolo (cf. 41 sqq.).

²⁾ Hermes 40 (1905) p. 324 sqq., cf. etiam Frid. Leo, Göttinger Gelehrte Anzeigen 1901 p. 322 sqq.

³⁾ Neque Tibullus neque Ovidius eiusmodi elegias componebant.

alloquuntur, formam epistularum adhibuisse. **Mihi autem elegiae, ut Lygdami III 3¹⁾, non epistulae esse videntur, sed sermones, quos soliloquia appellare possis. Tali in sermone ut Tibullus (I 3, 92) Corcyrae relictus Deliam, ita Lygdamus Neeram absentem alloquitur in hac elegia. Rectius autem Bürgerus de Lygdami III 5 et Propertii III 20, 1—10 elegiis iudicare videtur, cum dicit illa carmina epistulas esse. In primis conferas, quid vir doctus de Propertii III 20, 1—10²⁾ disserat: 'In 20a wendet sich Properz an eine von ihrem Liebhaber verlassene Person, deren Namen er nicht nennt, da es nicht Cynthia ist, und bittet um Erhörung. Der Schlußvers 'in nostros curre, puella, toros' zeigt uns, daß das Mädchen entfernt ist, daß wir hier also kein Gespräch, sondern einen Brief haben'. Rem ut paucis absolvam, cum apud omnes poetas — Sapphus sufficit meminisse — tum apud elegiographos inveniuntur carmina quasi media inter epistularum genus et soliloquiorum. Sed eiusmodi elegiae, ut rhetorum erotici illi, de quibus supra disseruimus, epistulae appellari non possunt, cum poetae nullo modo se quasi scribentes inducant.**

Nunc ad illas elegias devenimus, quibus Propertius et Ovidius puellas amatoribus epistulas mittentes fingunt; ille unam epistolam eiusmodi componebat (IV 3), qua mulierem quandam, cui nomen Arethusa est, ad Lycotam maritum, qui ad bellum profectus est, scribentem facit; Ovidius magnum numerum epistularum, quas heroinae e fabulis antiquis repetitae amatis mittunt, fingebat; itaque liber epistularum amatoriarum postea 'Heroides' inscriptus est. Quas epistulas Propertii et Ovidii praeexercitamenta, id est prosopopoeias, esse manifestum est. Eodem modo facile est cognitu Propertium prosopopoeiam infinitam (ἀόριστον) — nam Arethusa et Lycotas nomina ficta sunt —, Ovidium prosopopoeias finitas (ὀρισμέναι) composuisse³⁾ (vide supra p. 18, 1). Apparet, nisi fallor, iam aevo

¹⁾ Hermes 40 (1905) p. 324.

²⁾ Hermes 40 (1905) p. 325 sq.

³⁾ Si respicis Propertium et Ovidium in diversis generibus prosopopoeiae versatos esse, cur Propertii carmen heroidibus Nasonis recentius credas, nihil est. Bürgerus enim ('De Ovidii carminum ama-

Alexandrino, ut Augusteo, epistulas amatorias¹⁾ exercitationis causa fictas esse; nam poetas elegiacos Romanos Graecorum epistulis amatoriis oratione soluta scriptis exemplaribus usos esse non solum ex cognatione, quae intercedit inter artem rhetoricam et poeticam, sed etiam ex duobus vestigiis, quae nobis extant, concludi potest. Refertur enim apud Lucianum (ver. hist. II 29. 35) epistula, quam Ulixes Calypsoni mittit, apud Theophylactum Simocattam (54) Medea Iasoni scribit. Recentiora haec exempla dices, sed ego Lucianum veterum

triorum inventionem et arte' p. 32 sqq.) Propertium in epistulis amatoriis fingendis Ovidii imitatore fuisse contendit. Doctus ille vir tria argumenta profert: primum cum epistula ficta ad rhetorum pertineat exercitationes, Ovidium potius, qui et arti rhetoricae et elegiis scribendis operam dederit, inventorem talium epistularum fuisse; deinde augeri hanc suspicionem, si personas respicias, quas uterque introducat poeta; rhetores enim praecipue personas ex antiquis fabulis haustas in argumenta, quae tractabant, introduxisse; itaque Propertium argumentum e vita cotidiana sumendo fines epistularum amatoriarum amplificavisse. Tertium certo testimonio hoc probare Ovidium ipsum, qui dicat (Art. Amat. III 345 sq.):

Vel tibi composita cantetur epistula voce:

Ignotum hoc aliis ille novavit opus.

Sed, quae priore loco posuit vir doctissimus, argumenta facile refutantur. Neque enim solum Ovidius, sed etiam Propertius et elegiographus et rhetorum discipulus est, neque desunt praeexercitationum apud eum exempla (v. Reitzenstein, Hellenistische Wundererzählungen p. 167 sq.). Deinde, quia rhetores orationes personarum et finitarum et infinitarum, quas vitae debebant, imitabantur, ex personis, quas poetae elegiaci scribentes inducunt, uter prior epistulas confecerit, colligi omnino non potest. Restat notissimum Ovidii de se ipso praeconium, quod et priores (cf. Fridericum Leo, Göttinger Gelehrte Anzeigen 1901 p. 323, Peter l. l. p. 189 sq.) diversis modis interpretati sunt et nobis, si recte prosopopoeiarum naturam exposuimus, nullam iam pariet difficultatem. Nam si προγόμνασμα illud in duas quasi species dividitur, prosopopoeiam finitam et infinitam, qui alterius exempla primus metro elegiaco composuit, certe invenisse se aliquid dicere potuit, etiamsi unum alterius exemplum iam alius protulit. An nescimus, quam cupidi talis gloriolae huius aetatis poetae fuerint?

¹⁾ Conferas etiam locos Ovidii Artis Amatoriae, quibus de epistulis amatoriis poeta disserit (I 437—468 et III 469—498); quibus versibus amantes studium epistulas amatorias scribendi diligenter colere monet et argumentum et stilum harum tractat.

narrationes irridere scio, Theophylactum ex multo vetustioribus exemplaribus pendere facile possum demonstrare. Latinos certe neuter adiit fontes.

Sed alterum hucusque omisimus epistularum amatoriarum genus, quo narratiunculas contineri supra diximus, quas per simulatas litteras auctor refert. Cohærent autem hæ quoque cum exercitationibus rhetorum, cum etiam διήγησις inter progymnasmata non infimum teneat locum¹⁾. Etiam tales epistulas iam Alexandrina ætate editas et fortasse, ut ederentur, scriptas esse ostendunt ἐπιστολαὶ δειπνητικαί, quæ dicuntur, Hippolochi et Lyncei, quibus in libri formam redactis Athenæus sæpius utitur (IV 128a sqq.): Ἰππόλοχος ὁ Μακεδών . . . τοῖς χρόνοις μὲν γέγονε κατὰ Λυγκέα καὶ Δουρίν τοὺς Σαμίους, Θεοφράστου δὲ τοῦ Ἐρεσίου μαθητάς, συνθήκας²⁾ δ' εἶχε ταύτας πρὸς τὸν Λυγκέα, ὡς ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθεῖν ἔστιν ἐπιστολῶν, πάντως αὐτῷ δηλοῦν εἴ τιμι συμπεριεχθεῖη δειπνῶ πολυτελεῖ, τὰ ὁμοία καὶ κείνου ἀντιπροπίνοντος αὐτῷ. ἐκατέρων οὖν κίζονται δειπνητικαὶ τινες ἐπιστολαί, Λυγκέως μὲν τὸ Λαμίας τῆς Ἀττικῆς αὐλητρίδος ἐμφανίζοντος δειπνον Ἀθήνησι γενόμενον Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ, ἐπίκλην δὲ Πολιορκητῆ (ἐρῳμένη δ' ἦν ἡ Λάμια τοῦ Δημητρίου), τοῦ δ' Ἰππολόχου τοὺς Καράνου τοῦ Μακεδόνοιο ἐμφανίζοντος γάμοιο. καὶ ἄλλαι δὲ περιετύχομεν τοῦ Λυγκέως ἐπιστολαῖς πρὸς τὸν αὐτὸν γεγραμμέναις Ἰππόλοχον, δηλοῦσαις τό τε Ἀντιγόνοιο τοῦ βασιλέως δειπνον Ἀφροδίσια ἐπιτελοῦντος Ἀθήνησι καὶ τὸ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως. δώκομεν δὲ σοὶ ἡμεῖς καὶ αὐτάς τὰς ἐπιστολάς. ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ Ἰππολόχου σπανίως εὐρίσκεται, ἐπιδραμοῦμαι σοὶ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα διατριβῆς ἕνεκα νῦν καὶ ψυχαγωγίας. Cognoscimus igitur Athenæum epistulas Lyncei, quibus convivium sumptuosa, quæ Lamia³⁾ meretrix

¹⁾ Conferas, ut pauca exempla afferamus, Theonis cap. IV (Rhet. graeci I p. 182 sqq. ed. Walz, II p. 78 sqq. ed. Spengel), Quintiliani II 4, 2.

²⁾ Vides Athenæum prooemium epistularum, quæ in formam libri redactæ sunt, respicere.

³⁾ Utitur illa epistula, licet vix ab ipso inspecta, Plutarchus in Demetrii vita cap. 27: Χωρὶς δὲ τούτων αὐτῆ καθ' ἑαυτὴν ἡ Λάμια τῷ βασιλεῖ παρασκευάζουσα δειπνον ἡργυρολόγησε πολλοὺς. καὶ τὸ δειπνον ὅπως ἤνθησε τῇ δόξῃ διὰ τὴν πολυτελείαν, ὡστε ὑπὸ Λυγκέως τοῦ

et Antigonus et Ptolemaeus reges instruxerunt, depinxit, Hippolochi epistolam, cuius argumentum ad descriptionem epularum nuptialium Carani Macedonis pertinuit, novisse. Nonnullas reliquias ex hac Athenaeus, qui convivium Carani accurate describit, ad verbum affert. Cf. 128 d—130 d. 126 d. e: ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰππόλοχος ὁ Μακεδῶν ἐν τῇ πρὸς Λυγκέα ἐπιτολῇ, δι' ἧς ἐμφανίζει Μακεδονικόν τι δεῖπνον πολυτελείᾳ τὰ πάντα πανταχοῦ γενόμενα ὑπερβαλόν, μνημονεύει ὡς ἐκάστῳ τῶν δειπνούντων δοθέντων μύστρον χρυσῶν. IX 402 a. XIV 614 d. Altum deinde de talibus epistulis silentium, tamen et scriptas esse similes et a rhetoribus excultas spondet Alciphro. Facile enim est cognitu, quam arte illius epistolae III 46 (III 10 ed. Schepers). III 48 (III 12 Sch.). III 55 (III 19 Sch.), quibus parasiti convivia, quorum participes erant, secum communicant, cum epistulis Lyncei et Hippolochi cohaereant. Praeterea huic epistularum generi illae epistolae, quae descriptiones epularum et pomparum meretricum continent, attribui possunt. Cf. I 39 (IV 14 Sch.), qua Megara Bacchidi scribit, quibus rebus meretrices in convivio quodam, in quo Megara ipsa aderat, delectatae sint. Cum Lynceum convivium meretricum (Lamiae) iam descripsisse supra exposuerimus, cognationem quandam inter epistulas meretricias et convivales intercessisse constat. — Melesermi autem ἐπιτολάς κυμποσιακάς iam supra commemoravimus.

Amatoriae narratiunculae insigne exemplum in Aeschinis epistula X invenimus, cuius auctor certe nihil spectavit, nisi ut legentes lepida fabula delectarentur¹⁾. Sed neque, qua aetate composita sit epistula, equidem diiudicaverim, nisi quod Alexandrino aevo scripta esse videtur, neque arte illa cohaeret cum corporibus talium narrationum, quae ab epistolographis

Σαμίτου συγγεγράφθαι. Alludit ad eam etiam Alciphro (II 1, 8. IV 16 Sch.), qua epistula Lamia Demetrio scribens inducitur: εὐ οἶδα γὰρ ὅτι οὐ μόνον ἐν τῇ Θηριππίου οἰκίᾳ, ἐν ἣ μέλλω σοὶ τὸ τῶν Ἀφροδισίων εὐτρεπίζειν δεῖπνον, ἔσται διαβόητος ἡ παρασκευή, ἀλλὰ καὶ ἐν ὄλῃ τῇ Ἀθηναίων πόλει, νῆ τὴν Ἄρτεμιν, καὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι πάσῃ.

¹⁾ Cf. exitum epistolae: εὐ δὲ ἂν ἰκανῶς, οἶμαι, γελᾶσαι.

recentioribus componebantur. At Dellius corpus aliquod amatoriarum narrationum Cleopatrae misit, cf. Senecae suasoriarum I 7: 'hic est Dellius, cuius epistulae ad Cleopatram lascivae feruntur'. Quamquam nullae reliquiae, e quibus intellegi potest, qualis natura illarum fuerit, nobis extant, tamen id, quod Adolfus Kiessling¹⁾ de iis iudicat, reiciendum esse puto, qui dicit Dellium in epistulis Cleopatram maligne irrisisse²⁾. Cui propterea non assentior, quod epistulas lascivas amatoris pares esse mihi persuasum est; nam epistulae amatoriae quoque, quas Diotimus Epicuro tribuit, a Diogene Laertio X 3 ἀσελγεί, id est 'lascivae', appellantur; cf. etiam Ausonii Cent. nupt. XXVIII 4, qui Ciceronem in epistulis ad Caerelliam petulantem fuisse dicit. Dellium autem ipsum uxorem imperatoris sui M. Antonii aut adamasse aut amare finxisse minime credam, praesertim cum ita eam iocis, sed longe aliis, offendisse tradatur, ut ab insidiis eius sibi caveret³⁾. Restat igitur, ut lascivarum narrationum corpus credamus, quales confecerunt Aristaenetus alique. Non minus hoc certe homine Romano et milite indignum videbatur, quam quod Crassi comites inter Parthicum bellum Milesiis Sisennae fabulis delectabantur.

¹⁾ Cf. Kiesslingi adnotationes ad Horatii II 3 carmen.

²⁾ Ipse verbo 'boshafte Pamphlete' utitur.

³⁾ Cf. Plutarchi Antonii vitae cap. 59: Οὗτος (Δέλλιος) δὲ καὶ δεῖκαί φησιν ἐπιβουλὴν ἐκ Κλεοπάτρας, Γλαύκου τοῦ ἰατροῦ φράσαντος αὐτῷ. προσέκρουσε δὲ Κλεοπάτρα παρὰ δεῖπνον εἰπὼν, αὐτοῖς μὲν δεῖν ἐγχεῖσθαι, Σάρμεντον δὲ πίνειν ἐν Ῥώμῃ Φαλερίνον. ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριον, ἃ δηλῆκία Ῥωμαῖοι καλοῦσιν.

Caput III.

Quoniam satis exposuisse videmur, quales epistulae amatoriae ante Alciphronem, Philostratum, Aristaenetum extiterint, nunc de his disserere et examinare, quae cognatio inter illas et studia rhetorica intercedat, in animo habemus. Alciphro, qui saepe Luciani libris¹⁾ exemplaribus utebatur, in prosopopoeiis scribendis magna cum diligentia versatus personarum, quas epistulas mittentes fecit, mores conditionibus quam maxime accomodavit et prosopopoeias finitas et infinitas composuit; neque enim solum piscatores, rusticos, parasitos scribentes induxit, sed etiam in libro quarto editionis Schepersianae, qui epistulas meretricias continet, epistulas hominum, qui re vera Athenis floruerunt, profert, velut II 3. 4 (IV 18. 19 Sch.), Menandri et Glycerae, I 30 (IV 3 Sch.), Bacchidis ad Hyperidem, II 2 (IV 17 Sch.), Leontii ad Lamiam, aliorum epistulas. Neque solum in prosopopoeiis, sed etiam in laudibus scribendis Alciphro versatus est, cf. I 38 (IV 11 Sch.) epistolam, cuius argumentum laus Bacchidis, mortuae meretricis, est. Cognoscimus igitur, quam arte Alciphronis epistulae cum primis amatoriis epistulis, quarum fragmenta vidimus, cohaereant; nam ἐγκώμια puerorum in epistula Lysiam, meretricum in orationibus Cephalum et Alcidamam composuisse memoria tenes. Hac in una re Alciphro a rhetoribus illis dissentit, quod mortuam meretricem laudavit²⁾. Operae fortasse pretium

¹⁾ H. Reich ('De Alciphronis Longique aetate', Regimont. 1884) Alciphronem paulo post Lucianum, ante Aelianum vixisse ostendere conatur.

²⁾ Epistolographos saepe laudes mortuorum composuisse ex nonnullis epistulis Plinianis, velut II 1, intellegitur. Accedit, quod etiam exeunte antiquitate hic mos servabatur; cf. vitae Hilarionis, quam Hieronymus scripsit, prologum: 'quamquam enim sanctus Epiphanius, Salaminae Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est,

erit cum his laudibus Propertii carmen I 8 b conferre¹⁾. Eodem fere modo Alciphro et Propertius narrant ab amatis puellis divites amatores spreto esse; illas nulla pecunia corruptas fidem pauperibus amatoribus conservasse. Neque enim Cynthia deserto poeta cum praetore locuplete in Illyriam profecta est, et Bacchis, quae epistula Alciphronis laudatur, Meneclidis gratia opes, quas Medus et Aegyptius mercator ei promiserant, parvi aestimavit. Cf. Propertii I 8 b, 33—38:

Illa vel angusto mecum requiescere lecto
 Et quocumque modo maluit esse mea,
 Quam sibi dotatae regnum vetus Hippodamiae,
 Et quas Elis opes ante pararat equis.
 Quamvis magna daret, quamvis maiora daturus,
 Non tamen illa meos fugit avara sinus.

et Alciphronis epist. I 38 (IV 11 Sch.), 4: οἷθα τὸν Μῆδειον ἐκείνον τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δευρὶ κατάραντα, μεθ' ὅσῃς θεραπείας καὶ παρασκευῆς ἐκόβει, εὐνούχου ὑπερνούμενος καὶ θεραπείνας καὶ κόσμον τινὰ βαρβαρικόν· καὶ ὁμοιωτικῶς αὐτὸν οὐ προκίετο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ μὲν ἡγάπα κοιμημένη χλανίσκιον τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικόν, καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν γλίχρωσ αὐτῇ πεμπομένοις ἐπανέχουσα τὰς σατραπικὰς ἐκείνας καὶ πολυχρότους δωρεὰς διωθέϊτο. τί δαί; τὸν Αἰγύπτιον ἔμπορον ὡς ἀπεσκοράκιον ὅσον ἀργύριον προτείνοντα. Si versus Propertianus cum Alciphronis epistula comparaveris, poetam Romanum et epistolographum non solum sensu, sed etiam singularibus rebus, velut commemoratione vilis lectuli, quo pauper amator utitur, inter se congruere cognosces. Quodsi quaeris, unde uterque hunc locum repetierit, elegiam fontem fuisse haud crediderim. Constat Propertium in priore carminis parte

laudem eius brevi epistula scripserit, quae vulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes et eiusdem epistolam XXIV, qua vitam sanctam Asellae laudat: 'nemo reprehendat, quod in epistulis aliquos aut laudamus aut carpimus'. Hieronymum enim satis multas epistulas ad exempla rhetorum composuisse vix est, quod moneam.

¹⁾ Eiusdem carmen II 3 nihil fere continere nisi ἐγκώμιον ἐταίρας in transcursu moneo.

Gallum imitatum esse, qui, cum Cytheris Antonium in Galliam secuta esset, de amicae perfidia flebilem composuerat elegiam. Sed non minus constat alteram carminis partem ab ipso Propertio adiectam esse neque ulla cum Galli elegia similitudine contineri; nam Cynthia fidem servat, ruperat Lycoris. Equidem crediderim in laudibus meretricum saepius haec, quae a moribus traditis illarum quam maxime abhorrebant, a rhetoribus narrata et celebrata esse¹⁾. Rhetorem etiam sapiunt breves illae laudes aut vituperationes maris aut terrae²⁾ neque minus *συγκρίσεις*³⁾ illae vitae rusticae et piscatoriae, velut I 3. 4. 25 (II 4 Sch.), aut declamatio⁴⁾ contra militem, ut III 36 (II 34 Sch.). Sed immorari his nolo. Alciphronis enim epistulis viri docti⁵⁾ ad elegias recuperandas usi non sunt; nam merito contendunt similitudines, quae inter epistulas Alciphronis et novas comoedias intercedunt, recta via ex his in illas manasse, non alii fonti, qui medius sit inter epistulas et comoedias, deberi⁶⁾.

¹⁾ Non magis ex aliis locis quoque, quibus Propertius et Alciphro consentiunt, concludi potest elegias exemplaria eorum fuisse; cf. Propertii II 15, 41 sqq.:

Qualem si cuncti cuperent decurrere vitam
Nec pressi multo membra iacere mero,
Non ferrum crudele esset neque bellica navis,
Nec nostra Actiacum verteret ossa mare

et Alciphronis I 34 (IV 7 Sch.), 6: οὐδὲ εἰς ἑταίρα ὁμιλῶν τυραννίδας ὀνειροπολεῖ καὶ στασιδίζει τὰ κοινὰ κ.τ.λ.

²⁾ Quibus cum argumentis comparēs rhetorum ἐγκώμια ἕαρος, χειμῶνος aut ψόγους θέρους. (Rhet. graeci I p. 331 sqq. ed. Walz).

³⁾ De comparationibus disserit Theo in capite IX (Rhetores graeci I p. 231 ed. Walz, II p. 112 ed. Spengel).

⁴⁾ Cf. de huiusmodi τόπω Theonis cap. VII (Rhet. graeci I p. 222 ed. Walz, II p. 106 Spengel).

⁵⁾ Cf. Leo, Plautinische Forschungen p. 128: 'Alciphro hat eine wahre Fülle von Wendungen und Motiven, die direkt mit Plautus und Terenz zusammentreffen; er war ohne Zweifel selbst in der Komödie belesen'.

⁶⁾ In nomina propria personarum nuper Th. Sondag inquisivit ('De nominibus apud Alciphronem propriis', Bonn 1905), qui p. 88 l. l. dicit: 'Nominum e comoedia ortorum haud magnum numerum invenimus'. Constat tamen Alciphronem in nominibus fingendis isdem legibus atque comoediographos usum esse. Multa nomina a moribus atque conditionibus personarum derivata sunt, velut, ut exemplum afferam,

Neque enim singulae sententiae, sed etiam nonnulla argumenta ab Alciphrone ex comoediis hausta sunt. Cum iam Ernestus Seiler¹⁾ et Wolfgang Volkmann²⁾ locos, quibus epistulae et comoediae inter se consentiunt, comparaverint, unum exemplum afferre satis esse videtur. In Plauti Pseudoli v. 274 sqq.³⁾ (I 3, 40 sqq.) Ballio leno Callidorum consuetudine amatae meretricis diutius uti vetat. Isdem fere verbis in Alciphronis I 36 (IV 9 Sch.) Petala, avara meretrix, Simalionem, pauperem amatorem, qui loco donorum splendorum rosas solas ei misit, quamquam dolore affectus est, excludit. Non solum conditiones, in quibus adulescentes versantur, eadem sunt, sed etiam Alciphronis epistula et Pseudoli versus multis singulis sententiis⁴⁾ inter se consentiunt.

adulescens, qui militiam agriculturae praefert (III 16. II 13 Sch.), Thrasonides audit, sicut Thraso Terentianus ille miles. Parasitorum, quae in comoedia fuerunt, epitheta mutat in nomina propria (Sondag p. 89. 90). In componendis nominibus saepe versatus est, sicut comoediographi (Scholia in Dionysii Thracis artem grammaticam ed. Hilgard p. 149, 27: καὶ ἔστιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἡ σύνθεσις ἐκ δύο λέξεων, γίνεται δὲ καὶ ἐκ τριῶν, ὡς δυσκαριστοκεία, παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς κ. τ. ξ. Sondag p. 91). Singula tamen nomina utrum ipsis comoediis debeat necne, nemo diiudicabit. Meretricum nomina celeberrima certe non ex illis repetiit.

¹⁾ Vide eius adnotationes ad Alciphronis epistulas, quas ipse edidit Lips. 1856.

²⁾ Cf. Wolfgang Volkmann, 'Studia Alciphronica', Vratislav. 1886. Qui tamen longius progredi interdum mihi videtur. Conferas, si tanti est, locum Alciphronis I 11 (I 14 Sch.), 2: τί οὖν, ὦ βέλτιτε, δρῶμεν; φεύγομεν ἢ μένομεν; quem propter Plauti in Curculione (IV 4, 33) verba: 'quid ego faciam? maneam an abeam?' e comoedia repetit Volkmann (p. 29). Confirmari fortasse videtur sententia Eupolidis comici verbis, quae nuper contra Kockii suspensiones (Comicorum Atticorum fragmenta vol. I p. 342 fragm. 314) defendit Reitzensteinus ('Der Anfang des Lexicon des Photius', Leipzig 1907, p. XIX sq.): ὁ μὲν γὰρ λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ μένωμεν πείθει. Si tamen respexeris etiam Rufinum (Anthol. Pal. V 75, 6) eandem proferre sententiam ipsisque in verbis: ὥστε τί ποιοῦμεν; φεύγομεν ἢ μένομεν; propius ad Alciphronem accedere, iam opinor, mecum facies, qui locum e comoedia petitum nego.

³⁾ Volkmann l. l. p. 24.

⁴⁾ Cf. Plauti Pseudoli v. 274: 'Misereat, si familiam alere possim misericordia' et Alciphronis I 36 (IV 9 Sch.), 1: ἐβουλόμην μὲν ὑπὸ δακρύων οἰκίαν ἑταίρας τρέφεσθαι.

Itaque apparet Alciphronem a Graeco exemplari Plauti Pseudoli pendere. Atque hoc quidem in confesso, ut aiunt, sit. Ceterum Kockium, qui longius progredi totasque comoediarum scaenas ex his epistulis recuperare sibi posse videbatur (cf. *Hermis* vol. XXI (1886) p. 372 sqq., *Comicorum Attic. frag.* vol. III p. 674 sqq.¹⁾) bene refutavit Leo (*Plautinische Forschungen* p. 127 sq.). Etsi enim detur Alciphronem quaedam ex ipsis comoediis paraphrasi vertisse, eam fuisse in his ipsis paraphrasis componendis rhetorum artem, ut versus quam maxime dissolverent, neque poetae verba inde restitui posse constat. Multo saepius certe rhetor comoediam imitatur, non transcribit. Quod nos eo libentius probamus, quia rhetorum epistulas, ut exempla prosopopoeiarum, compositas esse, ipsumque Theonem discipulis suasisse, ut Menandri exemplar imitarentur, supra vidimus.

Transeo ad Philostratum, cuius epistulae vitam ipsam magis imitantur. Vides eum aut dona epistulis prosequentem, cf. ep. 2 (30) et 54 (58), aut excusantem, cur dona non miserit, ep. 4 (37). Quasi exemplaria haec dixeris earum epistularum, quae amatoribus quotidie scribendae erant²⁾. Ab usitata epistularum forma recedunt aliae, cum nihil nisi sententiam brevem proferant, velut 52 (74): Οὐ τὸ ἐρᾶν νόκος, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐρᾶν· εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὄρᾶν τὸ ἐρᾶν, τυφλοὶ οἱ μὴ ἐρῶντες. 43 (3): Τὸ ἐρῶντα καρτερεῖν σωφρονέστερον τοῦ μὴδ' ἐρασθῆναι· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὰ πολεμικὰ ἄνδρες οὐχ οἱ μὴ τρωθέντες, ἀλλ' οἱ νικῶντες ἐν τραύμασιν. 44 (6): Τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι Λυκίου δόξα, τὸ δ' ἐρῶντι δοκεῖ Πλάτωνι, κοὶ δὲ καὶ ἐρῶντι καὶ μὴ ἐρῶντι. τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδεὶς, λαῖς δ' οἶμαι ἐπῆνει. Sed ne his quidem deest exemplar, ad quod compositae sint. Philosophorum enim atque maxime Apollonii Tyanensis epistulas imitantur, quas ipse Philostratus collegerat et ad vitam Apollonii scribendam adhi-

¹⁾ Idem etiam de Aristaeneto loco laudato Kockius contendit; in illo ne specie quidem veri adiutus.

²⁾ Qua rhetorum arte talia exculpta sint, probabit etiam Hieronymus in epistula 31, 3, qua Eustochio virgini, quae ei canistrum cerasis impletum miserit, gratias agit.

buerat¹⁾. Illae saepe tam breves²⁾ sunt, ut ex una sententia constant, qua auctor exponit, secundum quas leges homines vivere oporteat. Etiam magis philosophiae studiis imbutum Philostratum dices, si contempleris, quomodo θεέεις illas, quae et a philosophis et a rhetoribus tractabantur³⁾, adhibuerit ad epistulas conscribendas. Cum celeberrimi alterius p. Chr. n. saeculi sophistae philosophiam cum arte rhetorica coniunxerint — Dionem sufficit et Favorinum et Maximum illum Tyrium nominasse —, nemo mirabitur Philostratum quoque saepius in epistulis philosophorum argumentis rhetorice uti neque ita raro cum Cynicorum sermonibus, qui διατριβαί⁴⁾ vocantur, aliquid commune habere. Ut enim Teles Cynicus de exilio agit et probare studet exilium ab hominibus falso malum appellari, ita Philostratus epist. 8 (46). 28 (47). 39 (70) negat exilium rem molestam esse. Sed non a Cynicis tantum hoc argumentum tractatum esse, sed in consolationibus ab omnibus adhibitum summaque arte excultum vel Cicero docet Tuscul. III 34, 81. 82 (*separatim certae scholae sunt de exilio ...

¹⁾ Cf. Philostrati vitam Apollonii I 24, 3. III 51.

²⁾ Cf. epistulas Apollonii 21. 22 (Epistolographi graeci p. 114 ed. Hercher). 81 (l. l. p. 126) aliasque.

³⁾ De thesibus sive quaestionibus cf. supra p. 15, Theonis cap. XII (Walz l. l. I p. 242, Spengel l. l. II p. 120), Quintiliani III 5, 4, Ciceronis Topic. 21, 79—81, Part. orat. 18, 61. Dividi eas notum est in infinitas (θέεις) et finitas (ὕποθέεις) et in quaestiones cognitionis (θεωρητικά) et actionis (πρακτικά), quae ad vitam pertinent, ut 'an uxor ducenda sit'. Rhetorum primum Hermagoram quaestiones tractasse Arnim in libro, qui inscribitur 'Leben und Werke des Dio von Prusa', Berlin 1898, (I p. 93) suspicatur et, quamdiu inter philosophos et rhetores lis fuerit, utrius esset θεέεις componere, optime docet. Proprium, ut hoc addam, genus constituit Cicero; non iam in scholasticam et demonstrativam, sed in ipsam civilem eloquentiam illas transferre conatus est, cf. prooemium disputatiuncularum, quibus titulus est 'Paradoxa Stoicorum': 'Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus, ... et degustabis genus exercitationum earum, quibus uti consuevi, cum ea, quae dicuntur in scholis θεωρητικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus'.

⁴⁾ De diatribis cf. Udalicum de Wilamowitz-Moellendorf, Kultur der Gegenwart I^o p. 99. 100.

Haec Graeci in singulas scholas et in singulos libros dispersiunt¹⁾ exempla dabant et Senecae 'Consolatio ad Helviam matrem' et notum illud colloquium Philisci cum Cicerone apud Cassium Dionem XXXVIII 18 sqq.¹⁾. Videbis magnum numerum inesse in his libris locorum communium, quos alter alteri tradit. Afferunt enim exempla clarorum virorum, qui patria pulsi sint²⁾, aut docent omnia in mundo locum mutare³⁾ et patriam esse, ubicumque sis.

Non aliter de Philostrati 7 (44) epistula iudicandum est, quae cum commentationibus rhetorum περί πενίας vel φόρος πλούτου bene congruit. Ut sermo περί φυγής, ita diatriba περί πενίας και πλούτου, qua incommoda divitiarum tractantur, a Telete composita est. Quanta similitudo inter epistolam Philostrati et Libanii dissertationem (φόρος πλούτου, tom. IV p. 978 ed. Reiske) intercedat, iam Gollnischius ('Quaestiones Elegiacae' p. 41. 42) ostendit. Nam ut, quam parva vis divitiarum sit, probent, exemplis fere isdem heroum et deorum utuntur. Cf. Philostrati 7 (44): ὁρῶ δ' ἐγὼ και τὸν Ἡρακλέα ἐν ταῖς γραφαῖς δορὰν θηρίου περιβεβλημένον και τὰ πολλὰ χαμαὶ καθεύδοντα, τὸν δ' Ἀπόλλωνα και ψιλῶ Ζώματι ἢ δικεύοντα ἢ τοξεύοντα ἢ τρέχοντα et Libanii verba: πλούτος οὐκ ἔστι παρὰ θεοῖς οὐδὲ ἀργυρος και χρυσίον, και σκεύη και ἐσθήματα· οὐδ' ἕτερος εὐπορώτερος ἑτέρου . . . ἄλλ' οὐδὲ τοὺς εὐδοκίμησαντας παῖδας τῶν θεῶν εὐροιμεν ἂν περί χρημάτων σπουδάζαντας, οἷον Ἡρακλέα και Θησέα και Πειρίθουν και πολλοὺς ἑτέρους (cf. Luciani figurati 'Cynicum' cap. XIII. XX). Praeterea Philostratus et Libanius, ut ostendant paupertatem divitiis praefereendam esse, exemplum Xerxis Persarumque, qui divitiis insignes a Graecis pauperibus victi sint, adhibent. Cf. Philostrati 7 (44): οἱ δὲ Περσῶν βασιλεῖς τρυφῶσι και μετέωροι κάθηνται τὸν πολὺν χρυσὸν περιβαλλόμενοι· τοιγαροῦν ἔπασχον κακῶς ὑπὸ τῶν πενήτων

¹⁾ De commentationibus περί φυγής cf. A. Giesecke, 'De philosophorum veterum, quae ad exilium spectant, sententiis'. Lipsiae 1891.

²⁾ Cf. Cassii Dionis XXXVIII 27, 3 et ep. 39 (70) Philostrati multosque alios locos.

³⁾ Cf. Senecae 'ad Helviam matrem de consolatione' VI 2, Philostrati 39 (70), Plutarchi 'de exilio' cap. 5 (p. 600 E. F): φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πατρίς κ.τ.ε.

Ἑλλήνων νικώμενοι . . . ἄπιθε πρὸς τὰς μάχας, οἱ μὲν πολυτελείς καὶ χρυσοὶ τοῖς ὄπλοις λείπουν τὰς τάξεις, ἡμεῖς δ' ἀριστεύομεν ἐν Libanium I. I. p. 980 sq.: (οἱ πλούσιοι) καὶ φεύγουσι καὶ οὐδὲ τὸν κτύπον ὑπομένουσι τῶν ἀσπίδων . . . Ξέρξης ὁ τῆς Ἀσίας δεσπότης, ὁ μεταποιῶν τὴν γῆν τε καὶ θάλασσαν, ὑπ' ἀνδρῶν ὀλίγων ἠλαύνετο. Qua de causa Philostratum illi epistulae, qua de amore pauperis agit, similiter atque epistulis, quibus amorem peregrini tractat, sententias libris rhetorum, qui de paupertate disserebant, debitas inseruisse manifestum est.

Nunc epistulas 24 (54) et 25 (55) tractemus, quibus puerum vel puellam de ira desistere iubet et exponit, quantopere ira pulchritudini noceat. Notum est et philosophos, quorum alteri, Peripateticos dico et Epicureos, iram hominibus propterea prodesse adfirmant, quod fortitudini augendae prospiciat, alteri, Stoici scilicet, illam summum malum esse contendunt, et rhetores, ut Libanium (tom. IV p. 984 ed. Reiske), de ira agere.

Ut accuratius examinemus, quali e fonte epistolographus hauserit, Senecam primum inspiciamus, qui 'de ira' I 1, 3 et II 35, 3 sqq., quam turpis irati facies fiat, describit. Compares Philostrati epistulam 24 (54): ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτε μὲν ὀργῆς ἐκράτει, καλὸς ἦν et 25 (55): μὴ τραχεῖα γίγνου, μὴ φοβερά, μὴ ἀποκτεροῦ τὸ κάλλος et Libanium, qui et ipse l. c. faciem irati depingit. Iam ex eo, quod attulimus, intellegi potest Philostratum e fonte rhetorico, cuius auctor argumentum a philosophis repetiit, hausisse. Quod ita se habere ex Ovidii, discipuli rhetorum, Artis Amatoriae vv. III 503—508 cognoscimus. Postquam, quomodo ira faciei noceat, verbis:

Ora tument ira, nigrescunt sanguine venae,

Lumina Gorgoneo saevius igne micant,

similiter ac Seneca II 35, 3 et I 1, 4, descripsit, exemplo Palladis tibiam, quae vultus eius deformet, in ripam iacentis utitur (Artis Amat. v. III 505 sq.):

'I procul hinc', dixit, 'non es mihi, tibia, tanti',

Ut vidit vultus Pallas in amne suos.

Idem in Philostrati 25 (55) epistula legitur: ἡ δ' Ἀθηνᾶ καὶ ἔρριψε τὸν αὐλὸν ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχεῖντα. Unde hoc sumpserint, quaerendum est. Ovidius in versibus 507. 508:

Vos quoque si media speculum spectetis in ira,
Cognoscat faciem vix satis ulla suam,

ut irati speculo utantur, imperat. Irae enim remedium esse, cum, quam facies foeda fiat, irati cognoscere possint. Cui hoc consilium debeat, e Senecae 'de ira' II 36, 1 intelleges: 'quibusdam, ut ait Sextius, iratis profuit aspexisse speculum, perturbavit illos tanta mutatio sui; velut in rem praesentem adducti non agnoverunt se'. Ex testimonio Senecae, qui Sextium laudat, philosophos in diatribis, ut irati speculum aspiciant, monere solere concludi potest. Ovidium a libris eorum pendere non verisimile est; nam ipse et Philostratus morem rhetorum secuti ei, quod philosophus suadet, ut irati speculum aspiciant, Palladis exemplum tibiam in amnem, quo speculo utitur, iacientis addunt. Quae cum ita sint, fons utriusque commentatio rhetoris, qui de ira disseruit, esse videtur. Qui ut, quam iratos speculum spectare utile sit, ostendat, exemplum deae affert; quod, quia buccae irati similiter ac tibia canentis tument, maxime idoneum est. Id, quod exposuimus, confirmatur Plutarcho, cf. 'de cohibenda ira' cap. 6 (vol. III p. 186 ed. Bernardakis). Qui postquam exposuit, quomodo facies ira mutetur, medicinam irae speculum esse dicit: ἐμοὶ δ' εἴ τις ἐμμελής καὶ κομπὸς ἀκόλουθος ἦν, οὐκ ἂν ἠχθόμεν αὐτοῦ προσφέροντος ἐπὶ ταῖς ὀργαῖς ἔσοπτρον . . . τὸ δ' αὐτὸν ἰδεῖν παρὰ φύσιν ἔχοντα καὶ συντεταραγμένον οὐ μικρὸν ἔστιν εἰς διαβολὴν τοῦ πάθους. καὶ γὰρ καὶ τὴν Ἀθηναίαν λέγουσιν οἱ παίζοντες αὐλοῦσαν ὑπὸ τοῦ κατύρου νοθετεῖσθαι καὶ μὴ προσέχειν:

Οὐ τοι πρέπει τὸ σχῆμα· τοὺς αὐλοὺς μέθεε
Καὶ θῶπλα λάζευ καὶ γνάθους εὐθημόνει·

θεασαμένην δὲ τοῦ προσώπου τὴν ὄψιν ἐν ποταμῷ τινι, δυσχερᾶναι καὶ προσέσθαι τοὺς αὐλοὺς. Non dubium igitur est, quin Ovidius¹⁾ et Philostratus hunc locum e libris rhetorum hau-

¹⁾ Apud Ovidium 'tumere' idem ac 'sufflare' et 'se sufflare', quod verbum ad iratos et ad tibia canentes pertinet, significat. Cf. Plauti Stichum 723 sq.:

Age tibi cen, quando bibisti, refer ad labeas tibias.
Suffla celeriter tibi buccas quasi proserpens bestia.

serint, qui ad sermones philosophorum, fortasse Stoicorum, quorum doctrinae Sextiorum sententiis simillimae erant, spectaverunt.

Quoniam ex illis epistulis, quibus Philostratus de ira, de exilio, de paupertate agit, intellegi potest epistolographum saepe in studiis rhetorum, quorum argumenta ex diatribis hausta sunt, versatum esse, iam ad epistulas 30 (58) et 31 (60) tractandas transeamus, quarum altera, ut mulierem quandam ad moechandum incitet, causas affert, cur adulter marito in amore praefendus sit, altera de periculis moechi disserit. Coniecerim Philostratum ab aliis epistulis amatoriiis, quae idem argumentum tractant, pendere. Quod confirmatur epistula Clementinis inserta V 9 (p. 65 sqq. ed. Paul de Lagarde), cuius auctor Appio fingitur; qui epistolam ad puellam a Clemente amatam componens inducitur: καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο εἰ ἐπιτεῖλαι αὐτῇ δυνατὸν ἐστιν. κἀγὼ ἔφην ὀδυνατὸν τοῦτό γε. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη ἔτι τῇ νυκτὶ ταύτῃ συγγράψω βιβλίον, μοιχείας ἐγκώμιον, ὅπερ σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν διαπέμψεις αὐτῇ, καὶ ἐλπίζω ὅτι πεισθεῖσα συνθήσεται. Non solum argumento, sed etiam singulis rebus Philostrati et Clementis epistulae inter se consentiunt. Uterque epistolographus enim, ut mulieres amatas ad amorem adulteri impellant, exemplo Iovis, summi dei, utitur et mutatas formas, quas adhibuerit in moechando, et clarissimos liberos, qui ex adulterio Iovis nati sint, enumerat. Cf. Clementin. V 11 (p. 66 ed. Lagarde): αὐτίκα γοῦν ὁ Ζεὺς αὐτὸς . . . μυρίαὶς συνῆλθεν γυναιξίν . . . et 12 (p. 67 ed. Lagarde): ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ Ἦραν οὐσαν γαμεῖ, . . . ἔξ ἧς Ἦβη τε καὶ Εἰλείθυια ἐγένετο . . . μίγνυται δὲ καὶ Ἀντιόπη τῇ Νυκτέως, κατέρω παρεικασμένος, ἔξ ἧς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος γεγόνασιν κ. τ. ξ. cum Philostrati 30 (58): οὕτω . . . βοὶ Ζεὺς καὶ χρυσῷ

Cf. et Bacchid. 603: 'sufflatus ille huc veniet' et Casinae 582: 'nescioquid se sufflavit uxori suae'. Apud Graecos verbum φυσᾶν idem significat. Cf. Aristophanis Thesmophoriazusas 221: κἀθιζε. φύσα τὴν γνάθον τὴν δεξιᾶν et Aves 859: παῦσαι σὺ φυσῶν, quibus locis hoc verbum ad tibiis canentes spectat, Euripidis Iphigeniam in Aulide 381: εἰπέ μοι, τί δεινὰ φυσᾶς αἰματηρὸν δμῦ' ἔχων, quo loco δεινὰ φυσᾶν 'iratum esse' significat.

ὑδατι καὶ δράκοντι καὶ ἄλλοις προκαλύμμασιν, ἀφ' ὧν Διόνυσος καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἡρακλῆς, οἱ ἐκ μοιχείας θεοί¹⁾. Easdem tamen epistulas etiam cum philosophorum tractatibus quaedam communia habere Horatii docet satura I 2, quae aut Cynicam περὶ μοιχείας diatribam aut Epicurei cuiusdam sermonem referre videtur. Et Horatii et Philostrati adulter concessam spernunt venerem, quia dulcius sit, quod non licet. Cf. Philostrati epist. 30 (58): οὐχ οὕτω γὰρ εὐφραίνει τὸ φανερόν τῆς ἐξουσίας ὡς τὸ ἀπόρρητον τῆς ἡδονῆς, πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον et Horatii Sat. I 2, 105²⁾. Uterque deinde adulteri pericula enumerat (Philostratus ep. 31 (60), Horatius sat. I 2, 38 sqq.). Sed haec hactenus; neque enim quisquam Philostratum a rhetorum maxime exercitationibus pendere negabit et brevi ad eum redeundum erit.

Aristaenetus restat, qui plane diversum genus secutus in epistulis plerumque narratiunculas profert, quas quam maxime fugit Philostratus, etsi nonnumquam etiam colloquia quasi narrationis vice funguntur. Quam vetustum sit hoc genus epistularum, supra vidimus (p. 36 sqq.). Narrationes ipsas in duas classes distribuimus: altera eas continet epistulas, quarum scriptor de se ipso narrat primaque verbi persona utitur³⁾; altera eas, in quibus res, quae narratur, neque ad eum, qui scribit, neque ad eum, qui recipit epistolam, pertinet, tertia verbi persona in narrando adhibetur, epistolae forma aut aegre aut omnino non retinetur, cum scriptor sine ullo prooemio interdum narrare incipiat (velut I 10)⁴⁾. Utrumque narrationum genus

¹⁾ Rhetorum exercitationes auctori Clementinarum ante oculos versatos esse probatur etiam responso, quod apud illum dat mulier (V 20). Simili modo sibi respondent apud poetam Ovidianum epistolae Heroidum XV et XVI.

²⁾ Cf. Anthol. Pal. XII 102 et V 219 Callimachi et Pauli Silentiarum epigrammata.

³⁾ Cf. I 2. 4. 7. 16. 20. 25 et II 4. 8. 11. 12 aliasque.

⁴⁾ Cf. I 5. 6. 9. 11. 19. 21. 22 et II 18. 19. 22 aliasque. Epistulari igitur forma uti potest auctor, ut varias narratiunculas uno in volumine coniungat. Hanc quoque epistolae formam ab utriusque linguae rhetoribus excultam esse lepido exemplo probat Hieronymi prima epistula.

in Apulei quoque *Metamorphoseon* libris inveniri notum est. Lucius et narrat, quid ipsi sibi acciderit, et fabulas, quas ab aliis audierit, refert tertia usus verbi persona. Qua de re nonnulli viri docti illas narrationes cum fabulis, quae dicuntur, romanensibus cognatas, has Milesiacarum fabularum quasi simillimas contendunt. Utrumque genus, si diligenter inspicias, cum Aristaeneti epistulis haud raro ita concinere intelleges, ut dubitari non possit, quin epistolographus ad eadem genera narrationum amatoria spectaverit, in quibus Apuleius versabatur. Conferas, quomodo apud Apuleium II 7 sqq. Lucius Fotidis amores describat, cum Lampriae narratiuncula apud Aristaenetum I 16. Nascentem uterque amorem isdem fere coloribus depingit; finit Aristaenetus descriptionem per ἀποσιώπησιν his in narrationibus notissimam: τὰ δ' ἄλλα (οἷδας γὰρ ὅποια τὰ λοιπά) νόει μοι κατὰ καυτόν, ὦ φιλότης, οὐδὲν περιττοῦ δεόμενος λόγου. λέξω μέντοι τοιοῦτον, ὡς πρὸς ἀλλήλους ἐφιλονεικοῦμεν δι' ὄλης τῆς νυκτός, ἀμιλλώμενοι τίς φανεῖται θατέρου μᾶλλον ἐρῶν κ.τ.ξ., quae tamen ipsa verba cum Apuleio conferri possunt II 17: 'proeliare', inquit, 'et fortiter proeliare; nec enim tibi cedam nec terga vortam'. Cum Apulei narratione et Aristaeneti epistula velim compares Propertii celeberrimam elegiam II 15, qua noctem amatorie cum Cynthia peractam describit. Num et hic necessarium dices elegiam Alexandrinorum illis scriptoribus exemplar praebuisse? An satis videbitur, si extitisse tales de felicissima nocte narratiunculas tibi probamus, quarum ad exemplar, quid ipsis acciderit, referre conantur?

Non aliter atque de Propertii II 15, de Ovidii elegiis II 7. 8, quae cum Aristaeneti epistula II 7 congruunt, iudicandum est. Quamquam illa ad alterum genus narrationum, ad alterum elegiae Ovidii pertinent — poeta Romanus de se profitetur, quod de alio quodam epistula narrat —, argumentum tamen idem est: apud utrumque ancilla dominae rivalis fit. Certe Ovidius rhetorum usus artificio, qui orationem ex narratione efficere conabantur (cf. Theo cap. IV, Walz l. l. I p. 194 sqq., Spengel l. l. II p. 87 sqq.), narratiunculam in duas transfert

declamationes¹⁾, quarum altera in suspicionem ruptae fidei vocatus se defendit, altera ancillae persuadere vult, ut se amare pergat, lepideque minatur, si illa precibus suis resistat, se dominae nuntiaturum esse eam amori suo antea amore respondisse²⁾. Quodsi contendis poetam Romanum ab elegia Alexandrina pendere, equidem quamvis narratiunculam amatoriam licet soluta oratione scriptam suffecisse respondeo, ut Ovidio quasi ansam ad haec carmina daret; nisi forte vita ipsa haec obtulit, atque ille re vera, quae ipsi acciderant, narravit.

Ad Apuleium revertor easque fabulas, quae Milesiarum, ut volunt viri docti, similes historiae de Lucio insertae sunt. Hae quoque arte congruunt cum quibusdam Aristaeneti epistulis. Conferas enim Apulei *Metamorphoseon* IX 5—7. 17—21. 24. 25 et Aristaeneti epistulas I 5. 9 et II 22. Facile est cognitu scriptores in eodem genere narrationum versari; nam et Apuleius et Aristaenetus enarrant, quibus dolis uxores et amatores illarum utantur, ut maritos decipiant. Certum vides fabularum genus ab utroque auctore in suos usus conversum³⁾.

Sed non hoc tantum narrationum genere Aristaenetus utitur; adhibet etiam historicorum libros et ipsa quoque Alexandrinorum carmina. Incipiamus ab epistula I 13⁴⁾, cuius

¹⁾ Simili artificio Ovidius inter se coniungit elegias I 11 et 12, Propertius carmina I 8 a et 8 b.

²⁾ Conferas Ovidii praecepta (*Art. Amat.* I 351 sqq.), Propertii III 15.

³⁾ Duo sufficiant exempla, ut cognoscas, qualis cognatio inter illas epistulas Aristaeneti et fabulas Apulei intercedat. In *Metamorph.* IX 5—7 mulier quaedam, cuius maritus subito et exopinato domum redit, amatorem dolio occulit. Quod cum maritus alicui homini, qui illud secum ferre in animo habet, vendere velit, mulier simulat moechum quasi emptorem in dolium descendisse, ut firmitatem illius examinet. Maritus fretus verbis uxoris adultero dolium vendit, praesertim cum ille septem, alter solum quinque denarios offerat. — Conferas Aristaeneti epistolam II 22, cuius finis intercidit: uxor, cuius maritus ex inopinato redit, adulterum vincit eumque furandi causa ingressum simulat. Deinde impedit, quominus maritus illum interficiat, cum dicit se solam furem usque ad hoc tempus, quo undecim viris tradendus sit, custodire velle.

⁴⁾ Rohde, *Der griech. Roman* p. 59. 366. 369.

argumentum hoc est: Charicles, cum amore pelicis patris deperiret, morbo gravi affectus est. Panaceus medicus casu cognoscit, quali morbo adulescens conficiatur, et patrem certiore facit filium ex amore concubinae eius aegrotare: praeterea medicus patri persuadere studet, ut ille filio muliere cedat. Praeter prooemium, quo Eutycho bulus epistolographus Acestodoro exponit, cur hanc narrationem afferat — nam ostendere vult, quanti in rebus humanis fortuna aestimanda sit —, in hac epistula nihil ad scriptorem epistulae pertinet, sed tota fere narrationem, cuius argumentum attulimus, continet. Eandem apud Appianum (Syriac. cap. 59—62) et Plutarchum (vit. Demetrii cap. 38) legimus. Qui narrant Seleucum regem Antiocho filio, postquam medicus animadvertit eum amore novercae laborare, suam uxorem in matrimonium dedisse. Ex multis rebus, quibus Aristaenetus, qui solum nomina personarum mutavit, et historici inter se consentiunt, unam afferam, ex qua similitudo, quae inter illos intercedit, optime cognoscatur. Medicus enim, priusquam dicit filium amore uxoris patris inflammatum esse, et apud Aristaenetum et apud historicos eodem dolo utitur, cum simulat ab Antiocho vel Charicle suam uxorem amari. Facile autem intellegitur, cur Aristaenetus hoc argumentum elegerit. Inter controversias Senecae enim una, quae ad idem spectet, invenitur, VI 7, cui praescribitur: 'Dementiae sit actio. Qui habebat duos filios, duxit uxorem. Alter ex adolescentibus cum aegrotaret et in ultimis esset, medici dixerunt animi vitium esse. Intravit ad filium stricto gladio pater, rogavit, ut indicaret sibi causam. Ait amari a se novercam. Cessit illi uxore sua pater. Ab altero accusatur dementiae'. Discrepant certe multis in rebus scriptores; in quibusdam tamen etiam consentiunt. Apud Senecam filius, qui accusator patris est, fratrem adulterio et lenocinio servatum esse, et mortem eius valetudini bonae remediis talibus recuperatae praefereendam esse contendit. Cf. Senecae verba: 'Alter lenocinio curavit, alter parricidio convaluit. Quid? hoc adulterium non putas, quod marito conciliante committitur? . . . Mori potius debuit frater, quam sanari turpiter. . . . Quaedam remedia graviora ipsis

periculis sunt etc.' Quocum conferas I 13 Aristaeneti: τότε δῆθεν πρὸς ἀνάγκης ὡδε σὺν ὀργῇ τὴν αἰτίαν ἐξεῖπε· 'τῆς ἐμῆς γαμετῆς οὗτος ἐκτόπως ἐρᾷ καὶ παρανόμῳ τήκεται πόθῳ, καὶ ζηλοτυπῶ τὸν ἄνθρωπον ἤδη καὶ οὐ φέρω θεῶν ἀπειλουμένου μοιχοῦ'. ὁ τοίνυν Πολυκλῆς . . . οὐκ ἀπώκνησε περὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς τὸν ἰατρὸν ἰκετεύειν, ἀναγκαίαν τινὰ σωτηρίαν οὐ μοιχείαν τὸ πρᾶγμα καλῶν. ἔτι δὲ τοιαῦτα δεομένου τοῦ Πολυκλέους, ὁ Πανάκειος διωλύγιον κατεβόα φάσκων, οἷάπερ εἰκὸς ἦν φθέγγεσθαι δεινοπαθοῦντα τὸν αἰνιττόμενον ἔξ ἰατροῦ μεταβαλεῖν εἰς μαστροπὸν [μοιχείας, καὶ] τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς, εἰ μὴ φανερώς οὕτως τοῖς ῥήμασιν. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐνέκειτο Πολυκλῆς ἀντιβολῶν τὸν ἄνδρα, καὶ πάλιν σωτηρίαν οὐ μοιχείαν ἐκάλει τὸ πρᾶγμα κ.τ.ξ. Artificium certe rhetoricae narrationis in eadem re continetur, in qua rhetorum controversia; apud rerum autem scriptores omnia haec desunt. Vides rhetoras primum ex historia rem petiisse; nam, ut Suetonius ait (cf. de rhetoribus cap. 1), 'veteres controversiae ex historiis trahebantur'; Aristaenem deinde et rerum scriptoribus et rhetorum exercitationibus usum esse; ab his sumpsit, quod ad sua tempora narratiunculam transtulit et oratoriis coloribus exornavit, ex illis, quod in ipsa narratione propius ad rerum scriptores accessit.

Similis est in epistula II 10, qua Philopanax pictor se amore imaginis virginis a se pictae, cuius pulchritudinem describit, deperire fatetur. Inter Severi (Rhetor. graeci I p. 546 ed. Walz) et Libanii (IV 1097 ed. Reiske) rhetorum exempla prosopopoeiarum unum legitur, quod non solum argumento, sed etiam singulis sententiis cum illa epistula Aristaeneti congruit. Quamquam haec res ita se habet, tamen hanc ab illis tantum pendere nego, quod mediae partes epistulae et rhetoricarum exercitationum a se dissentiunt, et elocutio Aristaeneti longe ab illis discedit. Eundem praeter eas, ni fallor, fontem atque illae adiit, hoc est fabulam de Pygmalione. De persona illius scriptores inter se non congruunt. Apud Philostephanum (Fragmenta Historicorum Graecorum vol. III p. 31 ed. Müller) ille est rex Cypri, qui amore statuæ eburneae deperit, apud Ovidium (Metamorph. X 243 sqq.), quem exemplaria Alexandrinorum exscripsisse verisimile est, artifex, qui statuam

a se fictam virginis pulchrae vehementer amat. Aristaenetum ex eodem fonte atque Ovidium hausisse, cum narrationem huius cum epistula illius comparaveris, tibi apparebit. Apud utrumque, qualis consuetudo Pygmalionis cum imagine sit, narratur. Cf. Ovidium (*Metamorph.* X 256. 268 sq.):

Oscula dat, reddique putat; loquiturque, tenetque,
Appellatque tori sociam, acclinataque colla
Mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit

(cf. 280) et Aristaenetum: ἐγὼ δὲ καὶ τὴν ἀκοὴν προσπέλασα
πολλάκις ὠτακουστῶν, τί ποτε ἄρα βούλεται ψιθυρίζειν, ἀποτυχῶν
δὲ τοῦ λόγου πεφίληκα τὸ στόμα, τῶν παρεῖων τὰς κάλυκας,
τῶν βλεφάρων τὴν χάριν, καὶ ὁμιλεῖν ἐρωτικῶς προτρέπω τὴν
κόρην . . . ἐπέθηκα τῇ κλίνῃ, ἡγκαλιτάμην, ἐπιβέβληκα τῷ στήθει,
ἵνα τυχὸν τὸν ἔνδον ἔρωτα θεραπεύσῃ. Praeterea Ovidius et Ari-
staenetus preces artificum afferunt. Cf. Ovidii verba X 274 sqq.:

‘Si di dare cuncta potestis,
Sit coniunx, opto’ non ausus ‘eburnea virgo’
Dicere, Pygmalion ‘similis mea’ dixit ‘eburnae’.

et Aristaeneti: ἄλλ’ εἴθε μοι τοιαύτην ἔμψυχον, ᾧ χρυσόπτεροι
παῖδες Ἀφροδίτης, δοίητε φίλην κ.τ.ξ. Vides igitur Ovidium
et Aristaenetum eandem fabulam Alexandrinam exscripsisse,
quam hic in prosopopoeiam mutaverat rhetorum secutus exer-
citationes¹⁾.

¹⁾ Narrationes similes Ovidii huic in *Metamorphoseon* X 243 sqq. et epistulae Aristaeneti II 10 aevo Alexandrino omnium in ore fuisse ex Athenaeo (XIII 605f sqq.) apparet, qui narrat Clisophum adolescentem Sami amore statuae inflammatum esse et versus comicorum Alexidis ex illa fabula, quae Γραφή inscribitur, haustos et Philemonis, quibus idem refertur, laudat (conferas etiam Luciani Ἔρωτες cap. 15sq.). Talibus ex narrationibus a sophistis aevi imperatorum argumenta prosopopoeiarum repetita esse Philostratus docet (cf. vitae sophistarum II 18), cum vitam sophistae, cui Onomarchus nomen est (floruit ille exeunte saeculo secundo p. Chr. n.), enarrat. Legimus enim: ἔστι δ’ αὐτὸν θεωρεῖν ἐπὶ τοῦ τῆς εἰκότος ἐρῶντος, εἰ μὴ μεираκιεύεσθαι δόξω· εἴρηται ὡδε· ᾧ κάλλος ἔμψυχον ἐν ἀψύχῳ σώματι, τίς ἄρα σε δαιμόνων ἐδημιούργησεν; κ.τ.ξ. Cum sententia conferas epigrammata, quibus Meleager (*Anthol. Pal.* XII 56. 57) puerum pulchrum cum statuis comparat.

Iam ad ipsa poetarum Alexandrinorum carmina devenimus, quae et ipsa Aristaenetus adhibuit, ut ea paraphrasi quadam ad narratiunculas transferat. Ipsam autem hanc exercitationem — paraphrasin dico — apud rhetores usu venisse testatur Quintilianus (I 9, 2; X 5, 4)¹⁾. Atque celeberrimum quidem exemplum, epistulam I 10, qua Acontii et Cydippae amores narrantur, ex Aetiis Callimachi repetitum esse Carolus Dilthey docte exposuit²⁾. Alterum exemplum Reitzensteinius³⁾ in epistula I 15 detegere sibi visus est, qua Aphrodisiis quidam de Amoris dei vi praefatus exponit, quomodo quondam pax inter Milesios et Myusios composita sit. Milesiis enim pompam Dianae ducentibus, cuius participes Myusii erant, Phrygius, rex Milesiorum, amore Pieriae, filiae nobilis

XII 56, 1—4:

Εικόνα μὲν Παρίην ζωογλύφος ἄνυς Ἔρωτος
 Πραξιτέλης, Κύπριδος παῖδα τυπωσάμενος,
 Νῦν δ' ὁ θεῶν κάλλιτος Ἔρωσ ἔμψυχον ἄγαλμα
 Αὐτὸν ἀπεικονίσας, ἔπλασε Πραξιτέλην.

et XII 57, 1—4:

Πραξιτέλης ὁ πάλαι ζωογλύφος ἄβρον ἄγαλμα
 Ἄψυχον, μορφὰς κωφὸν ἔτευξε τύπον,
 Πέτρον ἐνειδοφορῶν· ὁ δὲ νῦν, ἔμψυχα μαγεύων,
 Τὸν τριπανοῦργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ.

Ut in declamationibus rhetorum (cf. l. c. Onomarchi et Libanii tomi IV p. 1097 ed. Reiske: οὐδὲν ἄρα κάλλους ἐστὶ δυνατώτερον, εἶγε καὶ διὰ χρωμάτων θηρῶν ἐπίσταται, καὶ τοῖς ἀψύχοις ἀλίσκεσθαι παρασκευδῆται τὰ ἔμψυχα.), ita in epigrammatis Meleagri adiectiva ἀψυχος et ἔμψυχος sibi opponuntur, et statuae cum personis, quibus vita inest, comparantur. De arte rhetorica epigrammatographi conferas, quae Radinger, Meleager von Gadara p. 45 sq. et Reitzensteinius in Encyclopaedia apud Pauly-Wissowa VI p. 95 disseruerunt.

¹⁾ Quintiliani X 5, 4: 'ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpicii. Nam et sublimis spiritus attollere orationem potest, et verba poetica libertate audaciora non praesumunt eandem proprie dicendi facultatem. Sed et ipsis sententiis adicere licet oratorium robor et omnia supplere et effusa substringere. Neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo, sed circa eosdem sensus certamen atque aemulationem'.

²⁾ Carolus Dilthey, De Callimachi Cydippa, Lips. 1863.

³⁾ R. Reitzenstein, Inedita poetarum Graecorum fragmenta. Index lectionum Rostochiensium 1892/93 p. 15 sqq.

Myusii cuiusdam, incensus est. Pieria ab amatore interrogata, quale donum ei iucundissimum sit, pacem patriae petit. Quamquam eadem narratio apud Plutarchum (de mulierum virtutibus, vol. II p. 225 ed. Bernardakis) et Polyaeum (VIII 35) legitur, tamen Reitzensteinus negat Aristaenetum a rerum scriptoribus pendere; minime enim horum stilum apud epistolographum agnoscimus. Vide enim, quomodo Plutarchus exponat, quando Milesii cum Myusiis bellum gesserint, quove genere orti sint amantes¹⁾, Aristaenetus contra nihil proferat nisi Phrygii Pieriaeque nomina. Poetam deinde (vel rhetorem), minime rerum scriptorem sapiunt verba, quibus puellae donum ab amatore petentis pudorem describit: τοιαῦτα μὲν ὁ δίκαιος ἔρακτής· ἐὲ δέ, ὡ παρών ὑπερφέρουσα γυναικῶν κάλλει καὶ γνώμῃ, τῆς εὐφρονος οὐ παρήγαγεν εὐβουλίας οὐχ ὄρμος, οὐχ ἑλικτήρες, . . . οἷς ἅπανιν ἀτεχνῶς ἀγάλλεσθαι τὸ θῆλυ πέφυκε γένος, ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρας, ὥσπερ τι συννοουμένη. εἶτα ἔφη ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειὰς καὶ τὸ πρόσωπον ἔξ αἰδοῦς ὑποκλίνασα καὶ πῆ μὲν τῆς ἀμπεχόνης ἄκροις δακτύλοις ἐφαπτομένη τῶν κροσσῶν, πῆ δὲ περιτρέφουσα τοῦ ζωνίου τὸ ἄκρον, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοῦδαφος περιχαράττουσα τῷ ποδί (ταῦτα δὴ τὰ τῶν αἰδουμένων ἐν διαπορήσει κινήματα), ἔφη οὖν μόλις ἡρεμαίᾳ φωνῇ κ. τ. ἔ. Accedit, quod in fine epistolae etiam aition quoddam occurrit: ἐντεῦθεν τοιοῦτος εἰκότως παρὰ ταῖς Ἰωσι πάτριος ἐπεκράτησε λόγος· *εἶθε με παραπλησίως ὁ κύνοικος τιμήσειε τὴν ὁμόζυγα, ὥσπερ ὁ Φρύγιος τὴν καλὴν τετίμηκε Πιερίαν*. Atque his quidem de causis Reitzensteinus etiam hanc epistolam, quae sola praeter I 10 ad antiquitatis memoriam refertur, quasi paraphrasin esse suspicatur carminis ex Aetiis Callimachi repetiti.

Quoniam satis exposuisse mihi videor, quomodo Aristaenetus in duobus generibus narrationis, quae supra a se separavimus, versatus sit, et ex qualibus fontibus argumenta narrationum hauserit, nunc illas epistulas, quibus epistolographus alia studia rhetorum imitatus est, tractemus. Protopoeiis quaedam statim adnumerandae sunt, velut I 17 oratio ficta adolescentis cuiusdam, qui amorem puellae fastidiosae

¹⁾ Phrygius apud eum non rex, sed unus e principibus civitatis est.

frustra sibi conciliare studet, aut I 28 querimoniae amatoris, qui timet, ne amata propter inconstantiam morum fidem sibi non servet, aut II 5, qua puella amore citharoedi inflammata describitur; aliae ab hoc prosopopoeiae genere paulum deflectunt atque mimorum potius quam comoediae sales resipiunt, velut II 3, ubi causidici uxor a marito neglecta queritur, aut I 6 colloquium illud inter puellam vitiatam et nutricem.

Aliae continent descriptiones (ἐκφράσεις), quas et ipsas a rhetoribus maximopere adamas esse omnes sciunt¹⁾. Itaque sicut rhetores in declamationibus περί κάλλους (velut Libanii tom. IV p. 1069 ed. Reiske), ita Aristaenetus in epistulis pulchras describit puellas, velut I 1²⁾. Ut rhetores artificiose hortos lucosve depingunt³⁾, ita Aristaenetus in epistula I 3 pratum, isdem ille quidem usus coloribus, quibus et Homerus in horto Alcinoi et Plato in ripa Ilissi describendis⁴⁾. Cum descriptionibus arte cohaerent laudes (ἐγκώμια), quas inde ab antiquissimis temporibus in epistulis quoque excultas esse supra vidimus⁵⁾. Ut rhetores Cephalus et Alcidamas, Aristaenetus meretrices laudavit. Idem fecit, ut exposuimus⁶⁾, Alciphro, a quo tamen Aristaenetus eo discrepat, quod non mortuas, sed vivas ce-

¹⁾ Cf. Theonis cap. XI (Walz l. I. I p. 239, Spengel l. I. II p. 118): ἐκφρασίς ἐστὶ λόγος περιηγηματικός, ἐναργῶς ὑπ' ὄψιν ἄγων τὸ δηλούμενον. γίνεται δὲ ἐκφρασίς προσώπων τε καὶ πραγμάτων καὶ τόπων καὶ χρόνων. προσώπων μὲν οὖν, οἷον τὸ Ὀμηρικόν:

Ἐγρὸς ἐν ὤμοισι, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος,
... τόπων δὲ, οἷον λειμῶνος.

²⁾ Per se ipsum verisimile est descriptiones περί κάλλους inscriptas multis locis communibus inter se congruere; quos Rohde, *Der griechische Roman*² p. 160 sqq. accurate enumerat. (Cf. etiam Rohde l. I. p. 360).

³⁾ Descriptiones hortorum et lucorum commemorant praeter Theonem l. c. Horatius (artis poeticae v. 16), Persius sat. I 70, Iuvenalis sat. I 1, 7, Libanius (tom. IV p. 1077 ed. Reiske).

⁴⁾ Talibus descriptionibus fabularum romanensium auctores praeter ceteros uti non est, quod moneam; conferas apud Achillem Tatium I 15 descriptionem horti et I 4 pulchrae mulieris. Epistolographos saepe in descriptionibus versatos esse etiam Plinius docet, velut II 17, qua epistula 'Laurentinum' suum depingit.

⁵⁾ Supra p. 21 sqq.

⁶⁾ Supra p. 39 sq.

lebrat meretrices. Ita I 12 Pythiadis et pulchritudinem laudat et mores, qui illi respondententes meretrice digni non sunt¹⁾.

Cum per se verisimile sit elegiographos Romanos, si in carminibus puellas laudant, praeceptorum rhetoricorum immemores non fuisse, facile explanatur, quod cum epistularum scriptoribus hic illic consentiunt. Iam diximus Aristaenetum (I 12), ut puellam laudet, mores illius cum pulchritudine comparare. Idem legimus apud elegiacos Romanos, velut Ovidium Amor. III 11, 41 sq.:

Aut formosa fores minus, aut minus improba, vellem:
Non facit ad mores tam bona forma malos.

aut Art. Am. III 501:

Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.

aut Propertium II 24, 18. Cum in comoediis similia inveniantur — conferas Menandri versus (Comicorum Atticorum fragmenta vol. III p. 191, 645 ed. Kock):

“Όταν φύσει τὸ κάλλος ἐπικομῆ τρόπος
Χρηστός, διπλασίως ὁ προσιῶν ἀλίσκεται.

Terentii Heauton Timorumeni v. 381 sq.:

Edepol te, mea Antiphila, laudo et fortunatam iudico,
Id quom studuisti, isti formae ut mores consimiles forent.

¹⁾ Conferas Alciphronis I 38 (IV 11 Sch.), 3 sq. epistolam, qua Bacchis mortua laudatur: τὸ γὰρ θρυλούμενον ὑπὸ πάντων, ὡς πονηραί. ὡς ἀπιστοί, ὡς πρὸς τὸ λυσιτελεῖς βλέπουσαι μόνον, ὡς αἰεὶ τοῦ διδόντος, ὡς τίνος γὰρ οὐκ αἴτια κακοῦ τοῖς ἐντυγχάνουσι, διαβολὴν ἐπέδειξεν ἐφ' ἑαυτῆς ἀδικόν· οὕτω πρὸς τὴν κοινὴν βλασφημίαν τῷ ἦθει παρεδέξατο . . . ὡς χρηστὸν ἦθος οὐκ εἰς εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν δαίμων τίς ὑπήνεγκεν et Aristaeneti I 12: ἐφήδομαι τοῖς τρόποις εὐ μάλα συμπρέπουσι τῇ μορφῇ· ἑταίρας μὲν γὰρ ἡ Πυθιάς εἴληχε βίον, ἀπλότητα δὲ σύμφυτον ἔχει καὶ ἀμεμπτον ἦθος. ἅπαντα τῆς τάξεως βελτίω, καὶ αὐτόν με μάλιτα ἤρηκε τῷ ἀκάκῳ. δῶρον δ' ὅ τι δῶ τις ἐπαινεί, οὐχ ὡς περ ἑταίρα πᾶν τὸ διδόμενον μικρὸν ἡγουμένη. Talibus ex laudibus pendere videtur Philodemus (ep. I ed. Kaibel, Anthol. Pal. V 46) qui tamen, quod in illis simplicitatis est, calliditati tribuit; cf. v. 4 sqq.:

α. πόσου πάρεση;

β. Μηδέν μοι προδίδου. α. τοῦτο ξένον. β. ἀλλ' ὅσον ἂν σοὶ Κοιμηθέντι δοκῇ, τοῦτο δός. α. οὐκ ἀδικεῖς.

—, fuerunt, qui elegiam Alexandrinorum fontem communem fuisse contenderent, velut Hoelzerus¹⁾. Sed cum omnia ἐγκώμια et bona corporis et bona animi enumerarent²⁾, antiquitas etiam ἐρωτικοὶ λόγοι utramque adhibuerunt partem, velut Demosthenes ille personatus in erotico, cum statim in initio dicit: βούλεται μὲν γὰρ ὁ τὸν λόγον ποιῶν ἐπαιεῖν Ἐπικράτην, δὲν ᾤετο . . . καὶ πλείον τῆ συνέσει προέχειν ἢ τῷ κάλλει τῶν ἡλικιωτῶν, deinde c. 10—13 pulchritudinem et c. 17 sqq. mores laudat. Necessario inde sequebatur, ut pulchritudini mores respondere rhetores contenderent.

Non aliter de locis, quibus pulchritudo puellarum describitur, iudicandum est. Ut cognoscatur, quam pulchra amata sit, amator dicit ne celeberrimorum quidem artificum opera hanc formam aequare, velut Propertius II 3, 41. 42:

Si quis vult fama tabulas anteire vetustas,

Hic dominam exemplo ponat in arte meam.

et Aristaenetus I 1: ταύτην ἑαυτοῖς ὡς οἶόν τε ἦν οἱ κορυφαῖοι γεγράφασι τῶν ζωγράφων. ἡνίκα οὖν δέοι γράφειν Ἑλένην . . . οἶον εἰς ὑπερφυῆς παράδειγμα κάλλους ἀφορῶντες ἀνασκοποῦσι τὴν εἰκόνα Λαῖδος κἀντεῦθεν ἀποτυποῦνται θεοπρεπῶς τὸ φιλοτεχνούμενον εἶδος. Quamquam iam in Plauti Poenulo v. 1271 sqq. legimus³⁾:

O Apella, o Zeuxis pictor⁴⁾,

Cur numero estis mortui? hoc exemplo ut pingeretis.

Nam alios pictores nil moror huiusmodi tractare exempla, tamen equidem nego Aristaenetum aut Propertium tales sententias, quae omnibus rhetoribus communes sunt, ex certo quodam Graecorum carmine repetiisse. Praeterea conferas Propertii II 3, 25. 26:

¹⁾ 'De poesi amatoria a comicis Atticis exulta ab elegiacis imitatione expressa' p. 30. 31.

²⁾ Conferas X. Hürth, De Gregorii Nazianzeni orationibus funebribus p. 21 sqq.

³⁾ Complures locos affert Hoelzerus p. 19 dissertationis suae.

⁴⁾ Conferas Libanii IV p. 1069 ed. Reiske: τίς γάρ ἄν ἐκείνης τὸ κάλλος ἐγγράψαιτο; τίς παραδοίη γραφῆ; τίς διαμορφώσει τοῖς χρώμασι; καλὸς Ἀπέλλης κ. τ. ξ.

Haec tibi contulerunt caelestia munera divi,

Haec tibi ne matrem forte dedisse putes,

et Aristaeneti I 1: κάλλιστα δὲ πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη,
καὶ τῶν Χαρίτων συνηρίθμησε τῷ χορῷ· ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως
ἐπαίδευσεν τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμά-
των βολαῖς, aut Propertii II 3, 43. 44:

Sive illam hesperiis sive illam ostendet eois,

Uret et eos, uret et hesperios,

et Aristaeneti I 12: τίς ἄρα τεθέσται τῆς ἔω τὰ κάλλη, τίς δὲ
ταῖς ἑσπερίαις ὠμίληκε γυναῖξιν;

Satis exposuisse mihi videor, quam arte cum rhetorum
exercitationibus cohaereant Graecorum epistolae amatoriae.
Saepius iam ab illis ad elegiam Romanorum respeximus. Sed
quae inter haec duo genera necessitudo intercedat, alio in
capite diligentius explanandum videtur.

Caput IV.

Sed tempus est ad elegiam reverti, ut examinemus, num recte amatoriiis epistulis, quarum indolem atque historiam hucusque persecuti sumus, viri docti usi sint ad recuperandas Alexandrinorum elegias. Has enim, ut supra exposuimus, inter Atticorum novam comoediam, Alexandrinorum epigrammata, Romanorum poetarum elegias, rhetorum denique epistulas quasi medias intercedere putant. Quod utrum necessario sumatur necne, certe si diiudicare volumus, quaeramus oportet, quinam alii fontes inter comoedias et epistulas, epigrammata, Romanorum elegias intercedere possint, ut, si fieri possit, leges quasdam nobis statuamus, quibus deinde in examinandis singulis virorum doctorum sententiis utamur.

Omnibus quidem, qui res amatorias tractant, libris quasdam sententias, imagines, loquendi proprietates communes esse et notum et consentaneum est. Harum si quidquid apud comoediae scriptores reperitur, Hoelzerus¹⁾ ab illis inventum dicit et ad reliquos scriptores per certum quoddam litterarum genus, elegiam dico, propagatum, unum statim initio operis praetervidit comoediographos illos et argumentis et sermone vitam ipsam expressisse²⁾, quae iam tum Athenis eadem fere

¹⁾ p. 5 sq. dissertationis suae.

²⁾ Conferas id, quod Aristophanes Byzantius de Menandro iudicat apud Syrianum 'Σχόλια εἰς τράγει' (Rhetor. graeci IV p. 100/101 ed. Walz): ὅθεν καὶ Μενάνδρῳ τῷ κάλλιστα τὸν βίον μιμησαμένῳ ἀπὸ τῶν τοιοῦτων αἱ ὑποθέσεις πάσαι συμπληροῦνται· εἰς δὲν καὶ Ἀριστοφάνησ δὲ γραμματικὸς εὐστοχώτατα εἶπεν ἐκεῖνο 'ὦ Μενάνδρε καὶ βίε, πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο;' et Manilii carminis, Astronomicon quod inscribitur, V 471 sqq.:

Et si quis studio scribendi mitior ibit,
Comica componet laetis spectacula ludis,
Ardentis iuvenes raptasque in amore puellas

erat, quae Ionum in urbibus aut postea Alexandriae. Ubique tunc meretrices, milites, lenae, parasiti, senes severi, cupidi adulescentes atque ubique, si dialectum propriumque Atticorum sermonis et elegantiam et castitatem omittimus, eodem modo loquuntur. Do certe Menandrum, cum hunc arte excoleret sermonem¹⁾, et ipsum immutasse novamque comoediam, cum prima amatoria argumenta ex vita petita seriis insererentur litteris, et sensus et sermonem amantium ditasse, sicut maiorum nostrorum memoria a poetis suis, quales Rousseau fuit et Goethe, didicerunt amantes, quid sentirent, quid loquerentur. Sed brevi haec quasi communia facta sunt et, si diligentius inspicias, magna ex parte de communibus profecta. Quo haec tendant, duobus tantum exemplis docebo, quibus Hoelzerus elegiarum Alexandrinarum locos recuperare sibi videtur.

Saepius amator deos rogat, ut aut puella amori suo respondeat, aut ipse cupidine liberetur²⁾. Cf. Terentii Eunuchi 91 sq.:

O Thais, Thais, utinam esset mihi
 Pars aequa amoris tecum ac pariter fieret,
 Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet,
 Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.

Tibulli I 2, 63 sq.:

Non ego totus abesset amor, sed mutuus esset,
 Orabam; nec te posse carere velim.

IV 5, 5—8. 13 sq.:

Uror ego ante alias: iuvat hoc, Cerinthe, quod uror,
 Si tibi de nobis mutuus ignis adest.
 Mutuus adsit amor, per te dulcissima furta
 Perque tuos oculos per geniumque rogo.

Elusosque senes agilesque per omnia servos,
 Quis in cuncta suam produxit saecula vitam
 Doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
 Qui vitae ostendit vitam chartisque sacravit.

¹⁾ Conferas Theodori Bergk 'Griechische Literaturgeschichte' IV p. 208: 'An die Stelle des idealen Stiles tritt eine entschieden realistische Behandlungsweise, und ebendarin bewährte Menander seine Kunst'.

²⁾ Cf. Hoelzeri dissertationis p. 66 sq.

Nec tu sis iniusta, Venus: vel serviat aequè
Vinctus uterque tibi, vel mea vincla leva.

Aristaeneti I 16: ὡς ταύτην, Ἔρωσ, βέβληκας τὴν ψυχὴν, οὕτως ἴσῃ βολῇ τὴν ἐμὴν κατατόξευσον ἐρωμένην. Epigrammata Rufini Anthol. Pal. V 88:

Εἰ δὲ οὐκ ἴσχυσας ἴσῃ φλόγα, πύρφορε, καύσαι,
Τὴν ἐνὶ καιομένην ἢ κβέρον ἢ μετάθεσ.

V 97:

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν, Ἔρωσ, ἴσα τόξα τιταίνεις,
Εἴ θεός· εἰ δὲ ῥέπεισ πρὸς μέρος, οὐ θεὸς εἶ.

Haec ego de certa quadam elegia petita nego. Haec vita ipsa expressit, quae mox abierunt quasi in locum communem ab omnibus amantibus adhibitum.

Alterum addo exemplum. Apud comoediographos et eroticos, quos dicimus, scriptores arti meretricum adscribitur, quod negando aut excludendo accendunt amatores¹⁾. Conferas Terentii Heauton Timorumeni 366 sq.:

Haec arte tractabat virum,

Ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Propertii IV 5, 29 sq.:

utere causis,

Maior dilata nocte recurret amor²⁾.

Ovidii I 8, 73: 'saepe nega noctes' — quibus locis poetarum elegiarum lenae haec verba dicentes inducuntur —, Luciani dialogum meretricum octavum, quo meretrix alteri suadet, ut rivalem praeferendo amorem amatoris inflammet. Quamquam epistolographi quoque, ut Alciphro in I 37 (IV 10 Sch.), 3 epistula, qua meretrix perfidiam amatoris lamentatur et, ut amorem eius recuperet, illum excludere vult: λοιπὸν οὖν ἀποκλείειν, κὰν ἔλθῃ ποτὲ πρὸς ἡμᾶς κοιμησόμενος, εἰ δὴ κνίσει ποτὲ ἐκείνην βουληθεῖη, διώσασθαι· εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης τῷ ἀμε-

¹⁾ Vide Hoelzeri dissertationis p. 83.

²⁾ Confertur eadem sententia in amatorem translata apud Propertium II 14, 19. 20:

Hoc sensi prodesse magis: contemnite amantes:

Sic hodie veniet, si qua negavit heri.

λείσθαι καταβάλλεσθαι. εἰ δὲ μὴδ' οὕτως ἀνύοιμεν, θερμότερου τινός ἡμῖν ὡςπερ τοῖς σφόδρα κάμνουσι φαρμάκου δεῖ et Aristaenetus Π 1: χαριέστατον οἶδα τὸ μικρὸν ὑποκνίζειν τοὺς νέους· τοῦτο γὰρ τῶν ἀφροδισίων προαναπέλλει τὸν κόρον, καὶ τὰς ἑταίρας ἀποδείκνυσιν αἰεὶ ποθεινὰς τοῖς ἔρασταῖς . . . διὸ καὶ μέγα τῶν ἑταιρουσῶν ἐστὶ κόφισμα αἰεὶ τὸ παρὸν τῆς ἀπολαύσεως ὑπερτιθεμένας ταῖς ἐλπίσι διακρατεῖν τοὺς ἔραστάς, ad idem spectant, tamen omnes hos locos uni fonti non debent, sed communes esse scriptoribus eroticis, quorum exemplar vita est, apparet.

Quae cum ita sint, facile est intellectu Hoelzerum erasse, cum contendit elegias Alexandrinas omnes sententias, quae et apud comoediographos et apud scriptores eroticos legantur, subministrasse. Constat nobis locos quosdam communes per hoc litterarum genus sparsos, quos aut ad certum fontem revocari negemus aut certe elegiae Alexandrinae non tribuamus.

Etiam ubi comoediae deficiunt, epigrammata, elegias, epistulas quaedam communia habere iam nemo mirabitur. Paucis exemplis rem absolvam: Aristaeneti epistolam I 18 Bürgerus¹⁾ comparat cum Stratonis epigrammate Anthol. Pal. XII 198:

Ἥλικίης φίλος εἰμὶ καὶ οὐδένα παῖδα προτάσσω,
Πρὸς τὸ καλὸν κρίνων· ἄλλο γὰρ ἄλλος ἔχει.

Nemo est, qui putet alterum ab altero pendere; nam Stratonis epigramma ad amorem puerilem spectat, Aristaenetus mores alicuius meretricis, quae amorem iuvenum amori senili praefert et causis, quaecumque sunt, adulescentes amandi utitur, describit. Sed utrumque unum fontem respicere manifestum est. Nam apud Platonem in 're publica' 474 d—475 a descriptio hominis erotici²⁾ invenitur. Apparet et Stratonem

¹⁾ 'De Ovidii carminum amatoriorum inventione et arte' p. 19 sq.

²⁾ Ὁ μὲν, ὅτι σιμός, ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ' ὁμῶν, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν φατε εἶναι, τὸν δὲ δὴ διὰ μέσου τούτων ἐμμετρότατα ἔχειν, μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ἰδεῖν, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας εἶναι· μελιχλῶρους δὲ καὶ τοῦνομα οἶτινός ἄλλου ποίημα εἶναι ἢ ἔραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐάν ἐπὶ ὤρφῃ ἦ; καὶ ἐνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφασίζεσθαι τε καὶ πάσας φωνὰς ἀφιέτε, ὥστε μὴδένα ἀποβάλλειν τῶν ἀνθρώπων ἐν ὤρφῃ.

et Aristaenetum loci Platonici haud immemores fuisse, cum hic ipsa verba laudet, ille cum Platone ea re magis consentiat, quod de puerorum amore uterque loquitur. Iam vide elegias. Tibullus I 4 inducit Priapum docentem pueros fugiendos esse, quia alius aliis causis amatorem ad amorem incitet; cf. Tibullum I 4, 9 sqq.:

O fuge te tenerae puerorum credere turbae:

Nam causam iusti semper amoris habent.

Hic placet, angustis quod equum compescit habenis etc.

Propertius (II 22, 5 sqq.) et Ovidius (Amor. II 4) eandem sententiam ad puellarum amores transferunt. Possis his addere Theocriti versus X 26 sq.:

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἴσχνάν, ἀλιόκαυτον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον,

qui rursus ad aliam sententiarum seriem nos traducunt. Ex eodem enim Platonis loco, si ultimam requiris originem, etiam Lucretium IV 1160—1169 et Ovidium Art. Amat. II 657 sqq. hausisse recte adnotat Ricardus Heinze, qui eundem ab Horatio Sat. I 3, 43 sqq. lepide inversum esse merito dicit. Iam qualem his omnibus fingemus elegiam subesse?

Lucretii mentio ad aliam non sententiarum, sed descriptionum seriem me vocat: ἐρωτομανίαν, quam dicunt, depingunt Paulus Silentiarius Anthol. Pal. V 255, 1—3. 11—16:

ὑπ' ἀτλήτοιο δὲ λύσσης
Δηρὸν ἐν ἀλλήλοισ χεῖλεα πηξάμενοι,
Οὐ κόρον εἶχον ἔρωτος ἀφειδέος . . .
Καὶ πάλιν ἠρήρειστο τὰ χεῖλεα, γυιοβόρον γὰρ
Εἶχον ἀλωφήτου λιμὸν ἐρωμανίης.
Ῥεῖά τις ἡμερίδος στελέχη δύο σύμπλοκα λύσει,
Στρεπτά, πολυχρονίῳ πλέγματι συμφυέα,
Ἦ κείνους φιλέοντας ὑπ' ἀντιπόροισί τ' ἀγοστοῖς
Υἱὰ περιπλέγδην ἄψα δησαμένους.

et Aristaenetus ep. I 16: τοιγαροῦν ἐβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι ἀνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ πεφίληκεν οὕτω προσφύσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χεῖλη καὶ κατατέτριφέ μου

τὸ πρόμα. Quamquam apud Propertium similibus coloribus furor amantium pingitur I 13, 15. 16. 19. 20:

Vidi ego te toto vinctum languescere collo
Et flere iniectis, Galle, diu manibus.
Non ego complexus potui diducere vestros:
Tantus erat demens inter utrosque furor,

tamen ex his locis concludi non potest elegiam Alexandri norum fontem Romani, Byzantini, epistolographi fuisse; iam apud Lucretium similia leguntur. Conferas IV 1108 sqq.:

Adfigunt avide corpus iunguntque salivas
Oris et inspirant pressantes dentibus ora,
Nequicquam, quoniam nil inde abradere possunt
Nec penetrare et abire in corpus corpore toto.

Talium descriptionum si quis certum fontem indagare volet, omnes hortorum, lucorum, pratorum descriptiones ad unum quaeso revocet exemplar.

Haud aliter iudico de figuris quibusdam, velut de illa ἀπωπήσεως formula, quam invenis apud Philodemum A. P. V4, 5. 6:

ὦ φιλεράτρια κόϊτη,
ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα,

Ovidium Amorum I 5, 25 ('cetera quis nescit?'), Aristaenetum I 16: τὰ δ' ἄλλα (οἶδας γὰρ ὅποια τὰ λοιπά) νόει μοι κατὰ καυτόν, ὦ φιλότης, οὐδὲν περιττοῦ δεόμενος λόγου.)¹⁾ Artificium hoc vita suasit (cf. Terentii Eunuchi 604: "Quid tum? — quid "quid tum" fatue? — fateor); quavis in narratiuncula lasciviore talia invenias.

Constat igitur iam inter nos inesse his scriptionibus locos quosdam communes, ex quibus neque de elegia neque de alio quodam fonte certi quidquam colligatur.

Aliud, quo totum hoc litterarum genus continetur, vinculum studium est artis rhetoricae. Quod etsi multis iam tetigimus praecedentium capitum locis, pauca tamen de cognatione rhetoriarum exercitationum, comoediarum, epigrammatum, elegiarum Romanarum addere etiam hic liceat.

¹⁾ vide supra p. 50.

Proficiscamur a comoedia, quae etsi non tam arte quam recentiorum poetarum tragoedia cum rhetorum studiis cohaeret, id, quod stilo et lege operis excludebatur, antiquis tamen iudicibus opus videbatur oratorium vel maxime. Velut Hermogenes in eo libro, qui inscribitur *περὶ εὐρέσεων*, IV 11¹⁾ ut exemplum *σεμνολογίας* Menandri affert orationem, aliam eiusdem Alexander Numenius inter exempla *λεπτολογίας*²⁾ laudat. Longius progreditur Quintilianus X 1, 69 sq.: 'Menander, qui vel unus meo quidem iudicio diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, effingenda sufficiat: ita omnem vitae imaginem expressit, tanta in eo inveniendi copia et eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto viderunt, qui orationes, quae Charisii nomini addicuntur, a Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo videtur, nisi forte aut illa mala iudicia, quae Epitrepontes, Epicleros

¹⁾ Rhetor. graec. III p. 177 ed. Walz, II p. 255. 256 ed. Spengel: ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, ὅπου δ' ἂν ὁ νοῦς αἰσχροῦς ἦ, ἐκεῖ χρεῖα τῆς σεμνότητος τοῦ λόγου, ἵνα τὸ νοούμενον αἰσχροῦς οὕτως ἐξενέγκῃ τις τῷ λόγῳ εὐφυῶς, ὄνομα ὀνόματι ἀμείβων, ὡς μὴ δόξαι τισὶν αἰσχροῦν εἶναι τὸ πρᾶγμα διὰ τὴν τοῦ λόγου σεμνότητα, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ. πυθομένου γὰρ τινος κόρης, πῶς εἶη διεφθαρμένη, σεμνῶς ἀφηγήσατο πρᾶγμα αἰσχροῦν ὀνόμασι βελτίστοις· 'Διονυσίων ἦν πόμπη, ὃ δέ μοι ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν, ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων τὴν μητέρα ἔγνω με'. τὸ γὰρ διεφθάρθαι καὶ ὑβρίσθαι σεμνῶς ἔγνω με εἰπὼν ἐκόσμησε πρᾶγμα αἰσχροῦν σεμνοτέρῳ λόγῳ συνθέσει.

²⁾ Rhetor. graec. VIII p. 441 ed. Walz, III p. 18 ed. Spengel: Λεπτολογία ἐστίν, ὅταν ἐνὸς ἐκάστου τῶν συμβεβηκότων ἢ συμβαινόντων τὴν ἀκριβῆ καὶ ἐπὶ λεπτῷ ἔξεργασίαν ποιῶμεθα, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ταυτί (Comicorum Attic. fragm. III p. 159, 536 ed. Kock.):

Μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, ἄνδρες, εἰκόν' οὐκ ἔχω
 εὐρεῖν ὁμοίαν τῷ γεγονότι πρᾶγματι,
 Ζητῶν πρὸς ἑμαυτόν, τί ταχέως ἀπολλύει.
 Στρόβιλος; ἐν ὅσῳ κυστρέφεται, προσέρχεται,
 Πραελαβεν, ἐξέρριψεν, αἰὼν γίνεταί.
 Ἄλλ' ἐν πελάγει κυγκλυμένος; ἀναπνοὴν ἔχει
 'Ζεῦ σῶτερ', εἰπεῖν, ἀντέχου τῶν χοινίων',
 Ἐτέραν περιμεῖναι χάτέραν τρικυμῖαν·
 Ναυαγίου δ' ἂν ἐπιλάβοι· ἐγὼ δ' ἀπαῖ
 Ἀψάμενός εἰμι καὶ φιλήσας ἐν βυθῷ.

Locroae habent, aut meditationes in Psophodee, Nomothete, Hypobolimaeco non omnibus oratoriis numeris sunt absolutae. Ego tamen plus adhuc quiddam conlaturum eum declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum condicionem controversiarum plures subire personas, patrum filiorum, militum rusticorum, divitum pauperum, irascentium deprecantium, mitium asperorum¹⁾.' Ex loco Quintiliani, quem attulimus, intellegi potest Menandrum diligenter in studio controversiarum versatum esse. Ex controversiis a Quintiliano²⁾ allatis unam nuperrime luci redditam omnes sciunt, eam, de qua Ἐπιτρέποντες³⁾ fabula nomen traxit. Orationes, quas disceptantes habent, litibus veris quam maxime accommodatae sunt. Non necesse est nos hoc loco de egregia arte, qua Menander in compositione illius scaenae utitur, accuratius disserere, praesertim cum quis lector facile eam persentiat.

Similem controversiam a Diphilo prolatam habes apud Plautum Rudent. 938 sqq., eiusque rursus similis est illa, quam ut antiquarum controversiarum exemplum affert Suetonius 'de rhetoribus' cap. 1: 'Aestivo tempore adulescentes urbani cum Ostiam venissent, litus ingressi, piscatores trahentes rete

¹⁾ Cf. etiam Plutarchi Aristophanis et Menandri comparisonem c. 2 (V p. 205 ed. Bernardakis): Ἡ δὲ Μενάνδρου φράσις οὕτω συνέεσται καὶ συμπένευκε κεκραμένη πρὸς ἑαυτὴν, ὥστε διὰ πολλῶν ἀγομένη παθῶν καὶ ἡθῶν καὶ προσώποις ἐφαρμόττουσα παντοδαποῖς μία τε φαίνεσθαι καὶ τὴν ὁμοιότητα τηρεῖν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ συνήθεσι καὶ ὑπὸ τὴν χρεῖαν ὀνόμασιν . . . ἀλλὰ Μένανδρος οὕτως ἔμειε τὴν λέξιν, ὥστε πᾶσι καὶ φύσει καὶ διαθέσει καὶ ἡλικίᾳ σύμμετρον εἶναι κ. τ. ξ. et Hermogenis περὶ ἰδεῶν β' cap. 3 (Rhetor. graec. III p. 306 ed. Walz, II p. 352 ed. Spengel): παρὰ τε αὐτῷ Μενάνδρῳ μυρία ἄν εἴθροισι τοιαῦτα, καὶ γυναικῶν λεγούσας καὶ νεανίσκους ἐρώντας καὶ μαγείρους καὶ παρθένους θρυπτομένας καὶ τινὰς ἄλλους. ὅλως τε διὰ τὸ ὑποπίπτειν τῷ ἡθικῷ λόγῳ πάντα τὰ τῶν τοιούτων προσώπων ἦθη, οἷον λίχων, γεωργῶν κ. τ. ξ.

²⁾ Conferas etiam Anonymum in 'Rhetores graeci' I p. 432 ed. Spengel: καὶ Μένανδρος ἐν τοῖς Ἐπιτρέπουσιν τὴν δίκην ἄνευ προοιμίῳν πεποίηκεν· οὐδὲν δὲ διαφέρειν ἢ ἐνταῦθα οὕτως αὐτὰ κείσθαι, ἢ ἐν δικαστηρίοις λέγεσθαι . . . ἐν γὰρ τῇ Ἐπικλήρῳ δικαζομένων τοῦ τε ἀνδρός καὶ τῆς γυναικός, καὶ τοῦ παιδίου δικάζοντος, οὐκ ἔθηκεν οὐδὲτέρῳ προοίμιον.

³⁾ v. 1—165.

adierunt et pepigerunt, bolum quanti emerent; nummos solverunt, diu expectaverunt, dum retia extraherentur, aliquando extractis piscis nullus affuit, sed sporta auri obsuta. Tum emptores bolum suum aiunt, piscatores suum.'

Genus ἐπιδεικτικὸν aemulantur iam illi mediae comoediae loci, quos, cum de progymnasmatis loquebar, supra p. 14 attuli. Narrationum exempla in praeceptis rhetorum saepe a Menandro repeti notum est¹⁾. Iam velim memoria recolas, quae supra de praeexercitationibus exposuimus²⁾. Ut declamatores Quintilianus, ita praeexercitationum scriptores Theo ad Menandrum remittit³⁾. Iam cum epistolographi genus quoddam praeexercitationum, id est prosopopoeiam, tractent, vides, ubi comoedia et epistula inter se congruunt, aut comoediam iam exemplar esse aut utramque posse scriptionem redire ad eandem rhetorum exercitationem.

Ad epigrammata me converto. Quomodo haec cum studiis rhetorum cohaereant, Reitzensteinus multis locis dissertationis, qua naturam epigrammatis describit, exposuit. Etiam argumenta interdum eadem esse, quae apud rhetores tractabantur, idem docet in libro, qui inscribitur Hellenistische Wundererzählungen, p. 168. Sed neque illud omittendum, quod Georgius Kaibel in ea disputatione, cui titulus est 'Cassius Longinus und die Schrift περὶ ὕψους'⁴⁾, monuit recentiorum libros

¹⁾ Rhet. graeci I p. 199 ed. Walz, II p. 91 ed. Spengel: 'Ἐπιφωνεῖν δὲ διηγῆσαι ἐστὶ τὸ καθ' ἕκαστον μέρος τῆς διηγῆσεως γνῶμην ἐπιλέγειν, τὸ δὲ τοιοῦτον οὐθ' ἱστορίᾳ πρέπον ἐστὶν οὔτε πολιτικῷ λόγῳ, θεάτρῳ δὲ καὶ κηνῇ μᾶλλον ἐπιτήδειον. διὸ καὶ παρὰ τοῖς τοιοῦτοις ποιηταῖς ἐπιπλεῖστόν ἐστιν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ πολλαχοῦ μὲν ἀλλαχῶθι, καὶ ἐν ἀρχῇ δὲ τοῦ τε Δαρδάνου καὶ τοῦ Ξενολόγου (Comicorum Attic. fragm. III p. 103, 354):

Ἄνδρὸς πένητος υἱός, ἐκτεθραμμένον

κ. τ. ξ. Praeterea conferas Rhet. graec. I p. 196. 200 ed. Walz, II p. 88. 92 ed. Spengel. Graecos igitur imitatur Cicero, cum in libro 'de inventione' I 19, 27, quo de generibus narrationis disserit, exempla argumenti et narrationis, quae in personis versatur, e fabulis Terentianis affert (Andriae v. 51, Adelphorum v. 60).

²⁾ p. 16 sq.

³⁾ Cf. Theonis c. II (Rhet. graec. I p. 164 ed. Walz, II p. 68 ed. Spengel).

⁴⁾ Herm. 34 (1899) p. 107 sqq.

et hunc inprimis in captandis sententiis, quas dicunt, epigrammatum artem imitari¹⁾. Pauca velim ipse inspicias exempla, ex quibus cognosci potest, quam brevem elocutionem auctor περι ὑψους adhibeat. Conferas in primis illos locos, quibus de Homeri versibus iudicat, ut cap. IX 4 (ed. Jahn-Vahlen², Lipsiae 1905), quo de Πiadis Δ 442 sqq. versibus, qui ad Discordiam spectant, agit: καὶ τοῦτ' ἄν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς Ἐριδος ἢ Ὀμήρου μέτρον, et, ut altero exemplo utar, cap. XVII 2: τίνι γὰρ ἐνταῦθ' ὁ ῥήτωρ ἀπέκρουε τὸ χῆμα; δῆλον ὅτι τῷ φωτὶ αὐτῷ (vide Kaibelium l. l. p. 123). Si cum his locis epigrammata, ut Dionysii Sophistae Anthol. Pal. V 81, comparaveris:

Ἡ τὰ ῥόδα, ῥοδόεσσαν ἔχεις χάριν· ἀλλὰ τί πωλεῖς;
 Σαυτήν ἢ τὰ ῥόδα; ἢ ἐ συναμφοτέρα;

eundem fere acutarum sententiarum amorem apud utrumque agnosces. Eodem stilo saepe utitur Philostratus, cuius quaedam epistolae mera sunt epigrammata soluta oratione scripta, unius argutae sententiae causa composita. Qua de re ubi epigrammata et epistolae amatoriae tali in acumine consentiunt, minime necesse est intercedat inter ea elegia Alexandrina.

Romanos autem elegiarum scriptores — nam ad hos iam devenimus prooemiando — et ipsos in studiis rhetoricis diligenter versatos esse saepius vidimus. Nunc unum addo exemplum. Quis credet Theophylactum Simocattam in epistula 30 et Ovidium in elegia II 14 eandem Alexandrinorum exprimere elegiam? Tamen uterque mulieres, quae fetus ventris interficere soleant, vituperat. Theophylactus quidem mulierem, quae, ne partus pulchritudini noceat, abortivis remediis fetum necavit, reprehendit et ipsam Medeam minore poena dignam dicit, quae tantum facinus, ut perfidiam mariti vindicaret, commiserit; ultricem deam homicidii poenas ab ea repetituram. Item Ovidius formae cura abortivum adhibuisse Corinnam fingit (Amorum II 14, 7. 8), Medaeae exemplo utitur (v. 29), deorum vindictam timet (v. 43). Accedit, quod apud

¹⁾ Herm. 34 (1899) p. 123: 'Ich glaube nicht, daß sich bei irgend einem Schriftsteller der zweiten Sophistik so viele und so glückliche Epigramme nachweisen lassen, vielleicht so gar kein einziges, das den Namen in vollem Sinne verdient'.

Charitonem, scriptorem fabularum romanensium, II 9, 3, quo loco Callirrhoa deliberat, utrum fetum a Chaerea susceptum necet necne, idem legimus: Βουλεύη τεκνοκτονήσαι, πασῶν ἀσεβεστάτη, καὶ Μηδείας λαμβάνεις λογισμούς. ἀλλὰ καὶ τῆς Σκυθίδος ἀγριωτέρα δόξεις· ἐκείνη μὲν γὰρ ἐχθρόν εἶχε τὸν ἄνδρα, εὐ δὲ τὸ Χαιρέου τέκνον θέλεις ἀποκτείναι καὶ μηδὲ ὑπόμνημα τοῦ περιβοήτου γάμου καταλιπεῖν. Non dubium est, quin id argumentum a rhetoribus tractatum sit. Quod confirmatur, si compositionem et argumentationem, quibus Ovidius utitur, respicis. Exponit enim rhetoris coloribus usus, quid futurum fuerit, si omnes hac consuetudine uterentur, quam contra naturam, contra fas et ius tantum scelus suscipiatur. Τελικὰ ἰλλὰ κεφάλαια, quae et in laudationibus et in suasio-nibus adhibebantur, paulum immutata agnoscis¹).

Satis exposuimus epistulas amatorias, comoedias, epigrammata, elegias Romanas locis communibus et sermonis amatorii et artis rhetoricae inter se congruere posse; ne tamen obliviscaris, moneo etiam ipsos epistolographos ab ipsis comoediis pendere posse. Eadem fere quaestio oritur, si epigrammata cum epistulis aut elegiis consentiunt. Nam ex natura epigrammatis sequitur, ut, quae intercedit necessitudo, duplici ratione explicari possit. Potuit certe epistolographus aut elegiarum scriptor ipsum epigramma imitari et secundum rhetorum praecepta amplificare atque ornare. Haud raro hoc fecit Ovidius, cuius ex carminibus unum seligo, quod nihil aliud est nisi epigramma dilatatum. Inter epigrammata libri septimi Anthologiae Palatinae, qui sepulchralia continet, magnus numerus invenitur, qui ad mortuas bestias, in primis aves, pertinet (Anthol. Pal. VII 189 sqq.). Iam a poetis epigrammatum, qui a Reitzensteinio 'Peloponnesiaci' appellabantur, ut Anyte, Mnasalcas, alii, talia paucis distichis componebantur (Anthol. Pal. VII 192. 202). Quos inde a Leonidae usque ad Meleagri aetatem alii epigrammatographi ita imitabantur, ut numerum versuum ornatumque sermonis paulatim intenderent et neglecta

¹) Conferas de τελικοῖς κεφαλαίοις Volkmann, Die Rhetorik der Griechen und Römer² 1885 p. 300. 323 sq.; sunt apud recentiores quidem τὸ δίκαιον, συμφέρον, νόμιμον, καλόν, ἡδύ, δυνατόν, ἀναγκαῖον, πρέπον.

inscriptionis forma laudem locustae aut avis cuiusdam canerent. Vide, quam artificiosa atque verbosa querella utantur Meleager (Anthol. Pal. VII 195. 196) aut Archias¹⁾ (ibidem 213. 214). Hinc pendet Ovidius²⁾, qui Am. II 6 magno versuum numero psittacum Corinnae non tam deflet, quam oratione funebri prosequitur³⁾.

¹⁾ Quos certe imitatione expressit Catullus, cum mortuum passerem deflet (I 3), sed elegiaco metro non utitur.

²⁾ Conferas Radinger, Meleager von Gadara p. 44: 'Meleagros hat leicht produciert, dies kennt man jedem seiner wohl lautenden Verse an, er ist hierin Ovid ähnlich, mit dem man ihn schon öfters verglichen hat' et adnotationem 1 ad p. 44: 'Was Ribbeck, Gesch. der römischen Dichtung II p. 340 von Ovid sagt, läßt sich sehr gut auf Meleager übertragen'.

³⁾ Breviter de Ovidii III 6 Amorum et Antiphili epigr. IX 277 Anthol. Pal. disseramus; quae carmina iam Bürgerus (p. 17 sq. libelli sui) inter se comparavit. Uterque poeta rivum alloquitur, qui imbris atque nivibus auctus impedit, quominus viatores eum transeant; cf. v. 1. 2 Antiphili epigrammatis:

Λαβροπόδη χειμάρρη, τί δὴ τόσον ὤδε κορύσση

Πεζὸν ἀποκλείων ἴχνος ὀδοιπορίας;

et v. 1. 2 Ovidii carminis:

Amnis harundinibus limosas obsite ripas,

Ad dominam propero: siste parumper aquas;

uterque de sordido colore aquae disserit; cf. Antiphili v. 3. 6:

Ἦ μεθύεις δμβροῖσι, καὶ οὐ Νύμφαισι διαγές

Νῆμα φέρεις, θολεραῖς δ' ἠράναισι νεφέλαισι

et multos locos Ovidii elegiae (ut 7. 8. 93 sq.). Denique uterque optat. ut sol rivum exsiccet, ut poenam dignam accipiens aqua privetur; cf. Antiphili v. 5. 6:

Ὅψομαι ἡλίῳ σε κεκαυμένον, ὅστις ἐλέγχειν

Καὶ γόνιμον ποταμῶν καὶ νόθον οἶδεν ὕδωρ.

et Ovidii v. 105.106:

At tibi pro meritis, opto, non candide torrens,

Sint rapidi soles siccaque semper hiems!

Videmus igitur omnes fere sententias Antiphili apud Ovidium recurrere. Ut diiudicemus, num Ovidius Antiphilum imitetur, quid inter utrumque intersit, quid Ovidio proprium sit, quaeramus.

Apud Antiphilum viator tantum, qui impeditur torrente, conspicitur, apud Ovidium amator, qui ad puellam properat. Itaque ille flumini persuadere studet (23 sq.):

Flumina deberent iuvenes in amore iuvare;

Flumina senserunt ipsa, quid esset amor.

Alteram explicandi rationem supra (p. 11 sq.) iam vidimus. Potuit enim fieri et factum est, ut epistolographi aut elegiarum scriptores isdem fontibus atque epigrammatographi uterentur; nam epigramma, ut vidimus, saepius longiora carmina narrationesve in breve redacta praebet. Inter carmina illa elegias quoque fuisse — si ambiguo hoc verbo uti vis — supra ostendimus (p. 11), cum de Propertii elegia I 3, Pauli Silentiarii Anthol. Pal. V 275, Hedyli Anthol. Pal. V 199 epigrammatis verba faceremus. Sed alia quoque carmina in censum veniunt, ne statim omnia argumenta ad unam revoces elegiam.

Non aliter iudicandum est, cum elegiae Romanorum et epistulae amatoriae inter se tam arte consentiunt, ut eas ex eodem fonte derivatas esse manifestum sit. Nam ex eo, quod elegiae et epistulae bene inter se consentiunt, nondum colligi potest communia exemplaria elegias Alexandrinas fuisse, sed probari necesse est nullum alium fontem nisi carmen elegiacum Alexandrinum inter epistulas et elegias intercedere posse.

Atque haec quidem in universum praefanda videbantur, priusquam examinarem, num singulis Philostrati et Aristae-neti epistulis recte usi sint viri docti ad elegias recuperandas. Initium sumam ab illis epistulis, quae cum comoediis consentiunt.

Sequuntur exempla, quorum unum (Anienis et Iliae 47 sqq.) accuratius enarratur. Similia leguntur in Achillis Tatii fabula romanensi I 18, quo loco de amore Arethusae et Alphei disseritur, quocum conferatur velim Himerius (orat. I 8), Statius (silvae I 2, 203 sqq.), Menander rhetor (Rhetor. graec. IX p. 267—268 ed. Walz). Cf. Reitzensteinium, *Hermes* 35 (1900) p. 92 adnot. 3. 4. Hanc igitur sententiam ab Ovidio aut ex epithalamiis aut ex eroticis libris sumptam dixeris. Quomodo ex longiore elegia Alexandrini Antiphili epigramma ortum sit, nemo explicabit. Contra facile perspicitur tribus Ovidium fontibus uti, epigrammate scilicet Antiphili, erotico illo libro, Romano carmine, quod exitum Iliae narrabat. Profectus certe est de epigrammate; orationem ad fluvium habitam operi suo adaptare conatur, memor, ni fallor, etiam apud Alexandrinos poetas deos vel heroas flumina alloqui (cf. Callimachum Hymn. IV 109 sqq.). Sed oratoriis artibus utitur in ethopoeia; cf., quomodo inutiles preces — nam viator, qui 'expectat, dum defluat amnis' in proverbium abierat (cf. Horatii epist. I 2, 42) — in convicia convertat. Toto, quod aiunt, caelo haec absunt a veterum carminum simplicitate.

§ 1.

Quod contendit vir summus Fridericus Leo¹⁾ neque Aristaenetum neque Philostratum comoedias novisse, novis Menandri fragmentis repertis a duobus viris doctis in dubium vocatum est. Kretschmarus²⁾ enim versum e Menandri Georgico 85: τί περιπατεῖς τρίβουσα τὰς χεῖρας; contulit cum Aristaeneti epistula II 5³⁾: ὦ τῆς ἀπορίας, δι' ἣν περιπατῶ τρίβουσα τὰς χεῖρας. Utroque loco verba περιπατεῖν τὰς χεῖρας τρίβοντα dubitationem et perturbationem exprimunt. Duos deinde locos addidit Alfredus Koerte⁴⁾, nempe Epitrepontes⁵⁾ v. 338 sq.:

φίλη Πειθοῖ, παροῦσα σύμμαχος

Πόει κατορθοῦν τοὺς λόγους, οὐς ἂν λέγω.

Aristaeneti II 1: ἀλλ', ὦ φίλη Πειθοῖ, παροῦσα συνεργὸς ποίει κατορθοῦν ἀνυκίμως, οὐς ἂν ἐπιτεῖλω λόγους et eiusdem fabulae v. 583 sq. ed. Koerte (509 sq. ed. Lefeburius):

Ἡ φύσις ἐβούλεθ', ἡ νόμων οὐδὲν μέλει·

Γυνὴ δ' ἐπ' αὐτῷ τῷδ' ἔφω.

Aristaeneti II 5: ἐπαισθάνομαι τῆς φύσεως βουλομένης, ἡ νόμων. ὡς ἔοικεν, οὐδὲν μέλει⁶⁾. Veri certe similis est ultimum, quem

¹⁾ Conferas supra p. 5.

²⁾ A. Kretschmar, De Menandri reliquiis nuper repertis, Lips. 1906, p. 53.

³⁾ Quae epistula continet prosopopoeiam puellae, quae amare incipit.

⁴⁾ Archiv für Papyrusforschung IV p. 509. 511.

⁵⁾ Cuius fabulae fragmenta primum Lefeburius ('Fragments d'un manuscrit de Menandre' 1907), deinde J. van Leeuwen ('Menandri quatuor fabularum Herois, Disceptantium, Circumtonsae, Samiae fragmenta nuper reperta' 1908), post alios novissime Alfredus Koerte ('Menandrea' 1910) ediderunt.

⁶⁾ Conferas etiam inter se hos locos comoediarum et epistularum, Terentii Phormionis v. 506 sqq.:

Immo, id quod aiunt, auribus teneo lupum.

Nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio, ad quos versus Donatus addit: 'Graecum proverbium: τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον· οὕτε γὰρ ἔχειν οὐτ' ἀφεῖναι δύναμαι' et Aristaeneti II 3: ἐγὼ γὰρ τὸν λύκον τῶν ὤτων ἔχω, ὃν οὕτε κατέχειν ἐπὶ πολλὸ δυνατόν, οὕτε μὴ ἀκίνδυνον ἀφεῖναι, Plauti Pseudoli v. 1181 (IV 7, 86):

Conveniebatne in vaginam tuam machaera militis?

et Aristaeneti II 6 epistulam, qua amator rivalem, cuius amorem puella praefert, illudit: εὔρεν οὖν ἡ μάχαιρα κολεὸν ἄξιον ἑαυτῆς.

laudavi, locum ad Menandrum redire, ut statuit Koerte, quam ad Euripidem, cuius versus Menander in suum usum converterat¹⁾.

Sed quamquam permagna inter comoediarum locos, quos attulimus, et Aristaeneti epistulas intercedit similitudo, dubitatio quaedam restat, num necessario statuendum sit Aristaenetum ipsum suis oculis hos locos in comoediis legisse. Quam facile enim singulis decipiamur sententiis, Philostrati epistulae 61 (64) et 16 (26) docebunt. Nemo, opinor, dubitaret, quin Philostratus Menandri comoediam, quae Περικειρομένη²⁾ inscribitur, ipse legerit, praesertim cum illa Byzantinorum³⁾ etiam poetis nota fuisse videatur. Argumentum accurate enarratur. Polemo iratus captivae puellae capillos tondet. Singuli etiam loci congruunt inter se; conferas Philostrati 16 (26): κλάει γοῦν καταπερών et Menandri Περικειρομένη v. 53 ed. Lefeburius et Koerte:

Ὅ τὰς γυναῖκας οὐκ ἔων ἔχειν τρίχας
Κλάει κατακλινεῖς.

Tamen constat nunc Philostratum non ipsam evolvisse fabulam; nam ex prologo discimus Glyceram captivam non fuisse, quamquam duobus locis hoc adserit Philostratus 16 (26): ἀλλ' αἰχμαλώτου μὲν ἔρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθεῖς et 61 (64): ἐγὼ δ' οὐκ ἂν οὐδ' αἰχμάλωτον περιέκειρα⁴⁾. Itaque Philostratus ipsam non adierat comoediam, sed medius quidam intercesserat fons. Nanti igitur sumus locum, qualem desideraverunt viri docti, praesertim cum in elegiis Romanorum idem argumentum tractari quivis sciat. Paulum igitur in hoc loco immorari liceat.

¹⁾ Conferas Epitrepontes v. 585 ed. Koerte (511 ed. Lefeburius):

Τραγικὴν ἔρω σοι ῥῆσιν ἔξ Αὐγῆς ὄλην

et Koerte l. l. p. 511: 'z. B. droht Sophrone mit einer Rede aus der Auge des Euripides und scheint diesem Stück wirklich 1 1/2 tragisch klingende Verse zu entnehmen'.

²⁾ Reliquiae illius comoediae editae sunt in Oxyrynchi repertis papyris II p. 11 sqq. (cf. Kretschmar l. l. p. 80 sqq.) et a Lefeburio et aliis.

³⁾ Conferas Pauli Silentiarii Anthol. Pal. V 248 et Agathiae Anthol. Pal. V 218 epigrammata.

⁴⁾ Conferas Leonem, 'Hermes' vol. 43 (1908) p. 139 adnot. 1: 'Man sieht wieder, daß man sich auf die sophistischen Schönschreiber, auch wenn sie citieren, nicht verlassen kann'.

Concedimus certe et Ovidium in notissima elegia I 7 et Tibullum duobus locis (I 6, 71—74 et I 10, 59 sq.) *singulas* res cum Philostrato communes habere. Conferas Philostrati epistolam 61 (64): ὡς ἀνόητος καὶ βάρβαρος ὁ μὴ φεικόμενος τῶν Ἀφροδίτης δώρων et Ovidii I 7, 19:

Quis mihi non "demens"! quis non mihi "barbare" dixit?

Deinde Philostrati 61 (64): φεῦ ἀναίδοος παλάμης, ὄντως πάντα τὰ ἐκ πολεμίων πέπονθας et Tibulli I 10, 65. 66:

Sed manibus, qui saevus erit, scutumque sudemque
Is gerat et miti sit procul a Venere.

Quin etiam similitudo quaedam inter Menandri reliquias et Ovidii verba deprehendi potest; conferas verba Polemonis, quem paenitet facinoris sui (Oxyrynch. Papyr. II p. 15, v. 398 ed. Koerte): ἴν' ἑμαυτὸν ἀποπνίξαιμι et Ovidii I 7, 23 sqq.:

Ante meos umeris vellem cecidisse lacertos:

Utiliter potui parte carere mei;

In mea vaesanas habui dispendia vires

Et valui poenam fortis in ipse meam.

Quid mihi vobiscum, caedis scelerumque ministrae?

Debita sacrilegae vincla subite manus!

Sed argumentis inter se dissentiunt: Philostratus puellam invenire se fingit ab amatore tonsam graviterque incusat scelestum: Ovidius puellam se verberasse crinesque eius vexasse, non detondisse dicit. A Menandro uterque, sed diversas in partes recedit. Sed res conficitur, si Rufini epigramma Anthol. Pal. V 41¹⁾ adhibes, qui multo propius ad Philostratum accedit. Nam et ipse mulierem a viro vexatam lamentatur et, quod gravissimum est, ab iisdem verbis incipit. Conferas Rufini Anthol. Pal. V 41: τίς γυμνήν οὕτω σε καὶ ἐξέβαλεν καὶ ἔδειρεν: et Philostrati epist. 61 (64): Τίς σε, ὦ καλή, περιέκειρεν; Nihil fere Rufino est cum argumento fabulae Menandreae. Iam vides Philostratum proficisci de epigrammate — Rufini opinor ipsius — admiscere autem quosdam colores e Menandri Περιχειρομένη petitos. Ipsam, ut supra vidimus, non adiit comoediam; de-

¹⁾ Conferas simile argumentum Rufini epigrammatis Anthol. Pal. V 43.

clamazione igitur aliqua usus est, quam memoria tenebat. Nam declamationes ex illa comoedia ortas esse ipse Ovidius testis, cuius carmen nihil aliud est atque prosopopoeia iuvenis iracundiae suae poenitentiam agentis. Quis enim est, quin videat talium orationum egregia exempla hanc maxime fabulam praebuisse? Itaque si rhetorum discipuli iuvenem, qui per iracundiam puellam laeserat, introducere volebant, colores hinc repetebant. Hinc facile explicatur, cur in nonnullis rebus Ovidius a Menandro dissentiat.

Sed ipsa haec Menandri fabula ad eam, unde digressi sumus, quaestionem nos revocat, noveritne Aristaenetus ipsum Menandrum. Epistolam I 22 velim inspicias¹⁾. Glyceram amore Charisii perit, qui ipse hoc nihil curare videtur. Doris igitur, Glyceræ ancilla, Charisio narrat dominam suam Polemonem quendam vehementissime amare, Charisium ipsum ita odisse, ut ne nomen quidem eius ferre possit. Statim inflammatus iuvenis poenitentiam agit: quaerit, quibus rebus laeserit Glyceram; agnoscere se culpam dicit; hoc unum ab ancilla petit, ut facultas deprecandi detur. Facultate data ad genua puellae accedit pacemque impetrat. Multis certe in rebus epistolographus a Menandro recedit, sed personarum nomina eadem sunt, puellae, ancillae, amatoris denique, nisi quod rivalem potius Polemonis nomine notavit²⁾. Imitatur Aristaenetus illam scaenam, quae colloquium Doridis cum Polemone continebat (cf. Oxyr. Papyros II p. 15 sq. et v. 398 sqq. ed. Koerte). Iam si sententias illas respicis, quas in initio huius paragraphi attulimus, Aristaenetum probe Menandri fabulas novisse non negabis.

¹⁾ Monstravit eam rem mihi primus Reitzensteinus.

²⁾ Etiam epitheton illud ὁ βδελυρός comoediam sapere mihi videtur (cf. Περικειρομένης comoediae v. 8: σφοδρὸς ἐραστής et v. 52: σοβαρός).

Aristaenetum saepius nomina propria e comoediis sumpsisse ex epistula I 6 cognosci potest; qua puella quaedam nutrici narrat, quomodo virginitate privata sit; nomen nutricis Σωφρόνη est; idem nomen nutricibus in comoediis est. Conferas Ἐπιτρέποντες Menandri, Eunuchum, Phormionem Terentii. Cum supra p. 67 memoraverimus rhetores ut exemplum σεμνολογίας narrationem virginis, quae compressa est, e Menandri fabulis haustam attulisse, fortasse etiam haec epistula cum comoedia aliquo modo cohaeret, nisi quod finis mimum magis respicit.

Sed vide, quemadmodum hi oratores fabulas adhibeant. Non ipsos libros sumunt ad manus, aut totas transcribunt sententias. Abscondunt potius, quae mutuuntur, ita tamen ut agnosci velint. Contra ubi ipsos laudant titulos, memoria eos interdum fallit, et afferunt pro Menandreis, quae in declamationibus e Menandro petitis legerant.

Sed satis de hisce locis disputatum videtur, de quibus nunc demum inventis Menandri reliquiis certius iudicatur. Transeo ad eas epistulas, e quibus viri docti elegias Alexandrinorum recuperare posse sibi videbantur; quarum in numero Philostrati epistula 40 (2) est; qua epistolographus medicina faciei dissuadens dicit vetularum tantum esse ita formam corrigere. Cum idem in comoediis et elegiis Romanorum legamus, Hoelzerus¹⁾ putat hanc sententiam ex elegiis Alexandrinis in carmina elegiaca Romanorum et epistulam Philostrati fluxisse. Primum locos similes afferamus. Philostrati 40 (2): Ἡ πυρκαίνουσα μίλτος τὰ χεῖλη καὶ τὴν παρεῖαν γράφουσα κώλυμα φιλημάτων, κατηγορεῖ δὲ καὶ γήρας τοῦ προσώπου, ὅφ' οὐ πελιδνὸν μὲν τὸ στόμα, ῥυσὴ δ' ἡ παρεῖα καὶ ἔξωρος. Ἰσχε δὴ χρωματοποιίαν καὶ μηδὲν ἐπιποιεῖ τῷ κάλλει, μη καὶ γράψωμαι σε γήρωσ ἐπὶ τῇ τοῦ προσώπου γραφῇ, qua cum epistula conferas Tibulli I 8, 41:

Heu sero revocatur amor seroque iuventas,

Cum vetus infecit cana senecta caput.

Tum studium formae est; coma tum mutatur, ut annos

Dissimulet viridi cortice tincta nucis;

Tollere tum cura est albos a stirpe capillos

Et faciem dempta pelle referre novam.

et Propertii III 24, 31 sqq. Philostratus et poetae elegiaci igitur pulchras puellas ornamentis et cultu non egere, sed a veteribus mulieribus solum vitia formae talibus medicinis corrigi necesse esse dicunt. Item apud Plautum Mostell. v. 248 sqq. legimus, quibus versibus Scapha mulieribus, quae iuvenes sint, fuco et unguentis non opus esse docet. Conferas in primis v. 263 sq. et 273 sqq.:

¹⁾ p. 26. 27 dissertationis suae.

Non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere,
Neque cerussam neque melinum neque aliam ullam offuciam.
. . . . Quia ecastor mulier recte olet, ubi nil olet.
Nam istae veteres, quae se unguentis unctitant, interpoles,
Vetulae edentulae, quae vitia corporis fuce occultunt.

Quae cum ita sint, Hoelzerus elegiographos Romanos et Philostratum hanc sententiam ex elegiis Alexandrinis hausisse, quarum auctores comoediis exemplaribus usi sint, putat. Sed licet sententia fere eadem sit, huius si εὐπερίην invenire certumque scriptorem hanc primum excogitasse ostendere volumus, Graecos, ni fallor, imitamur, qui, quidquid vita ipsa suppeditat, auctori cuidam deputare solent. Nihil talia probant nisi eidem sententiarum nexui inserta. Sed apud Plautum lena haec discipulam docet; apud Tibullum in descriptione senescentis puellae inveniuntur; Propertius iam nunc his medicamentis Cynthiam uti et mox omni lepore destitutam etiam magis usuram esse dicit. Philostratus, qui certum epistularum quasi typum sequitur, dona, quae puella petierat, ei denegat; magis impediri et deterreri his medicamentis amatores dicit. Plane diverso igitur sensu illam, quae cuivis facile occurrit, sententiam adhibent scriptores: locum communem velim agnoscas, qui vitae debetur et in comoedia primum legitur.

Simili in argumento versantur Philostrati epistulae 22 (40) et 27 (39), quas cum Propertii el. I 2 Gollnischius¹⁾ comparat, ut elegiam Alexandrinam utriusque auctoris fontem fuisse ostendat. Artius certe hi loci cohaerent; uterque enim pulchritudinem a natura datam ornamentis perdi probat exemplis et e rerum natura et e fabulis sumptis. Ipsa sententia in comoedia primum nobis occurrit; conferas eandem Mostellariae Plautinae scaenam, quam modo laudavi. Negat Scapha pulchram puellam ornamentis egere. Conferas Mostellariae vv. 248—250. 254 sq. 258—260. 287. 289. 292:

Cedo mihi speculum et cum ornamentis arculam actutum,
Scapha,
Ornata ut sim, quom huc <ad>veniat Philolaches, voluptas mea. —

¹⁾ Quaestiones Elegiacae p. 25 sqq.

Mulier, quae se suamque aetatem spernit, speculo ei
usu<s> est. —
Suo quique loco (viden?) capillus satis compositust
commode? —
Ubi tu commoda 's, capillum commodum esse credito. —
Cedo cerussam. — Quid cerussa opust nam? — Qui
malas oblinam. —
Una opera ebur atramento candefacere postules¹⁾. —
Quid opust, quod suom esse nolit, ei ultro ostentariet?
Pulchra mulier nuda erit quam purpurata pul-
chrior.

Nam si pulchra est, nimis ornata est.

Sed haec, si sententiarum nexum respicias, a Propertii car-
mine certe immane quantum dissident. Merito Reitzensteinus²⁾
collatis ipsius Propertii verbis IV 5, 55 sqq.:

'Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo

Et tenues Coa veste movere sinus?'

Qui versus, Coae dederit nec munera vestis,

Illius tibi sit surda sine aere lyra.

qui lenam irradientem hoc loco facit, concludit carmen I 2 lepidi
epistolii quasi exemplar esse, quo amator puellae dona, quae
petierat, ita neget, ut ne ipsa quidem ea re offendi possit.

Contra Philostratus, quem Iacobius iam in censura dis-
sertationis Gollnischianae³⁾ alio exemplari uti probare studuit,
in epistula 27 (39) puerum adloquitur, qui corpus non nimis
curat, ut pulchritudinem suam celet. 'Falleris', inquit, 'ipsa
nos allicit neglegentia: οὕτω καὶ ὁ Ἀπόλλων ποιμένων ἦρα
καὶ ἡ Ἀφροδίτη βουκόλων καὶ ἡ Πέα ἀγροίκων καὶ ἡ Δημήτηρ
τῶν τὰ ἀκρέια οὐκ εἰδόντων'. Longe diversa sunt exempla,
quae ex fabulis laudat Propertius, ut ostendat, quantos amores
simplex illa 'formosi temporis aetas' tulerit; cf. Propert. I 2,
15 sqq.:

Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe,
Pollucem cultu non Hilaira soror

¹⁾ Vide etiam v. 261 sq. 272 sq. 286.

²⁾ Cf. Encyclopaediam Pauly-Wissowa VI p. 98 adnot.

³⁾ Berliner philolog. Wochenschrift 1905 p. 1209 sqq.

Non Idae et cupido quondam discordia Phoebo
Eueni patriis filia litoribus,
Nec Phrygium falso traxit candore maritum
Aucta externis Hippodamia rotis.

Apud Philostratum rustici cum urbanis comparantur, quod fecit Βουκολικός ille Theocriti personati¹⁾, ut deorum exemplis iniuria pastores a puellis sperni ostendat. Conferas Theocriti XX 32 sqq.:

Ἄλλ' ὅτι βουκόλος ἐμῆ, παρέδραμε κοῦ ποτακούει·
Χῶ καλὸς Διόνυκος ἐν ἄγκει πόρτιν ἐλαύνει;
Οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτα
Καὶ Φρυγίοις ἐνόμειεν ἐν ὤρειαν; οὐ τὸν Ἄδωνιν
Ἐν δρυμοῖα φίλασε καὶ ἐν δρυμοῖαιν ἔκλαυεν;
Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βουκόλος; κ.τ.ξ.

Non magis exempla naturae debita, quae Philostratus 27 (39) et Propertius I 2 afferunt, inter se congruunt. Conferas Propertii I 2, 9—14:

Aspice, quo summittat humus formosa colores,
Et veniant hederæ sponte sua melius,
Surgat et in solis formosius arbutus antris,
Et sciat indociles currere lympha vias:
Litora nativis persuadent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canunt.

et Philostrati 27 (39): ἀμελούμενον μάλλον ἀνθεῖ, καθάπερ τῶν φυτῶν, ὅσα τῇ φύσει θαρροῦντα καὶ τῆς τῶν γεωργῶν πολυωρίας μὴ χρῆζοντα . . . καλὸς εἶ, κἂν μὴ θέλης, καὶ πάντα ἔλκεις τῷ λίαν ἀμελουμένῳ, ὥσπερ οἱ βότρυς καὶ τὰ μῆλα καὶ εἴ τι ἄλλο αὐτόματον καλόν . . . οὐδεὶς οὐδ' ἀστέραις εἶδε κοσμομένους οὐδ' ὄρνιθας κ.τ.ξ. Neque, quae consentire dicuntur, omnia re vera inter se congruunt — omnium enim plantarum fructuumque pulchritudinem naturae non arti deberi Philostratus ait, non de cantu, sed de aspectu avium loquitur — et, quae similia dixeris, alio modo inter se nectuntur. Locos communes communi rhetorum arte tractatos vides.

¹⁾ Conferas, quae de hoc carmine exposuit Wilamowitzius (Textgesch. der Bukoliker p. 80 sq.). Poetam vir doctissimus in Asia vixisse suspicatur; artem, quae rhetorum praecepta respiciat, similem esse arti Bionis.

Nunc Philostrati epistolam 22 (40) cum Propertio comparemus. Epistolographus mulierem, quae ornamenta et cultus contemnat, laudans ab ea sententia, quam in *Mostellaria* Plauti et in Propertii carmine legimus, incipit: nullas mulieres nisi turpes medicinis egere: Ἡ καλλωπιζομένη γυνή θεραπεύει τὸ ἐλλιπέος φοβουμένη φωραθῆναι, ὃ οὐκ ἔχει ἡ φύσις. Deinde enumeratis medicaminibus, quibus mulieres utuntur, suam puellam laudat, quod omnia haec contemnat: nam meretricum tantum esse illa adhibere. Vides mores puellae plane contrarios eis, quos Propertius describit, ipsam epistolae occasionem esse plane aliam. Sed ita invertere solent exemplaris sententias rhetores. Audio, sed quid eum retinuisse dicis? Nam exempla e natura petita, quibus Propertius utitur, desunt. At inveniuntur mythica. Iovis certe amores afferuntur, atque verbis quidem, quae apud rhetores quasi sollemnia sunt. Conferas Philostrati epistolam 22 (40): ἀλλ' ἀδόλωσ εἰ καλή, οἶαι πρότερον ἦσαν, ἄν χρυσοῦς ἦρα καὶ βοῦς καὶ ὕδωρ καὶ ὄρνιθες καὶ δράκοντες et eiusdem epistolam 30 (58): οὕτω καὶ Ποσειδῶν ὑπήλαθε πορφυρῶ κύματι καὶ βοῖ Ζεὺς καὶ χρυσοῦ ὕδατι καὶ δράκοντι et Aristaeneti II 2: φίλος γὰρ Πυθιάδος τίς, εἰ μὴ γε Ζεὺς ταῦρος ἢ χρυσοῦς ἢ κύκνος γενόμενος διὰ σέ; et epigramma Palladis Anthol. Pal. V 257. (Vide etiam supra p. 48 sq.). Quid hoc cum Propertio? Deorum heroumque exempla laudare et rhetores solent et Propertius; quae si eadem non sunt, cur fontem putas communem? Sed aliam eiusdem Philostrati epistolam Gollnischius affert, ubi unum redeat Propertii exemplum, scilicet 36 (67), qua rhetor mulierem, ne pedum venustatem calceis celet, hortatur: οὕτω καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφουσιν οἱ Ζῳγραφοὶ τὴν ἀναχοῦσαν ἐκ τῆς θαλάττης· οὕτω καὶ τὰς Λευκιππίδας¹⁾ confert cum Propertii I 2, 15:

Non sic Leucippis succendit Castora Phoebe

et contendit eidem elegiae hunc locum deberi, cui epistulas 27 (39) et 22 (40). Sed et illas negamus ex exemplari Pro-

¹⁾ Verba οὕτω καὶ τὰς Λευκιππίδας Boissonadius (*Philostrati epistolae c. not. Olearii suisque instructae 1842*) solum Philostrato adscribit.

pertii petitas, et hunc epistolae 36 (67) locum neque sententia neque verbis Propertii similem dicimus.

Tota autem haec argumentandi ratio, vereor, ne recta non sit. Propertium probare volumus totum carmen ex uno eodemque fonte hausisse, deinde non unum eligimus Graecorum caput, quod eadem omnia contineat, sed diversa proferimus, quorum alterum hanc, alterum illam sententiam contineat; tertium adiungimus, quod uno verbo aut nomine concinat; postremo haec omnia ex uno eodemque fonte petita dicimus, quoniam apud Propertium coniuncta legantur, ipsa illa capita inter se nullo modo coniungi posse non curamus. Hac certe ratione aut omnia probari possunt aut nihil.

Sed confert Gollnischius initium Propertiani carminis I 2, 1—3:

Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo

Et tenues Coa veste movere sinus,

Aut quid Orontea crines perfundere murra?

cum verbis Philostrati 27 (39): ὁ μὲν γὰρ καλλωπιμὸς ἑταιρικόν et 22 (40): τὸ δὲ φύκος καὶ ὁ κηρὸς καὶ τὸ ταραντινίδιον καὶ οἱ ἐπικάρπιοι ὄφεις καὶ αἱ χροσαὶ πέδαι Θαΐδος καὶ Λαΐδος καὶ Ἄρισταγόρας φάρμακα. Et Propertium et Philostratum ornamenta meretricum (nam meretrices Coa veste et unguentis uti solent) enumerare dicit. At non eadem enumerant et enumerant omnibus nota. Nemo dubitabit, quin hi loci vitae debeantur. Quod confirmatur Plauti Mostellariae 248 sqq., ad quos versus, quoniam satis exposuimus ex elegia I 2 Propertii et epistulis 27 (39) et 22 (40) elegiam Alexandrinam recuperari non posse, nunc redeamus. Fortasse enim putes ab elegiaco Romano et epistolographo comoediam adhibitam esse. Quod ita se habere negamus; nam Plautus, Propertius, Philostratus solum his sententiis inter se consentiunt: mulieres pulchras ornamentis non egere, et meretrices his uti solere. Has autem apud plurimos recentioris aetatis auctores invenies; conferas, si tanti est, Propertii II 18, 25, Ovidii Art. Amat. I 505 sqq., Aristaeneti II 21: καὶ φύσει αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς, . . . οὐδὲ στεφανοῦσθαί σοι τὴν κεφαλήν ἀναγκαῖον, ἅτε τῆς κόμης ἀποχρώσης αὐτῆς.

Hactenus epistolae Philostrati, quarum similitudo cum comoediis locis communibus e vita sumptis debetur; nunc ad Aristaeneti epistulas transeamus, quarum nonnullae comoediis tam cognatae sunt, ut ab his aliqua ratione pendere videantur. Cum comoediographi lenas meretricibus imperitis praecepta dantes inducant, et poetae elegiaci Romani (Propertii IV 5, Ovidii Am. I 8) sermones lenarum imitentur, Leo¹⁾ putat Ovidium et Propertium in illis elegiis componendis carmina elegiaca Alexandrina respexisse, quorum poetae comoediis fontibus usi sint. Quod confirmari Aristaeneti epistula I 14, quae ad idem argumentum spectet, vir doctissimus dicit. Puella adolescenti, qui nocte παρακλαυσιθυρον cecinerat, scribit non cantu se, sed argento elici. Quamvis enim virgo sit et amoris nescia, meretricum vitam artemque se exemplo maioris natu sororis didicisse; quam ut optimam meretricum magistram amatoribus dicere 'vos formae, ego argenti cupidi sumus, alter alterius desiderio obsequatur'. Ipsam quoque, si argentum afferat iuvenis, satis paratam esse.

Respondent aliquo modo certe huic epistolae elegiae, quibus lenae discipulas suas vetant quidquam praeter argentum respicere. Conferas Propertii elegiam IV 5, 53 sq.:

Aurum spectato, non quae manus adferat aurum.

Versibus auditis quid nisi verba feres?

et Ovidii Amor. I 8, 57 sq. 61 sq.:

Ecce, quid iste tuus praeter nova carmina vates

Donat? Amatoris milia multa leges.

Qui dabit, ille tibi magno sit maior Homero:

Crede mihi, res est ingeniosa dare.

cum Aristaeneti I 14: οὔτε αὐλὸς ἑταίραν οἶδε προτρέπων οὔτε λύρα τις ἐφέλκεται πόρνας ἀργυρίου χωρὶς. κέρδει μόνον δουλεύομεν, οὐ θελγόμεθα μελωδίαις . . . ἀλλ' ἔγωγε παλαιᾷ συνοῦσα πορνοδιδακάλῳ τῇ ἀδελφῇ κ. τ. ξ. Aut Propertii IV 5, 55 sqq.:

¹⁾ Plautinische Forschungen p. 132; vide etiam Hoelzeri dissertationis p. 80 sq.

‘Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo
Et tenues Coae veste movere sinus?’
Qui versus, Coae dederit nec munera vestis,
Illius tibi sit surda sine aere lyra.

cum Aristaeneti I 14: τί δὲ καὶ ἄδοντες ἔφητε ‘οὐκ ἐπιθυμείς, ὦ παρθένε, γενέσθαι γυνή; μέχρι τίνος παρθένος καὶ κόρη, τὰ τῶν ἀνοήτων ὀνόματα;’ His rursus cum locis compares in primis Plauti Asinariae 524 sq.:

Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an [tu] tibi
Verba blanda esse aurum rere, dicta docta pro datis?

quibus versibus mater filiae praecepta meretricia dat. Accedit, quod in Luciani, qui a comoediis saepe pendet, dialogis meretriciis (velut 7) similia leguntur.

Vides Leonis sententiam speciosis fulciri argumentis. Sed restat de ipsa Aristaeneti epistula dubitatio quaedam. Neque enim in doctrina lenae, si recte eam intellego, totum argumentum versatur, sed in ἠθοποιίᾳ virginis intactae et tamen corruptae, neque de carminibus, quae a poetis offeruntur, sed de solitis adulescentium artibus, quibus illi elicere solent puellas, agitur. Conferas velim descriptionem lepidissimam in eiusdem Aristaeneti epistula I 2: ‘Ἐσπέρα τῇ προτεραίᾳ μελωδοῦντί μοι κατὰ τινα στενωπὸν δύο κόραι προσήλθον κ.τ.ξ. Contraria quodammodo res nostra epistula refertur: incidit amator, qui aliter atque Asclepiades ille (Anthol. Pal. V 85: Φείδη παρθενίης κ.τ.ξ.) virginitatem stultae infantiae esse cecinerat, in puellam rudem quidem illam, sed saeculi sui moribus non minus exultam. Inest in hac ipsa virginis descriptione aliquid acuminis, quod saepe etiam captaverunt Francogallorum scriptores, cum amatorias componerent narrationes, quod sensisse etiam Paulus ille Silentarius videtur, qui puellam post vim allatam hoc maxime deflentem inducit, quod nunc gratis florem suum largita sit (Anthol. Pal. V 275, 9. 10):

Σχέτλιε, νῦν μὲν ἔρεξας ὃ τοι φίλον, ψῆπι πουλὺν
Πολλάκι σῆς παλάμης χρυσὸν ἀπωμοσάμην.

Hi puellae mores ut explicentur, sororis exemplum et doctrina afferuntur. Ita, quae inter elegias et epistolam intercedit, si-

militudo ad sententiam communem ipsamque vitam reducitur. Lenae certe prosopopoeia hac epistula non continetur. At inest in elegiis illa comoediarumque scaenis. Certe atque ita quidem, ut et Ovidius et Propertius contra se poetasque omnes ea praecepta a lenis dari faciant, quae contra omnes iuvenes dantur apud comicos. Non tamen statim sequi, ut elegia Alexandrina intercesserit, iam Reitzensteinius exposuit, cum rhetores argumenta prosopopoeiarum e comoedia hausisse demonstraret, id, quod nos multis exemplis probare supra conati sumus¹⁾. Novisse tales declamationes etiam Aristaenetum putamus; inde explicamus, si quae sententiae propius accedere ad elegiarum locos videntur. Certam autem alicuius comoediae scaenam ab Aristaeneto observatam esse non credimus.

Nunc ad epistolam I 27 Aristaeneti nos vertamus; quae continet colloquium duarum mulierum, quae in platea ambulat. Transit adulescens pulcher et elegans, quem tamen propter nimiam munditiam atque ornatum mulier spernit. Conferas: Πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, ὦ φίλη, ἐὶ ποθῶν οὐτοσί προσάδων παρέρχεται καὶ μορφῆς οὐκ ἀφυῶς ἔχων. ὡς εὐπάρυφον τὸ θερίτριον καὶ ποικίλον ταῖς ἀπὸ κερκίδος γραφαῖς, ὡς εὐμουσος τὴν φωνήν . . . ἴνῃ τοὺς Ἐρωτας, εἶπεν, ἀποστρέφομαι δὲ τὸν νέον καίπερ ὄντα καλόν, ὅτι φυχῶν αὐτὸς ἑαυτὸν οἶται μόνος ἀξίερατος εἶναι ταῖς γυναιξὶ καὶ πρεπόντως τῷ κάλλει ποθεῖσθαι . . . μισῶ γοῦν ἔρατὴν παρευδοκιμεῖν εὐμορφίᾳ τὴν ἐρωμένην ἀξιοῦντα, οἰόμενόν τε κάλλος ὑπὲρ κάλλους χαρίζεσθαι, μέγιστον ἀντὶ βραχέως κ. τ. ἔ.' Ex iisdem causis, quas mulier in Aristaeneti epistula I 27 affert, Ovidius puellas vetat amore pulchrorum virosum inflammari. Cf. Art. Amat. III 433 sqq.:

Sed vitate viros cultum formamque professos,
 Quique suas ponunt in statione comas!
 Quae vobis dicunt, dixerunt mille puellis.

¹⁾ Sic parasitorum quoque prosopopoeiae recipiebantur a declamatoribus (cf., ut exemplum afferamus, epistulas parasitorum, quas Alciphro composuit); deinde quasi artes conficiebantur, postremo demonstratur: ὅτι τέχνη ἢ παραιτική (cf. Luciani dialogum: περὶ παραίτου ἦτοι ὅτι τέχνη ἢ παραιτική, Leonem, Plautinische Forschungen p. 133 adnot. 2).

et *ibid.* 443:

Nec coma vos fallat liquido nitidissima nardo.

Id, quod apud Aristaenetum et Ovidium legimus, a comoediis fortasse alienum non fuit. Cf. Ovidii *Amorum* I 8, 67:

Quin, quia pulcher erit, poscet sine munere noctem!

et Luciani dialogorum meretricum VI 4: Οἱ δὲ καὶ οὐ πάνυ μορφῆς εὐφυῶς ἔχοντες. — Καὶ τοιοῦτοισι συγκαθεύδειν δεήσει; — Μάλιστα, ὦ θύγατερ· οὔτοι μὲν τοὶ καὶ πλείονα διδόσιν· οἱ καλοὶ δὲ αὐτὸ μόνον καλοὶ θέλουσιν εἶναι. Quibus ex locis colligi potest lenam meretrices monuisse, ne amorem pulchris viris praeberent, quod hi pulchritudine, non pecunia vincere cuperent. Quam sententiam ex elegiis Alexandrinis in epistulam Aristaeneti fluxisse Gollnischius¹⁾ ex Tibulli elegia I 8, 9—16:

Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos

Saepeque mutatas disposuisse comas,

Quid fuco splendente genas ornare, quid ungues

Artificis docta subsecuisse manu?

Frustra iam vestes, frustra mutantur amictus

Ansaque compressos colligat arta pedes.

Illa placet, quamvis inculto venerit ore

Nec nitidum tarda compserit arte caput.

et Pauli Silentiarii epigrammate *Anthol. Pal.* V 228:

Εἰπὲ τίτι πλέξεις ἔτι βόστρυχον, ἢ τίτι χεῖρα

Φαιδρυνείεις ὀνύχων ἀμφιτεμῶν ἀκίδα;

Εἰς τί δὲ κομήσεις ἀλιανθῆι φάρεα κόχλω,

Μηκέτι τῆς καλῆς ἐγγύς ἰὼν Ῥοδόπης;

᾽Ομμασιν οἷς Ῥοδόπην οὐ δέρκομαι, οὐδὲ φαινή

Φέγγος ἰδεῖν ἐθέλω χρύσειον Ἑριπόλης.

probare studet. Si epigramma Pauli totum totamque Tibulli elegiam inspicies, similitudo, quam deprehendere sibi videtur vir doctus, elabetur. Paulus enim, quia Rhodope amata procul sit, se non iam ornamentis uti velle affirmat; Tibullus exponit studium formae Maratho ad amorem Pholoae impetrandum

¹⁾ 'Quaestiones elegiacae' p. 66. 67.

nihil prodesse. Hac una in re inter se consentiunt, quod amatoris cultum describunt¹⁾; ipsa sententia communis est; ἔστι γὰρ, ut ait Charito VI 4, ἴδιον ἔρωτος τὸ φιλόκομον (cf. Aristaeneti I 27: ἐπεὶ καὶ τοῦτό γε τοῦ ἔρωτος ἴδιον . . . τὸ σφόδρα πείθειν τοὺς ἐρώντας ἐπιμελῶς ἄγαν διακομείσθαι). Aristaeneti autem epistula et argumento et sententiis a Tibullo Pauloque Silentiario tantum recedit, ut, quomodo ex his elegia recuperari possit, equidem non videam. Immo ne Ovidii quidem loco Artis Amatoriae III 433 sqq. et Aristaeneti epistula I 27 inter se collatis hoc effici crediderim. Potuit certe inter lenarum praecepta et in comoedia et in vita hoc quoque ferri, ut meretrices vitarent viros, qui sibi nimis belli viderentur. Nihil inde sequitur.

Transeamus ad Aristaeneti epistulam I 18 et Tibulli elegiam I 8, 29 sqq., ex quibus Wilhelm²⁾ elegiam Alexandrinam restituere vult; putat enim auctorem illius elegiae lenarum illa praecepta, ne meretrices naturam secutae iuvenibus pulchris magis faveant, in contrarium vertisse; inde pendere et Tibullum et Aristaenetum. Locos inspiciamus ipsos. Tibulli I 8, 29 sqq.:

Munera ne poscas: det munera canus amator,
 Ut foveat molli frigida membra sinu.
 Carior est auro iuvenis, cui levia fulgent
 Ora nec amplexus aspera barba terit.

¹⁾ Fecit hoc certe comoedia, fecerunt rhetores. Cf. Menandri fabulae, Ὀργή quae inscribitur, fragmentum (Comic. Attic. fragm. III p. 105, 363 ed. Kock):

Καίτοι νέος ποτ' ἐγενόμην κάγω, γύναι,
 Ἄλλ' οὐκ ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας
 Τότε· ἀλλὰ νῦν. οὐδέ χλανίδ' εἶχον· ἀλλὰ νῦν.
 Οὐδέ μύρον εἶχον· ἀλλὰ νῦν. καὶ βαψομαι,
 Καὶ παρατιλοῦμαι νῆ Δία καὶ γενήσομαι
 Κτήσιππος, οὐκ ἄνθρωπος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ.

et Scipionis Africani fragmentum apud Gellium VI (VII) 12, 5 servatum: 'Qui cotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cuius supercilia radantur, qui barba vulsa feminibusque subvulsis ambulet, . . . eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit, quod cinaedi facere solent?'

²⁾ Philologus 60 (1901) p. 584 sq.

Huic tu candentes umero suppone lacertos,
Et regum magnae despiciantur opes.

conferas cum Aristaeneti epistula I 18, qua meretrix alteram, quae solis formosis et iuvenibus obsequatur, laudat: Ὑπερ-ευδαιμονεῖς ἔρωτα φιλόκαλον εὐτυχούσα καὶ μηδενὶ παρὰ τὸ ἥδιστον δουλεύοντα πλούτῳ. αἰεὶ γοῦν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ προ-τρέχεις, οἷα ποθεινοῖς ἔρασταῖς συνήδευθαι βουλομένη, καὶ τοῖς ἀκμάζουσι χαίρεις καὶ μειρακίοις ὠραϊζομένοις εὐφραίνῃ κυνοῦσα . . . τοὺς δὲ πρεσβύτας παντελῶς ἀτερπεῖς καὶ πόρρωθεν ἀποφεύγεις, κἄν τις γέρων προτείνη Ταντάλου θη-καυρούς κ. τ. ἔ. Atque hoc recte Wilhelm animadvertit opposita haec esse lenarum praeceptis artique meretriciae¹⁾. Fortasse addere possis aliqua ratione haec cum comoedia cohaerere, quae non solum saepius rivales apud meretrices senes facit iuvenum, sed interdum etiam lenarum praeceptis probos sermones puellarum opponit, id quod apud Plautum in Mostellaria I 3 legimus (quo loco Philematium, quamquam Scapha eam, ut meretrices facere solent, amore multorum virorum uti iubet, se Philolachi semper fidam manere velle exponit). Ipsi autem Aristaenetus et Tibullus adeo diversa tractant argumenta, ut de communi eorum fonte equidem non cogitem, nedum elegiam utrique ante oculos versari dicam.

Priusquam de cognatione comoediarum et epistularum amatoriarum agere desistamus, de persona magistri rerum amatoriarum breviter disseramus. Quam elegiis Alexandrinis deberi Leo et Bürgerus²⁾ contendunt; quarum auctores loco lenarum, quae in comoediis meretrices artem suam docebant, se ipsos poetas vel alias personas, ut deos adulescentibus et puellis consilia dantes, induxisse viri docti putant. Conferunt autem Aristaeneti epistolam I 4, qua adulescens rerum amatoriarum peritus magistrum imperiti se praebet: *κύ δὲ τούτων ἀπειρος ἔτι. ἀλλ' ἔπου καὶ μάθανε καὶ συναπόλαυσον ἔρωτικῶ*

¹⁾ Quod confirmat Lucianus (cf. *Dialog. Meretric.* VII 2), quo loco mater filiae, quae amore pulchri et pauperis adulescentis inflammata sit, accurate exponit hoc facere non meretricum esse.

²⁾ Leo, *Plautinische Forschungen* p. 132; Bürger, *De Ovidii carminum amat. inventione et arte* p. 118 sqq.; vide supra p. 5 sq.

διδασκάλῳ· τοῦτο γάρ τὸ μάθημα παρ' ὄντινόν ποιούμεναι δεινότατος εἶναι et Tibullum, qui antea Priarum artem amatoriae profitentem fecerat, I 4, 75 sqq.:

vos me celebrate magistrum,
Quos male habet multa callidus arte puer.
Gloria cuique sua est: me, qui spernentur, amantes
Consultent: cunctis ianua nostra patet.

et Propertii I 10, 14, qua elegia Propertius Cynthia magistra usus amico Gallo, quomodo amorem amatae sibi conservet, consilia dat, et eiusdem Propertii II 34, 50. Hanc, quae naturae elegiae optime responderet, partem suscepisse Ovidium, cum tribus libris artem amandi doceret.

Multa insunt in his, quae mihi arrideant, et personam magistri quasi sollemnem esse in omni genere amatoriae scriptiois minime negaverim. Sed hac ipsa re impediatur, ne nimis cupide omnia elegiis Alexandrinis adscribam. Ars amatoria anonymi poetae versibus heroicis scripta laudatur ab Herodico, Cratetis sectatore (Athenaei V 219 c sqq.). Refert Socrates artis amatoriae praecepta, quae ab Aspasia acceperit (conferas Reitzensteinium in Encyclopaedia Pauly-Wissowa VI p. 103 et Theodorum Bergk, Poetae lyrici Graeci II p. 288):

Σώκρατες, οὐκ ἔλαθές με πόθῳ δηχθεῖς φρένα τὴν σὴν
Παιδὸς Δεινομάχης καὶ Κλεινίου. ἀλλ' ὑπάκουσον,
Εἰ βούλει σοὶ ἔχειν εὖ παιδικά· μὴδ' ἀπιθήσης
Ἄγγέλῳ, ἀλλὰ πιθοῦ· καὶ σοὶ πολὺ βέλτιον ἔσται

κ. τ. ἔ. Conferas verba argumenti: Κυνηγεῖ οὖν ὁ καλὸς Σωκράτης ἐρωτοδιδάσκαλον ἔχων τὴν Μιλησίαν.

Personam magistri amoris iam discipulis Socratis notam esse e Platonis convivio 201 D, quo Diotima magistra Socratis inducitur: ἢ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικά ἐδίδαξεν et Xenophontis Memorab. III 11, ubi Socrates Theodotam docet, concludi potest (cf. Bürgeri libelli p. 119). Recentiorum philosophorum ἐρωτικοὶ λόγοι pariter atque rhetorum declamationes perierunt. Sed in fabulis romanensibus rursus magistrum artesque amandi invenies, velut apud Achillem Tatium I 9. 10 Clinias amicum docet, quomodo amorem puellae sibi conciliare possit. Atque

saepius quidem cum Ovidii praeceptis ille consentit, sed in communibus locis, ex quibus de fonte nihil concluditur¹⁾. Talia igitur, si in epistulis leguntur, possunt etiam romanensibus fabulis deberi, si in elegia aut illis aut declamationibus²⁾.

¹⁾ Conferas Ovid. Art. Amat. I 613 sq. :

Nec credi labor est. Sibi quaeque videtur amanda.

Pessima sit, nulli non sua forma placet.

et Achill. Tat. I 9: θέλει γὰρ ἐκδέχτη τῶν παρθένων εἶναι καλὴ καὶ φιλουμένη χαίρει καὶ ἐπαίνει τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα. κἀν μὴ φιλήσῃ τις αὐτήν, οὕτω πεπίστευκεν εἶναι καλὴ. ἐν οὖν σοι παραινῶ μόνον, ἐράσθαι πιστευάτω, καὶ ταχέως σε μιμῆσεται et eiusdem Ovidii Art. Amat. I 673/74 :

Vim licet appelles, grata est vis ista puellis:

Quod iuvat, invitae saepe dedisse volunt.

et Achilles Tatii I 10: κἀν μὲν προσῆ τις συνθήκη τῆς πρῶξεως, πολλάκις δὲ καὶ ἐκοῦσαι πρὸς τὸ ἔργον ἐρχόμεναι θέλουσι βιδέσθαι δοκεῖν et Art. Amat. II 345 sq. :

Fac tibi consuescat: nil adsuetudine maius,

Quam tu dum capias, taedia nulla fuge!

et Achill. Tat. I 9: μέγιστον γὰρ ἐστὶν ἐφόδιον εἰς πειθῶ συνεχῆς πρὸς ἐρωμένην ὁμιλία (conferas Rohde, Der griechische Roman² p. 512 adnot. 4).

²⁾ Breviter de epistula I 24 Aristaeneti agamus, qua meretrix, quae unum amatorem aliis praefert, scribens inducitur. Meretrices, quae hoc more utuntur, in comoediis inveniri ex Plauti Mostellaria I 3 colligi potest. Prima parte epistulae Aristaenetus amatores repulsos querentes inducit se, quamvis divites, ab amatore paupere superatos esse. Similiter atque Aristaenetus Charito fabularum romanensium scriptor adulescentes, qui graviter ferunt, quod a Callirrhoa propter Chaeream sprete sint, loquentes inducit. Cf. Aristaenetus I 24: παρὸν γὰρ σοι χρηματίζεσθαι παρ' ἡμῶν, ὑπερορᾶς, προῖκα δὲ μόνῃ τῇ Λύσιδι τὴν σὴν ἐκδέδωκα ὄραν, καὶ οὐδὲ καλῶ μαιρακίῳ · οὕτω γὰρ ἂν ἦν φορητὸν ἐνός ἄγαν εὐπρεποῦς ἡττάσθαι τοσοῦτους, σοὶ δ' ἂν τυχόν συνέρνω τις ἐρωτικὸν κἀλλος ἄμαχον προκρινούσῃ χρημάτων et Charitonem I 2: εἰ μὲν τις ἔξ ἡμῶν ἔξημεν, οὐκ ἂν ὠργίσθην ... ὁ δὲ πόρνος καὶ πένης καὶ μηδενὸς κρείττων βασιλέων ἀγωνισαμένων αὐτὸς ἀκονίτι τὸν στέφανον ἤρατο. Quamquam singulis in rebus scriptores dissentiunt — adulescentes Aristaeneti puellae persuadere student, ut amore Lysidis desistat, Charitonis consulunt, quomodo Chaeream a Callirrhoa separent —, tamen cognatio quaedam inter epistolam et fabulam romanensem conspicitur; nam epistolographus et scriptor fabulae romanensis prosopopeiam amatorum divitum, quibus pauper et humiliore loco natus adulescens ab amata puella praelatus est, componunt.

Restat unum idque frigidissimum Agathiae epigramma
Anthol. Pal. V 216:

Εἰ φιλείς, μὴ πάμπαν ὑποκλασθέντα χαλάσσης
Θυμὸν ὀλιθηρῆς ἐμπλεον ἱκεσίης,
Ἄλλὰ τι καὶ φρονέοις στεγανώτερον, ὅσσον ἐρύσσαι
Ἵφρούας, ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῃ.
Ἔργον γάρ τι γυναιξὶν ὑπερφιάλους ἀθερίζειν
Καὶ κατακαγχάζειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων.
Κείνος δ' ἐστὶν ἄριστος ἐρωτικός, ὃς τάδε μίξει
Οἶκτον ἔχων ὀλίγη Ξυμὸν ἀγνηορίη,

quo ille praescribit, qualis debeat esse amator. Sed neque cum Romanorum poetarum elegiis ille consentit neque est, cur omnia praecepta βιωφελῆ, quae in recentissimis epigrammatis inveniuntur, ex elegiis derivata credamus.

Hucusque nullam invenimus epistolam, quae ex elegia Alexandrina necessario videatur repetunda.

§ 2.

Nunc epistulas Philostrati et Aristaeneti cum epigrammatis comparemus et memores, quid supra (p. 69 sq., 71 sq.) de natura epigrammatis statuerimus, incipiamus a Philostrati epistula 2 (30): Πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ γὰρ τιμῶν, . . . ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαρνανθῆ. Qua cum epistula conferas epigrammata, ut Anthol. Pal. V 91:

Πέμπω σοι μύρον ἠδύ, μύρω παρέχων χάριν, οὐ σοί.
Αὐτὴ γὰρ μυρίαι καὶ τὸ μύρον δύναιται.

et V 90 poetarum incertorum. Vides Philostrati epistolium epigramma esse soluta oratione conscriptum, epigramma brevem epistolam disticho inclusam. Talibus epistulis Crinagoram aliosque poetas dona saepe prosecutos esse supra vidimus. Non miramur rhetorem in his eodem stilo uti.

Sequatur iam Philostrati epistula 54 (58), quae cum Ovidii elegia (Am. II 15) et nonnullis epigrammatis bene congruit; qua ex re fortasse concluderit aliquis exemplar commune elegiam Alexandrinam fuisse. Argumentum huius epistolae et illorum carminum hoc est: amator amasiam dono, quod ille mittit,

uti, quasi id amator ipse sit, iubet. Conferas Philostrati 54 (58):
 εἰ κάμῃ φεύγεις, ἀλλ' ὑπόδεξαι κἄν τὰ ῥόδα ἀντ' ἐμοῦ. καὶ
 σου δέομαι μὴ στεφανοῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμηθῆναι ἐπ'
 αὐτῶν . . . ἐνετειλάμην αὐτοῖς καὶ τὴν δειρὴν σου φιλησθαι
 καὶ τοῖς μαστοῖς ἐπελθεῖν καὶ ἀνδρίσασθαι, ἂν ἐφήσ . . .
 ὦ μακάρια, οἶαν γυναῖκα περιβάλλειν μέλλετε. ἀλλὰ δεήθητε αὐτῆς
 ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πρὸς βεῦσατε καὶ πείσατε, ἔαν δὲ παρακούῃ, κα-
 τακούσατε et Ovidii II 15, quae elegia anulum, quem poeta
 amatae donat, sequitur; cf. 1. 3. 4. 7—9. 11. 12:

Anule, formosae digitum vincture puellae,
 Munus eas gratum; te laeta mente receptum
 Protinus articulis induat illa suis;
 Felix, a domina tractaberis, anule, nostra.
 Invideo donis iam miser ipse meis.
 O utinam fieri subito mea munera possem . . .
 Tunc ego te cupiam, domina, et tetigisse papillas
 Et laevam tunicis inseruisse manum.

et 23 sqq.:

Me gere, cum calidis perfunderis imbribus artus,
 Damnaque sub gemma fer pereuntis aquae;
 Sed, puto, te nuda mea membra libidine surgent,
 Et peragam partes anulus ille viri.

Uterque igitur scriptor dona, quae mittit, alloquitur, uterque
 iis invidet. Hic orat, ut puella rosas loco amatoris accipiat
 imperatque, ut illae muneribus viri fungantur. Ovidius sen-
 tentiam eandem paulo aliter tractat; se ipsum anulum esse
 fingit exponitque, quid faceret, si anulus esset. Ut cognoscamus,
 unde hoc argumentum fluxerit, epigrammata, quae in eadem re
 versantur, respiciamus. Primum incerti poetae Anthol. Pal. V 84:

Εἶθε ῥόδον γενομένην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με χερσίν
 Ἄρκαμένη χάριση στήθεσι χιονέοις¹⁾,

¹⁾ Quod argumentum inter Σκόλια iam invenitur; cf. Bergk,
 Poetae Lyrici Graeci⁴ 1882 III p. 649, 19:

Εἶθε λύρα καλὴ γενομένην ἐλεφαντίνην,
 Καὶ με καλοὶ παῖδες φέροισιν Διονύσιον ἐς χόρον.

et 20:

Εἶθ' ἄπυρον καλὸν γενομένην μέγα χρυσίον,
 Καὶ με καλὴ γυνὴ φοροίη καθαρὸν θεμένη νόον.

deinde Stratonis Anthol. Pal. XII 208:

Εὐτυχές, οὐ φθονέω, βιβλίδιον· ἢ βὰς ἄναγνους
 Παῖς τις ἀναθλίβει, πρὸς τὰ γένηα τιθείς·
 Ἦ τρυφεροῖς σφίγξει περὶ χεῖλεσιν, ἢ κατὰ μηρῶν
 Εἰλήσει δροσερῶν, ὦ μακαριστότατον·
 Πολλάκι φοιτήσεις ὑποκόλπιον, ἢ παρὰ δίφρου
 Βληθὲν τολμήσεις κείνα θιγεῖν ἀφόβως.
 Πολλὰ δ' ἐν ἡρεμίῃ προλαλήσεις· ἄλλ' ὑπὲρ ἡμῶν
 Χαρτάριον, δέομαι, πυκνότερόν τι λάλει.

Epigramma Anthol. Pal. V 84, quod satis vetustum videtur, et propter illam scolorum similitudinem ex longiore carmine depromptum esse vix potest, sententiam breviter atque apte exprimit. Dilatat argumentum Strato atque in obscœnum detorquet, idemque faciunt Ovidius et Ovidio paulo quidem verecundior Philostratus. Nihil tamen obstat, quominus epigrammata illos imitari dicas. Similis fere ratio inter Philodemi epigramma Anthol. Pal. XI 30 et Ovidii elegiam Am. III 7 intercedere mihi videtur; quod argumentum Philodæmus sex versibus absolverat, Ovidius ad octoginta quattuor producit.

Epigrammatum sententias atque sermonem invenimus etiam in Philostrati epistula 11 (48), qua Amorem magis quam amatum puerum allocutus vim et naturam dei depingit: per oculos influxit¹⁾, hinc igitur etiam abscedere poterit atque ad alios transvolare, sed restat; cum flamma comparatur, quam homines extinguere frustra conantur. Si quis aquam apporaverit, ipsa aqua amore uretur. Conferas epistulam 11 (48): Καί τις ὁ καινὸς ἐμπρησμὸς; κινδυνεύω, αἰτῶ ὕδωρ· κοιμίζει δ' οὐδεὶς, ὅτι τὸ βεσστήριον ἐς ταύτην τὴν φλόγα ἀπορώτατον, εἴτε ἐκ πηγῆς κομίζοι τις, εἴτε ἐκ ποταμοῦ λαμβάνοι· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ὕδωρ ὑπ' ἔρωτος κάεται et Meleagri epigramma Anthol. Pal. XII 81:

Ψυχαπάται δυσέρωτες, ὄσοι φλόγα τὰν φιλόπαιδα
 Οἴδατε, τοῦ πικροῦ γευσάμενοι μέλιτος,
 Ψυχρὸν ὕδωρ νίψαι, ψυχρὸν, τάχος, ἄρτι τακείησιν
 Ἐκ χιόνος τῆ' μὴ χεῖτε περὶ κραδίη.

¹⁾ Conferas Platonis Phaedrum 251 b: δεξιμένος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων ἐθερμάνθη.

Ἦ γὰρ ἰδεῖν ἔτην Διονύσιον. ἀλλ', ὁμόδουλοι,
 Πῦρ ψαῦσαι πλάγχθων, πῦρ ἀπ' ἐμεῦ σβέσατε¹⁾.

Quamquam Philostratus et Meleager sermone bene inter se congruunt, tamen epistolographum ex hoc ipso epigrammate hausisse nego; Meleager rhetoras, poetas Philostratus aemulatur, iisdem uterque gaudet argutiis eodemque sermonis fucō.

Idem fere argumentum, quod epistulae 11 (48), est etiam insequentis Philostrati epistulae, qua se expugnatum ab Amore dicit oculisque maledicit, qui ignem hunc primi transmiserint. Iterum Meleager similia praebet, etsi verbis magis ab epistolographo recedit; conferas Philostrati 12 (51): οὕτω καὶ ὁ ἔρωσ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκρόπολιν <καταλαμβάνει> . . . ἡσυχῇ καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὴν ψυχὴν ἐσδύεται . . . τὰ δ' ὄμματα, ἐπεὶ πρῶτα συνήϊσι κάλλους, διὰ τοῦτο μάλιστα καὶ κάεται κ. τ. ἔ. et Anthol. Pal. XII 83. Meleagri epigramma:

Οὐ μ' ἔτρωσεν Ἔρωσ τόξοις, οὐ λαμπάδ' ἀνάσας,
 Ὡς πάρος, αἰθομέναν θῆκεν ὑπὸ κραδίᾳ·
 Σύγκωμον δὲ Πόθοις φέρων Κύπριδος μυροφειγῆς
 Φανίον, ἄκρον ἐμοῖς ὄμμασι πῦρ ἔβαλεν·
 Ἐκ δὲ με φέγγος ἔτηξε. τὸ δὲ βραχὺ φανίον ὤφθη
 Πῦρ πεύκης τῇ μῆ καϊόμενον κραδίᾳ²⁾.

Nunc ad Aristaeneti epistulas transeamus, quarum una pars ab epigrammatis ipsis, altera ab iisdem exemplaribus atque epigrammata pendere videtur. Atque epistula quidem Π 11, cui quaedam sunt similitudines cum Ovidii elegia Am. II 10 et cum epigrammatis quibusdam, et Bürgerus³⁾ et Gollnischius⁴⁾

¹⁾ Cf. etiam Portii Licini fragmentum (Fragmenta poetarum Romanorum ed. Baehrens p. 278):

Custodes ovium teneraeque propaginis, agnum,
 Quaeritis ignem? ite huc. Quaeritis? ignis homost.
 Si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
 Omne pecus flammast, omnia, qua video.

²⁾ Meleager de Dioscoride (Anthol. Pal. V 138) pendet, qui primus captae urbis (Troiae) incendium cum suae mentis incendio contulerat. Inde explicatur etiam Philostrati epistula.

³⁾ 'De Ovidii carminum amatoriorum inventione et arte' p. 14—16.

⁴⁾ 'Quaestiones elegiacae' p. 68—70.

usi sunt ad elegiam Alexandrinam recuperandam. Certe ab eadem sententia proficiscuntur et Ovidius et Aristaenetus. Conferas Ovidium II 10, 1. 2:

Tu mihi, tu certe memini, Graecine, negabas
 Uno posse aliquem tempore amare duas

et Aristaenetus II 11: ἐβουλόμην εἶπερ οἶόν τε ἦν τοὺς ἐρωτικούς ἀπαντας διερωτῆσαι καθ' ἕκαστον, εἴ τις αὐτῶν ἐπαμφοτερίζων ὑφ' ἓνα καιρὸν δυοῖν περιπέπτωκε φίλτροις. Quod fieri posse Ovidius et Apollogenes, quem Aristaenetus scribentem facit, affirmant, cum dicunt se ipsos amore duarum mulierum deperisse. Conferas Ovidii II 10, 3. 4:

Per te ego decipior, per te deprensus inermis,
 Ecce, duas uno tempore turpis amo

et Aristaeneti II 11, quo Apollogenes se uxorem suam et aliquam meretricem simul amare narrat: ἐγὼ γὰρ ἐταίρας ἐρῶν πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ πόθου (οὕτω γὰρ ᾤμην) συνεζύγην κύφρονι γαμετῇ, καὶ νῦν τῆς τε πόρνης οὐδὲν ἦπτον ἐρῶ, καὶ ὁ τῆς ὁμοζύγου προσετέθη μοι πόθος. Ab Ovidio et ab Aristaeneto amator cum nave vel gubernatore eius, cui venti secum pugnantibus imminent, comparatur. Cf. Ovidii II 10, 9 sq.:

Errant ut ventis discordibus acta phaselos
 Dividuumque tenent alter et alter amor.

et Aristaeneti II 11: ζοικα γοῦν κυβερνήτη ὑπὸ δυοῖν πνευμάτων ἀπειλημένων, τοῦ μὲν ἔνθεν τοῦ δὲ ἔνθεν ἐκτηκότος καὶ περὶ τῆς νεῦς μαχομένων, ἐπὶ τάναντία μὲν τὴν θάλασσαν ὠθοῦντων, ἐπ' ἀμφοτέρα δὲ τὴν μίαν ναῦν ἐλαυνόντων. Cum Ovidii elegia et Aristaeneti epistula multis rebus inter se consentiant, viri docti elegiam Alexandrinam utriusque fontem fuisse putant, praesertim cum apud Theophylactum Simocattam epist. 39 similia legantur: Οὐ δύναται Θέτιδος καὶ Γαλατείας ἐρᾶν. οὐ τεμαχίζεται πόθος· οἱ γὰρ Ἔρωτες οὐ μερίζονται. ἀλλ' οὐδὲ διπλοῦν ἂν ἐνέγκαις τὸν ἔρωτα· ὡς γὰρ ἡ γῆ δύο ἡλίους οὐ δύναται θάλασσαν, οὕτω μία ψυχὴ δυάδος πυρῶν ἐρωτικῶν οὐκ ἀνέχεται. Qua epistula Theophylactus negat animam alicuius hominis amore duplici inflammari posse; cognoscimus igitur hunc ab Aristaeneti sententia dissentire. Conferas Aristaenetus II 11: ἀλλ' εἶθε,

καθάπερ διττοὶ Ἔρωτες τήμῃ συνομιλοῦντες ἐνδιαιτῶνται ψυχῇ, οὕτω Ζηλοτυπίας χωρὶς αἱ γυναῖκες συνψύκουν ἀλλήλαις et Theophylacti Simocattae ep. 39: μία ψυχὴ δυάδος πυρσῶν ἐρωτικῶν οὐκ ἀνέχεται. Eodem modo Theophylacti epistula ab Ovidii elegia differt, qui contendit amorem dividi posse. Cf. Ovidii el. II 10, 10:

Dividuumque tenent alter et alter amor

et Theophylacti Simocattae: οἱ γὰρ Ἔρωτες οὐ μερίζονται.

Ut elegiam horum locorum fontem esse probaret, contulit Bürgerus Philodemi epigramma Anthol. Pal. XII 173 (II ed. Kaibel):

Δημῷ με κτείνει καὶ Θέρμιον· ἡ μὲν ἑταίρη
Δημῷ· ἡ δ' οὐπω Κύπριν ἐπισταμένη.
Καὶ τῆς μὲν ψαύω, τῆς δ' οὐ θέμις. οὐ μὰ σέ, Κύπρι,
Οὐκ οἶδ' ἦν εἰπεῖν δεῖ με ποθεινοτέρην.
Δημαρίου λέξω τὴν παρθένον· οὐ γὰρ ἔτοιμα
Βούλομαι, ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.

Sed suo iure iam Gollnischius negavit similitudinem, quae intercedit inter epigramma Philodemi, elegiam Ovidii, epistulas, tantam esse, ut fons communis restitui posset. Quod in primis ex versibus 5 et 6 Philodemi epigrammatis intellegitur; epigrammatographus enim amorem virginis meretricio praefert, quia haec ultro cupidini virorum obsequatur, illius amor expugnandus sit. Ovidius et Aristaenetus autem enarrant se eodem amore mulierum duarum simul inflammari; neutram pluris aestimant.

Sed Gollnischius, quamquam haec recte reiecit, summa tamen in re cum Bürgero consentit; sufficere enim eam, quae inter Aristaenetum et Ovidium intercedat, similitudinem, ut communis inde fons deprehendatur. Quod ut recte perpendatur, nonnulla epigrammata velim respicias, quae idem argumentum tractant. Iam a Polystrato, cuius carmina inter ea, quae Meleager collegit, numerantur, de eadem re disseritur. Cf. Anthol. Pal. XII 91:

Δις ὁσὸς Ἔρωσ ἀἴθει ψυχὴν μίαν. ὦ τὰ περικτὰ
Ὅφθαλμοὶ πάντῃ πάντα κατοσκόμενοι,

Εἶδετε τὸν χρυσαίαι περίκεπτον Χαρίτεσσιν
 Ἄντιοχον, λιπαρῶν ἀνθεμον ἠιθέων.
 Ἄρκειτῷ· τί τὸν ἠδὺν ἐπηγάσσεσθε καὶ ἄβρὸν
 Στασικράτη, Παφίης ἔρνος Ἰοστεφάνου;
 Καίεσθε, τρύχεσθε, καταφλέχθητέ ποτ' ἤδη·
 Οἱ δύο γὰρ ψυχὴν οὐκ ἂν ἔλοιτε μίαν.

Praeterea conferas incerti poetae epigramma Anthol. Pal. XII 88:

Δισσοί με τρύχοι καταγιζόντες ἔρωτες,
 Εὔμαχε, καὶ δισσαῖς ἐνδέδεμαι μανίαις·
 Ἦι μὲν ἐπ' Ἀσάνδρου κλίνω δέμας, ἧ δὲ πάλιν μοι
 Ὀφθαλμὸς νεύει Τηλέφου δέυτερος.
 Τιμήσατ', ἔμοι τοῦθ' ἠδύ, καὶ εἰς πλάστιγγα δικαίην
 Νειμάμενοι, κλήρω τάμα φέρεσθε μέλη¹⁾.

Ovidii versus II 10, 5—8 primum comparemus, quibus tormenta et cruciatus describit, in quibus versetur, cum nesciat, utrius puellae amorem praeferat:

Utraque formosast, operosae cultibus ambae;
 Artibus in dubiost haec sit an illa prior.
 Pulchrior hac illast, haec est quoque pulchrior illa;
 Et magis haec nobis, et magis illa placet.

cum epigrammatis Anthol. Pal. XII 88, 3. 4 et XII 89, 3. 4:

Καὶ τῇ μὲν φλέγομαι, τῇ δ' ἔλκομαι· ἧ δ' ἀπονεύσω,
 Διστάζω, λάβρω δ' ἐν πυρὶ πάς φλέγομαι.

Neque comparatio amantis cum nave, amoris cum vento ab his epigrammatis aliena; nam Anthol. Pal. XII 88, 1 legimus:

Δισσοί με τρύχοι καταγιζόντες ἔρωτες.

Verbum 'καταγιζειν' enim est 'delabi' et 'deicere' cum impetu et de vento dici solet (cf. Diodori V 26, 1: <ἄνεμοι> καταγιζόντες λάβρω). Accedit, quod animi amore perturbati cum navibus, quae in mari errant, aut nautis comparari solent (cf. Hoelzeri dissertationis p. 49 sq.). Nihil igitur obstat, quominus verbum 'καταγιζειν', quod in communi exemplari invenie-

¹⁾ Vide etiam A. P. XII 89, 90, quorum poetae triplici amore inflammati sunt, velut alter (XII 90) amore meretricis, virginis, pueri perit.

batur, scriptores moverit, ut comparationem illam amplificarent.

Apparet igitur et Ovidii elegiam II 10 et epistolam Aristaeneti II 11 cum epigrammatis consentire, neque mirabor, si quis hucusque Gollnischii sententiam novis probari argumentis credet. Sed respice Ovidii versus 15 sqq., qui in argumento longe diverso versantur; neque enim in secunda parte elegiae Ovidius quaerit, num fieri possit, ut anima hominis duplicem amorem sustineat (ut in vv. 1—15), sed dicit utilius esse homines amore duarum mulierum incendi quam vitam sine amore agere et affirmat vires se non ita deficere, ut non duarum mulierum amoribus satisfacere possit; hoc sibi unum propositum, hoc in opere libenter se moriturum. Videmus igitur Ovidii versus 1—15 non idem spectare atque versus 15 sqq. Iam Bürgerus intellexit alteram partem Ovidii elegiae cum Propertii carmine II 22 bene consentire, cuius initium hoc est:

Scis here mi multas pariter placuisse puellas:

Scis mihi, Demophon, multa venire mala.

Quae elegia certe apologiae ad instar composita est; Propertius exponit se omnium, quaecumque sunt, puellarum amore inflammari (1—12) et causas affert, cur 'tam mollis in omnes sit' (13 sqq.). Deinde defendit poeta suos mores et, ut rhetores facere solent, τελευτὰ κεφάλαια adhibet; dicit enim sibi natura amorem puellarum insitum esse, fieri posse, ut complures mulieres simul amet, quia vires se non deficient (21—24). Nec non exempla deorum heroumque affert, qui plurimarum feminarum amoribus fruebantur; tum exponit pluribus vacare vel utile esse, quia, si altera fidem laedat, altera servet amorem. Facile perspicitur Propertium partes singulas elegiae secundum leges rhetorum composuisse. Quocum carmine Propertii versus Ovidii elegiae II 10, 15 sqq. forma et argumento congruunt; nam is quoque in arte rhetorica versatur: primum enim utile putat amore duarum puellarum incendi, deinde hoc sibi propter corporis vires facile esse. In primis compares Propertii versus 21—24 cum 23—28 elegiae Ovidii, Propertii 36 sq. cum 15—22 Ovidii. Inde autem apparet

Ovidii elegiam II 10 ex uno fonte, elegia scilicet Alexandrina, haustam non esse, sed ex duabus partibus, quae argumento et forma discrepant, compositam. Iam quaeramus, num fortasse Ovidii Am. II 10, 1—15, qui versus cum epistula II 11 Aristaeneti bene congruunt, ab elegia Alexandrina pendeant. Itaque denuo argumentum utriusque loci breviter examinemus. Ovidius, cum unius iam puellae amore teneretur, tutum se ab alterius amore putaverat, quoniam duobus pariter torreri ardoribus animam non posse satis constaret, improvise tamen ardore corripitur, torquetur neque scit, utram praeferat puellam. Nihil obstat, quominus huius partis fontem epigramma putemus; nulla certe inest sententia, quae non in epigrammatis a me allatis inveniatur.

Aristaenetus, cuius argumentum simile esse supra vidimus, hoc proprium habet, quod rivales sunt meretrix et uxor. Quod unde sumpserit, intelleges, ubi epigrammata Anthol. Pal. XII 89. 90 inspexeris, quorum poetae triplici tenentur amore, meretricis, pueri, virginis. Neque desunt comoediae, in quibus mariti inter uxores et meretrices fluctuant, neque vita umquam exempla proferre cessavit¹⁾. Exitus certe, quo optat, ut mu-

¹⁾ Tangit similem quaestionem iam Euripides. Conferas Andromacham v. 177 sqq.:

Οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἐν' ἡνίας ἔχειν,
Ἄλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν
Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει

(ad vocem οἰκεῖν cf. finem Aristaeneti epistulae II 11)
et 464 sqq.:

Οὔποτε δὴ δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριδας οἰκῶν δυσμενεῖς τε λύπας.
Μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις
Ἄκοινώνητον ἄνδρὸς εὐνάν κ. τ. ε.

et 909:

Κακὸν γ' ἔλεξας, ἄνδρα δίς' ἔχειν λέχη.

Sola Andromacha ipsa huic sententiae contradicit; cf. 215 sqq.:

Εἰ δ' ἀμφὶ Θρηῆκην χιόνι τὴν κατάρρυτον
Τύραννον ἔσχεσ ἄνδρ', ἴν' ἐν μέρει λέχος

lieres tam concordēs domi suae immorentur, quam amores in pectore, praeter expectationem inducitur atque ipsius debetur lasciviae. Cur Aristænetum aliud exemplar sequi dicamus quam epigrammata, equidem non video.

Sed Gollnischius, ut elegiam intercedere probet, Pauli Silentiarii utitur epigrammate V 232; hunc enim poetam elegias Alexandrinas lectitasse tertio dissertatiunculae capite ostendere conatus erat. Quo epigrammate mulier se amore virorum multorum frui gloriatur. Cf. in primis Anth. Pal. V 232, 2. 3:

Ἐν δὲ Λεανδρείοις χεῖλεσι πηγνυμένη
Εἰκόνα τὴν Ξάνθοιο φέρω φρεσί· κ. τ. ἔ.

et Aristæneti II 11: καὶ θατέρω συνῶν οὐκ ἀμνημονῶ τῆς ἐτέρας, τὴν εἰκόνα ταύτης ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀναπλάττων et Ovidii II 10, 15—17:

Sed tamen hoc melius, quam si sine amore iacerem:

Hostibus eveniat vita severa meis;

Hostibus eveniat viduo dormire cubili.

et Pauli Silentiarii Anthol. Pal. V 232, 7. 8:

Ἄφνειὴν Κυθήρειαν ὑπέρχομαι. εἰ δὲ τις ἡμῖν
Μέμφεται, ἐν πενήνῃ μμνέτω οἰογάμψ.

Haec bene consentire dicit. Sed longe aliud Paulus tractat argumentum; neque enim de duplici amore agit neque quaerit, num anima hunc ferre possit; insatiabilem mulieris libidinem depingit, quae tamen alium tenens ad alium semper memoria delabitur atque hac varietate vel maxime delectatur¹). Neque

Δίδωσι πολλαῖς εἰς ἀνὴρ κοινούμενος,
Ἐκτεῖνας ἂν τάςδ'; εἶτ' ἀπληστῖαν λέχου
Πάσαις γυναῖξι προστιθεῖς ἂν ἠύρεθης.
Αἰσχρὸν γε· καίτοι χεῖρον' ἀρσένων νόσον
Ταύτην νοσοῦμεν, ἀλλὰ προὔστημεν καλῶς.

¹) Meretrix ita describitur. Conferas Libanii prosopopoeiam, cui titulus est: 'Τίνας ἂν εἶποι λόγους πόρνη σωφρονήσασα' (IV p. 1044 ed. Reiske): ἔτι περιπλεκομένη τὸν δαίνα, τὸν πλησίον ἐθήρευον, ἀπέκωπτον τῷ γείτονι ψιθυρίζουσα . . . ἔξόν σοι, γυναῖκα, καὶ σωφρονεῖν καὶ φεύγειν τὴν ἀφρογένηαν. Et Libanius et Paulus iisdem fere coloribus utuntur, nisi quod Libanius argenti causa hoc meretricem facere sumit, Paulus feliciorē dicit et ditiorē meretricem quam σῶφρονα γυναῖκα. Respondet igitur quodammodo Libanio.

sententiae ipsae inter se respondent, quas Gollnischius vel ex altera Ovidiani carminis parte repetere non dubitat. An re vera Ovidii verba (v. 15 sq.): 'sed tamen hoc melius, quam si sine amore iacerem. Hostibus eveniat vita severa meis' bene conferuntur cum Pauli verbis: εἰ δέ τις ἡμῖν μέμφεται, ἐν πενή μιμνέτω οἰογάμῳ? Hoc igitur epigramma ad elegiam recuperandam adhiberi non poterit.

Multo difficilior diiudicatur, qualis ratio inter Aristaeneti epistolam I 7 et Asclepiadis vel Posidippi¹⁾ epigramma Anthol. Pal. V 209 intercedat²⁾. Cuius verba haec sunt:

Σὴν, Παφίη Κυθήρεια, παρ' ἡἰόν' εἶδε Κλέανδρος
 Νικοῦν ἐν χαροποῖς κύμασι νηχομένην.
 Καίόμενος δ' ὑπ' Ἔρωτος ἐνὶ φρεσὶν ἄνθρακας ὠνήρ
 Ξηροῦς ἐκ νοτερῆς παιδὸς ἐπεσπάσατο.
 Χῶ μὲν ἐναυάγει γαίης ἔπι· τὴν δὲ θαλάσσης
 Ψαύουσαν πρηεῖς εἶχσαν αἰγιαλοί.
 Νῦν δ' ἴκος ἀμφοτέροις φιλήσας πόθος· οὐκ ἀτελεῖς γὰρ
 Εὐχαί, τὰς κείνης εὖξαι' ἐπ' ἡἰόνος³⁾.

Argumentum epistolae hoc est: Piscator narrat ad se, cum piscem e mari traheret, virginem quandam venisse petitum, ut, dum lavaretur, vestes sibi custodiret. Quod cum spe alterius praedae laetus annuisset, illam se coram ipso nudasse, seque eximia pulchritudine puellae inflammatum cupidis oculis praeternatantem spectasse. Sed cum Veneri similis illa e mari rediret ad vestes recipiendas et ipse puellam temptaret, ab irata se reiectum, calamos fractos, piscem modo captum in fluctus proiectum esse. Aristaenetus ex ipso epigrammate narratiunculam repetiisse non videtur. Nam etsi exitum inverti ab ipso potuisse dixeris, epigramma potius decurtatum esse puto, cum ex nota quadam fabula nihil nisi summam rerum re-

¹⁾ Inscribitur Ποσειδέππου ἢ Ἀσκληπιίδου. Asclepiadi tribuit Paulus Schott in dissertatione, cui titulus est 'Posidippi epigrammata collecta et illustrata', Berlin 1905, p. 93.

²⁾ Egit de ea re Reitzensteinus in Encyclopaedia Pauly-Wissowa VI p. 91. 92.

³⁾ Eadem narrandi forma in epigrammate utitur Callimachus Anthol. Pal. V 6: Ὠμοσε — νῦν δ' ὁ μὲν κ. τ. ξ.

ferat. Quod in eo desideratur, optime expleri collatis Aristaeneti et Posidippi verbis Reitzensteinii mihi ostendit. Paphi, hoc est in ipsa Veneris insula, Cleander in mari puellam eximia formae praeternatantem videt; Nereida primum se conspiciere putat; mox cum mortalem agnovit, votis Venerem advocat. Iam e fluctibus puella egreditur, qualis mari edita olim ipsa Venus Paphum venit, qualis in ἐπιφανεΐαις deae mortalibus apparent. Voto Cleander potitur atque adeo favore Veneris iuvatur, ut semper renovato ardore alter in alterius amorem incitetur¹⁾. Talem fere narratiunculam in Ioniae oppidis circumlatam facile suspiceris. Itaque cum iam Erwinus Rohde²⁾ ex his narratiunculis novam Atticorum comoediam argumenta sumpsisse coniecerit, idque nuper inventis comoediae prologis³⁾ egregie confirmatum sit, haud scio an huc referri possit Nicostrati comoediographi titulus Παρακολυμβῶσα, quem nuper e Photiani lexici initio in lucem protraxit Reitzensteinus⁴⁾; παρενήχето enim de puella dicit Aristaenetus; cf. Moeridis lexicon p. 204, 4 Bek.:

¹⁾ Aristaenetus fabulae leporem perdit, cum statim ante lavacrum nudam puellam ab adolescente conspici fingit. Minime tunc natantis tantum incenditur ille amore. Inepti praeterea est puellam et pudoris expertem et amoris inimicam facere. Ceterum eadem ratione, qua in fabula Pygmalionis et in historia de filio regis Seleuci (vide supra p. 52 sqq.) nomina et locorum et hominum demit, fabulam ad suae aetatis vitam transfert.

²⁾ 'Der griechische Roman' p. 596: 'Beiläufig sei die Frage gestattet, ob nicht die Fabeln mancher Komödie von der Gattung des sogenannten 'neueren' bürgerlichen Lustspiels ihre Motive novellistischen Dichtungen entlehnt haben mögen usw.'

³⁾ Cf. prologos, quos ad lucem protulit ille papyrus in vico Ghoran repertus, cuius fragmenta edidit Pierre Jouguet (Bulletin de correspondance Hellénique 30 (1906), p. 103 sqq.) et nuperrime tractavit Alfredus Koerte (Hermes 43 (1908) p. 38 sqq.). Respicias in primis versus 1—6 primi prologi (Jouguet l. l. p. 141):

Ἔρωc [Ἄφρο]δίτης υἱός ἐπικῆc [ν]έοc
 Νέοc ἐ[πικ]ῆc υἱός Ἄφροδίτης Ἐ[ρω]c
 Ἐλήλυθα [α δ]γγελῶν τοιοῦτο πρᾶγμα τι
 Πρᾶγμα [d] τι τοιοῦτον [ἀ]γγελῶν [ἐ]λήλυθα
 Κατὰ τ[ῆ]ν Ἰωνίαν πάλαι γεγε[νη]μέ[νον]
 Γεγνημένον πάλαι κατὰ τῆν [Ἰων]ίαν.

⁴⁾ Der Anfang des Lexicon des Photius p. XXV et 91, 26.

veín kai nḗxesthai Ἄττικοί, κολυμβάν Ἑλληνας (de lavantibus saepius etiam apud Atticos verbum usurpatur). Fieri igitur potuit, ut Aristaenetus etiam hac in epistula comoediae narra-
tiunculam sequeretur.

Sed unde pendere Posidippum tunc dicamus, qui comoe-
diam certe vix respexit? Respondeo: vel ex ipsa illa narra-
tiuncula, vel ex quolibet genere poeseos Alexandrinae. Huic
certe aetati talia placent argumenta. Vides iam apud Her-
mesianactem Polyphemum sic introduci¹⁾:

Δερκόμενος πρὸς κύμα, μόνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλῆν
(v. Bach, Philetæ Coi, Hermesianactis Colophonii atque Pha-
noclis reliquiae 1829 p. 111); audis apud Theocritum XI
13 sqq.²⁾ et 17 sq.:

ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν αἰείδων
Αὐτὸς ἐπ' αἰόνος κατετάκετο φυκιοέσσης
Ἐξ αὐοῦς, ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἔλκος,
... καθελόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑψηλάς ἐς πόντον ὄρων ...

Scis alios apud poetas ipsam Galatheam e mari prodiisse et
Polyphemo se donasse³⁾, ut servatis mythi nominibus nostrae
narratiunculæ quasi compar evaderet. Sed fac vel elegiam
Posidippi fontem fuisse, nihil ad nos; nam fabulas amatorias
ab Alexandrinis hoc metro inclusas esse nemo negat.

Sed quoniam ad finem huius paragraphi pervenimus,
liceat paulum de disputationis via deflectere et eam, quæ
inter has narratiunculas et epigrammata intercedit, similitu-
dinem diligentius persequi. Duobus Rufinus epigrammatis

¹⁾ G. Holland, De Polyphemo et Galatea (Leipziger Studien zur
classischen Philologie VII (1884) p. 228 sqq.).

²⁾ Cf. etiam Ovidii Metamorphoseon XIII 778 sqq.

³⁾ Holland l. l. p. 276 sqq.; cf., ut exemplum afferamus, Nonnum
Dionys. XL 558 sqq.:

τοσσατίης δὲ
Ἐξ ἄλλοις αἶμα φέρουσα καὶ οὐκ ὀλίγη ἀπὸ πηγῆς
Ἱμεῖραι Γαλάτεια μελιζομένου Πολυφήμου,
Καὶ βυθίη χερσαῖον ἔχει πόσιν, ἐκ δὲ θαλάσσης
Πηκτίδι θελγομένη μετανάστιος εἰς χθόνα βαίνει.

(Holland l. l. p. 283).

(Anthol. Pal. V 35. 36) narrat a tribus se puellis, quae de pulchritudine pugarum contendebant, iudicem esse electum, ut olim a tribus deabus Paridem. Idem certamen Alciphro epist. I 39 (IV 14 Sch.) in convivio meretricum institutum narrat eadem fere usus lascivia. Similem narratiunculam respicere videtur iam Hedylus in epigrammate admodum corrupto Anthol. Pal. VI 292: Niconoe quaedam puella, quae pulchritudinis certamine vicerat, introducit; iudex fuerat Priapus, unde haud ita severam fuisse narrationem, ad quam Hedylus alludit, credideris. Atque vera quidem pulchritudinis certamina antiquitus usitata fuisse (cf. Athenaei XIII 609 e sqq., Müller, *Fragm. Hist. Gr.* IV p. 463, Theophrast. *fragm.* 111, Scholia ad Iliadis IX 129) nemo nescit. Cum deorum honore ea coniuncta fuisse Hermannus Usener¹⁾ recte animadvertit. Recentiore aetate fabulae, quae iam risum captarent, nascebantur, velut Cercidæ iambographi notissima fabula, quam Athenaeus XII 554 d enarrat: ἦν καλλιπύγων Ζεῦχος ἐν Συρακούσαις: duae sorores, quae de pugarum pulchritudine certant, inter alios praetereuntem divitem iuvenem iudicem creant. Quamquam eandem fabulam aut Archelaus tantum iambographus aut ipse etiam Cercidas cum templo Ἀφροδίτης Καλλιπύγου coniungit, et quamquam meretricum certamina de pulchritudine diebus festis instituta equidem non nego, caveas tamen, ne carmina illa seria dicas: pruritum excitare et risum captare volunt poetae. Ad Paridis iudicium tales adluebant narrationes, nec primus hoc captavit, qui iambi illius argumentum retinuit, Rufinus. Sed Paridis iudicium sic quoque in risum vertere potes, ut non iam deae ab homine, sed mortales puellae a deo iudicium petant et Priapum pugarum certe peritissimum invocent (similis certaminis anathema dixeris a Rhiano XII 38 commemorari). Ne tamen credas iambis tantum tales narratiunculas includi solitas esse, ad Sostrati carmen elegiacum de Tiresia remitto, cuius argumentum secundum Ptolemaeum Chennum enarrat Eusthatius²⁾ (1665, 48 sq.: Σώτρατος δὲ ἐν Τειρεσίᾳ, ποίημα δὲ ἐστὶν ἐλεγειακόν); lasci-

¹⁾ *Vorträge und Aufsätze*, Leipzig 1907, p. 145 sq.

²⁾ *Conferas Wagner*, *Hermes* 27 (1892) p. 131 sqq.

vum illud certe et subridiculum: Tiresias a Iove in pulchram puellam conversus, dum (in mari?) lavatur, a Glyphio conspicitur, vim exeunti sibi inferentem necat (cf. ea, quae supra exposuimus p. 102 sqq.), mox rursus in virum restitutus dicitur; cf. p. 1665, 57 sqq.: δειπνήσαι (Τειρεσίαν) ἐν τοῖς Θέτιδος καὶ Πηλέως γάμοις. ἔνθα ἐρίσαι περὶ κάλλους τὴν τε Ἄφροδίτην καὶ τὰς Χάριτας, αἷς ὀνόματα Πασιθέη, Καλὴ καὶ Εὐφροσύνη. τὸν δὲ δικάσαντα κρίναι καλὴν τὴν Καλὴν, ἣν καὶ γῆμαι τὸν Ἥφαιστον. Tales ubique circumferuntur, confunduntur, miscentur narratiunculæ; neque mirum, quod Alciphro, qui lascivam tantum descriptionem quaerit, eam leviter immutatam in descriptionem convivii meretricii recipit. Sed a comoedia eum pendere tam confidenter, quam fecit Kockius (Comicorum Att. frag. III p. 674), minime contenderim.

Ex iis, quae de cognatione, quae intercedit inter epigrammata et epistulas amatorias, disseruimus, concludi non potest ab Alexandrinis elegias, quarum poetae de suo amore egerunt, scriptas esse.

§ 3.

Cum Gollnischius hac in re a ceteris viris doctis recedat, quod ipse neque epigrammatis neque comoediae fere rationem habet et solas epistulas cum Romanorum poetarum elegiis confert, eas epistulas, e quibus ille elegias Alexandrinorum restituere posse sibi videtur, hac comprehendam paragrapho. Supra autem vidimus, quo in errore vir doctus versetur. Cum rationi respondeat, ut eadem epistula cum eadem semper elegia conferatur, e multis epistulis, quarum argumenta diversa sunt, singulas colligit sententias admixtis etiam, quae apud alios scriptores leguntur, neque tam argumentorum quam locorum communium similitudine plerumque nititur. Itaque si ad Latinum carmen Graecorum locos complures afferre potuit, hos rursus uno ex carmine, elegia scilicet Alexandrina, petitos dicit.

Agmen ducat Tibulli elegia I 8, quam cum Aristaeneti epistula II 1 contulerat iam Fridericus Wilhelm¹⁾, cuius sen-

¹⁾ Philologus 60 (1901) p. 584.

tentiam confirmare Gollnischius¹⁾ conatur. Profecto et Tibullus et epistulae scriptor a superbis mulieribus petunt, ut puerorum (Marathi et Charidemi) amoribus obsequantur. Singulae tamen sententiae, quas secum comparant viri docti, neque verbis consentiunt, et apud plurimos leguntur scriptores. Conferunt enim Tibullum I 8, 51 sq.:

Parce precor tenero: non illi sontica causa est,
Sed nimius luto corpora tingit amor.

et Aristaeneti II 1: οὗτος δ' οὖν ἐρᾷ σου, Καλύκη, καὶ τῷ σῶ φλέγεται γλυκυτάτῳ πυρί, καὶ τεθνήσκει θάπτον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος καὶ κκιὰς εἰδωλον γεγονώς, εἰ μὴ τὴν παροῦσαν θεραπείαν ἐπινεύσεις τῷ μειρακίῳ. Sed pallor aut macies amantium toties describuntur. Cf. Theocritum II 88: καὶ μευ χρώς μὲν ὁμοιοι ἐγένετο πολλάκι θάψω. Persaepe amatores superbas puellas hortantur, ut venturam senectutem cogitent; compares Tibullum I 8, 47 sq.:

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere: non tardo labitur illa pede.

et Aristaenetum II 1: ἄλλως τε ὀπώραν πωλεῖς, ἢ καλὴ . . . δίδου τοῖς σοῖς ὀπωρώναις τὴν ὥραν τρυγᾶν. μετ' ὀλίγον ἔσθι γεράνδρουον κ. τ. ξ. et Theocritum XXIII 28 sq. et 32:

Καὶ τὸ ῥόδον καλὸν ἔστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει·
Καὶ τὸ ἴον καλὸν ἔστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.
Καὶ κάλλος καλὸν ἔστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῆ.

et Anthol. Pal. V 80:

Μῆλον ἐγὼ· βάλλει με φιλῶν cé τις. ἀλλ' ἐπίνευσον,
Ξανθίππη· κάγῳ καὶ σὺ μαραινόμεθα.

Etiam Amoris vel Veneris vel deorum iram eas timere iubent.
Conferas Tibullum I 8, 27. 28. 69:

Nec tu difficilis puero tamen esse memento.
Persequitur poenis tristia facta Venus.
Oderunt, Pholoe, moneo, fastidia divi

et Aristaenetum II 1: πείθου μοι καὶ τῆς ἀμετρίας ἀπόσχου . . .

¹⁾ 'Quaestiones Elegiacae' p. 62 sqq.

οἴσθα δὲ ὄσον Ἔρωσ ἀντιπρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ
et Theocritum XXIII, 62. 63:

Χαίρετε τοῖ φιλέοντες· ὁ γὰρ μισῶν ἐφρονεῦθη.

Στέργετε δ' οἱ μισεῦντες· ὁ γὰρ θεὸς οἶδε δικάζειν.

et Philostrati epistulam 14 (10): *Nai Ἔρωσ, ναὶ Νέμεσις, ὀξεῖς
θεοὶ καὶ στρεφόμενοι. Neque plus lucratur collatis Aristaene-
neti verbis: χρήσαι τοίνυν τοῖς μὲν ὑποκρινόμενοι φιλεῖν ἑται-
ρικῶς, τοῖς δὲ γνησίοις ἑρασταῖς φιλικώτερον et Tibulli I 8,
49 sq.:*

Neu Marathum torque: puero quae gloria victo est?

In veteres esto dura, puella, senes.

Supervacaneum puto eos locos, quos ex aliis elegiis Goll-
nischius affert, examinare; tali ratione certum quoddam Alex-
andrinorum carmen non recuperari supra exposuimus. Ne
epigrammata quidem Agathiae Anthol. Pal. V 299 et Pauli
Silentiarii Anthol. Pal. V 300 recte contulit. Plane dissentiunt
argumenta. Agathias, qui ipse superbia atque arrogantia puellam
laeserat, supplex iam veniam poscit. Ait ille quidem: ἠήκοις,
ἤλιτεν ἢ νεότης, sed si haec cum Aristaeneti verbis: νέος ὢν
ἔπταίεν conferre iubemur, hac ego sententia plerosque depre-
cantes uti scio; conferas Petronii saturas cap. 130: 'Polyaenus
Circae salutem. Fateor me, domina, saepe pecasse; nam et
homo sum et adhuc iuvenis' et Aristaeneti epistulam II 9:
ἀλλὰ καὶ αὐθις ἀδικούσης . . . συγγνώμην ἀπονέμειν τῇ σὴ πρό-
πουσαν ἡλικίᾳ.

Paulus quoque in eodem versatur argumento. Desinit
certe in verba (v. 8. 9):

Παρθένε θυμολέαινα, καὶ εἰ χόλον ἔνδικον αἶθερ,

Σβέεσσον ἀγνορίην, ἐγγὺς ἴδες Νέμεσιν.

Sed haec, etsi aliquo modo conferri cum Tibulli et Aristaene-
neti supra allatis verbis possunt, nihil nisi locum communem
praebere iam vidimus.

Ipsa igitur Tibulli atque Aristaeneti argumenta exami-
nemus. Apud Aristaenetum pro puero, qui re vera mulierem
offenderat (ἔπταίεν ὁμολογουμένως), amicus quidam de-
precat. Tibullus ipse Marathum amaverat et, quamquam

ab hoc laesus est, mulieris amorem ei conciliare conatur; mulier minime a Maratho laesa, sed nondum precibus eius exorata est. Quid igitur mirum, si in tanta argumentorum diversitate paucae eaeque communes sententiae sibi respondent? Hae tamen ipsae unde haustae sint, cuivis apparet. Rhetores enim etiam in deprecationibus diligenter versatos esse scimus; conferas Ciceronem¹⁾ de inventione II 34, 104 sq. et Quintilianum VII 4, 17 sq., quorum ille l. l. dicit: 'Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur'; hic § 18 quasi τόπον affert: 'si vel aliis incommodis vel praesenti periculo vel poenitentia videatur satis poenarum dedisse' (comparaes Aristaeneti II 1 epistolam: ἰκανὴν δέδωκε δίκην). Accedit, quod in illis libellis, quorum auctores de natura epistolae agunt, typus epistolae deprecatoriae invenitur. Conferas Demetrii Phalerei XII (Epistolographi Graeci p. 4 ed. Hercher), qui epistolam deprecatoriam a precatoria non separat: 'Ὁ δὲ ἀξιωματικὸς ἐστὶν ἐν δεήσει κείμενος καὶ ταῖς αἰτίαις καὶ ταῖς καλουμέναις λιτανείαις. κείται δὲ μετὰ παρατήσεως ἐνίοτε κ. τ. ξ. et Proclum de forma epistulari XII (p. 9 ed. Hercher): Μεταμελητική ἐστι, δι' ἧς δοκοῦμεν μεταγινώσκειν, ἐφ' οἷς ὑπεδεξάμεθα τινὶ ἢ καὶ ἐφ' οἷς ἐδόξαμεν σφάλλασθαι. — 'Ἡ ἐπιστολή· Οἶδα σφαλῆς κακῶς σε διαθήμενος· διὸ μεταγνοῦς τὴν ἐπὶ τῷ σφάλματι συγγνώμην αἰτῶ. . . . δίκαιον γάρ ἐστι συγγινώσκειν πταίουσι (cf. Arist. II 1: ἔπταισεν ὁμολογουμένως) τοῖς φίλοις, ὅτε μάλιστα καὶ ἀξιοῦσι συγγνώμης τυχεῖν.

Artis rhetoricae studiosum maxime Aristaenetus se praebet, cum utatur τελικοῖς illis κεφαλαίοις, quorum, quae ad honestatem et utilitatem spectant, maxime deprecationibus aptae sunt. Itaque Aristaenetus, postquam puerum iram Calycae meruisse, sed satis poenarum solvisse et vehementes cruciatus vexationesque passum esse exposuit, ad παραίνεσιν transgressus monet utile esse puero ignoscere, quod Amor mulieres superbas puniat, pulchritudo cito pereat, senectus amore careat, turpe autem esse amatorem more meretricio vexare.

¹⁾ Respicias etiam Ciceronis orationem 'pro Ligario', quae deprecationem continet.

Itaque si qua compositionis similitudo elegiam cum epistula continet, aut si quibusdam in locis communibus inter se consentiunt, hoc magis deprecationibus debetur, quarum exempla in libris eroticis satis multa extitisse equidem persuasum habeo.

Nunc ad Ovidii elegiam I 10 et Philostrati epistulas 7 (44) et 23 (45) transeamus. Quarum argumenta ab elegiis Alexandrinis pendere Gollnischius¹⁾ probare studet. Haec ipsa igitur primum inspiciamus. Ovidii elegia epistulae instar est, quam puellae, quae dona poposcerat, mittit. Idem igitur spectat, quod Propertius in epistolio illo I 2, longe tamen aliter rem instituit. Prooemio enim, quod versus 1—14 complectitur, quanti antea puellam suam fecerit, exponit: cum heroinis se eam comparasse, Iovem in ea rivalem timuisse, nunc omnem evanuisse amorem. Deinde ab ipsius dei imaginibus profectus (17—20) docet, quam turpe sit amorem vendere: meretrices hoc faciunt, sed lenonis iussu coactae (21—24), feraeque ipsae ab hac abstinent turpitudine (25—30); sed etiam iniustum hoc est; nam eadem re et vir et femina iurantur (31—36). Cum iura commemoraverit, ad turpitudinis locum redit: infames empti testes, iudices, patroni, infamis etiam amica lucro ducta (37—42). Sed ne conducit quidem: primum enim, pretium ubi solveris, gratiae nullus iam locus (43—46), deinde turpis lucri malus semper eventus est (47—52). Amatoris maxime persona respicienda est: divites munera poscantur, pauper officia, poeta carmina, quae pretiosiora quovis munere sint. Totum carmen lepida claudit sententia: se, si poscatur, certe non daturum esse, at fortasse daturum esse, si non poscatur. Contra Philostratus duabus illis epistulis tractat θέειν, scilicet δει πένηει έρωντι μάλλον χαριτέειν η πλουείει. Hanc rhetorum λόγεις έρωτικοίει deberi statim apparebit, si Phaedri Platonici locum p. 227 c respicies, ubi narranti Phaedro: λέγει γάρ(Λυείει), ώει χαριτέειν μη έρωντι μάλλον η έρωντι respondet Socrates: "Ω γενναίει, είθει γράψειει, ώει χρει πένηει μάλλον η πλουείει. Cum et Ovidius, in quo τελικά illa κεφάλαια ipse animadvertisti, et Philostratus de rhetorum declamationibus pendeant,

¹⁾ 'Quaestiones elegiacae' p. 39 sqq.

nemo mirabitur in quibusdam sententiis eos consentire. Conferas ergo Ovidium I 10, 21—24. 41. 42:

Stat meretrix certo cuius mercabilis aere,
Et miseras iusso corpore quaerit opes;
Devovet imperium tamen haec lenonis avari
Et, quod vos facitis sponte, coacta facit.
Turpe tori reditu census augere paternos
Et faciem lucro prostituisse suam.

et Philostratum 23 (45): ἔστι δ' οὐχ οὕτως ἐμοὶ δεινὸν τὸ μὴ ἔχειν, ὡς σοὶ πρὸς αἰσχύνην τὸ μισθοῦ φιλεῖν· ἑταίρας μὲν γὰρ ἔργον προσίεσθαι τοὺς τὰς καρίσκας ἔχοντας καὶ τὰς σπάθας ὡς ἐτοίμως διδόντας, γυναῖκός δ' ἐλευθέρας πρὸς τὸ βέλτιον αἰεὶ βλέπειν καὶ τὸ χρηστὸν ἐν εὐνοίᾳ τίθεσθαι.

Vides ne communes quidem locos apte sibi respondere. Rhetorum porro est imaginem dei cum natura eius conferre; inde omnes illae, quas supra p. 14 commemoravimus, ἀνασκευαί et κατασκευαί proficiscuntur, quarum exemplum vetustissimum Plato praebet in Convivio p. 203 c. d: πρῶτον μὲν πένης αἰεὶ ἔστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἀπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ κληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος καὶ ἄοικος, χαμαιπετής αἰεὶ ὦν καὶ ἄστρωτος . . . αἰεὶ ἐνδεία εὐνοϊκος. Illa igitur aetate, qua Amor fere semper nudus fingebatur (cf. etiam Roscher, *Lexicon der griechischen und römischen Mythologie* I 1 p. 1350 sqq.), hoc artificiose interpretantur rhetores, quorum Philostratus proxime ad Platonem accedens verbis 7 (44): καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ Ἔρως γυμνός ἔστι κ. τ. ξ. nudum fingi Amorem dicit, quia ipse pauper sit; Propertius, cum ornatus muliebris poscitur, I 2, 8 respondet:

Nudus Amor formae non amat artificem;

Ovidius versibus I 10, 15 sqq.:

Et puer est et nudus Amor; sine sordibus annos
Et nullas vestes, ut sit apertus, habet.
Quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?
Quo pretium condat, non habet ille sinum.

Amorem lucri minime cupidum neque poscere pecuniam neque

habere, quo eam condat, lepido profert ioco. Quid igitur est, cur fontem communem fingamus?

Fortasse putas Ovidii v. v. I 10, 43—46. 57. 58:

Gratia pro rebus merito debetur inemptis;

Pro male conducto gratia nulla toro.

Omnia conductor solvit: mercede soluta

Non manet officio debitor ille tuo.

Officium pauper numerat studiumque fidemque:

Quod quis habet, dominae conferat omne suae!

et Philostrati epist. 7 (44): ὑβρίζει τὸν πεισθέντα ὁ πλούσιος ὡς ἐωνημένος, ὁ δὲ πένης οἶδε χάριν ὡς ἐλεούμενος. πάλιν ὁ λαμπρὸς τὸ πεπραγμένον ἐς ἔξουσίαν ἀναφέρει τῆς οἰκείας δυνάμει, ὁ δὲ πένης ἐς τὴν τοῦ δόντος φιλανθρωπίαν elegiae Alexandrinae deberi. Sed si diligentius inspicias, apud alterum brevem sententiam, apud alterum descriptionem invenies. Pauperes autem amatores in declamationibus¹⁾ rhetorum haud raro depinguntur; conferas personati Quintiliani declamationes XIV et XV. Compares velim XV 7 (p. 283, 10 ed. Löhnert): 'non quidem confers pretia, non stipes, sed adsides²⁾, sequeris, haeres, praestas comitatum, favorem, laudas ubique, miraris. Hinc ergo iam meretricibus, quod illae (illas codd.) etiam pauperes ament, quod facile contingant, quod laboribus exorentur adeuntium: faciet (facies codd.) hic amator, ut divites ament³⁾. Compares velim cum his Tibulli versus I 5, 61 sqq.:

Pauper erit praesto semper tibi: pauper adibit

Primus et in tenero fixus erit latere:

Pauper in angusto fidus comes agmine turbae

Subicietque manus efficietque viam:

Pauper ad occultos furtim deducet amicos

Vinclaque de niveo detrahet ipse pede.

¹⁾ Cum descriptionibus vitae meretriciae in comoedia primum apparent pauperes amatores, sed non, ubicumque pauper amator describitur, comoediam vel elegiam Alexandrinam adhibitam esse dicimus (cf. Leo, *Plautinische Forschungen* p. 136).

²⁾ Scilicet aegrotanti. Cf. de loco quasi communi Tibullum I 5, 9, Propertium II 9, 25—28, Ovidium *Artis Amatoriae* II 319 sq.

³⁾ Cf. Reitzensteinium, *Studien zu Quintilians größeren Deklamationen*, Straßburg 1909, p. 60.

Alterum addo exemplum e declamationibus minoribus; cf. CCCXLIII (p. 353 ed. Ritter), cuius argumentum est: 'Pauper et dives eandem puellam petebant in matrimonium. Capta est illa, quae petebatur. Posuit condicionem petitoribus pater, eius esset, qui redemisset. Pauper profectus est et redemit virginem. Rapuit illam competitor dives. Educta ad magistratus nuptias optavit. Circumscriptionis accusatur pater a paupere.' Pauper igitur, quia propter amorem omnia pericula subierit, se praeferendum esse contendit; cf. p. 356, 12 ed. Ritter: 'Navigavi ad piratas; in quos incidere miserrimum est, quaesivi; omnes scopulos scrutatus sum, omnia litora excussi. Accedit aliquid ponderis huic merito meo: pauper hoc feci, rem diviti gravem, mihi necessariam. Et quare negata est? ut conlocaretur ei, qui non redemerat, qui contempserat, qui piratis reliquerat. Tantumne pecunia valet? tantum ille fulgor divitiarum contra veritatem potest? Nunc ille melior.'

Quae cum ita sint, elegiam Ovidii I 10 et epistulas Philostrati 7 (44) et 23 (45) ex elegiis Alexandrinis manasse nego, praesertim cum argumenta illarum inter se diversa sint.

Neque magis similitudine commoveor, quam inter has ipsas Philostrati epistulas et Tibulli versus I 5, 61—66 intercedere viri docti statuerunt. Conferant licet cum poetae verbis supra allatis Philostrati locos 7 (44): τίς δύναται παραμείναι νοσοῦντι, τίς αὐτὸν προτάξει πεμπομένου βέλους, τίς ὑπὲρ σοῦ πεσεῖν; et 23 (45): πρόσταξον, ὡς βούλει, καὶ πείθομαι· πλείν κέλευσον, ἐμβαίνω, πληγὰς ὑπομείναι, καρτερῶ, ῥῖψαι τὴν ψυχὴν, οὐκ ὀκνῶ, δραμείν διὰ πυρός, οὐ κάομαι. τίς ταῦτα πλούσιος ποιεῖ; multo tamen artius cum Tibullo Quintilianum illum cohaerere iam vidimus. Philostrati autem verbis etiam magis respondet Luciani imitator in libro, cui inscribitur Ἔρωτες, cap. 46: εἰ δὲ καί, ὅσος ἀνθρωπίνης φύσεως νόμος, νόσος ἐπιψαύσειεν αὐτοῦ, κάμνοντι συννοήσω καὶ διὰ χειμερίου θαλάττης ἀναγομένην συμπελεύσομαι . . . εἰ δὲ ληστὰς ἢ πολεμίους θεακαίμην ἐπ' αὐτὸν ὀρμώντας, ὀπλικαίμην καὶ παρὰ δύναμιν· κἄν ἀποθάνῃ, ζῆν οὐκ ἀνέξομαι et Plutarchus in Ἐρωτικῷ cap. 17: ἀνὴρ γὰρ ὑποπλησθεὶς Ἔρωτος οὐδὲν Ἄρεος δέεται μαχόμενος πολεμίως, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ θεὸν ἔχων συνόντα

Πῦρ καὶ θάλασσαν καὶ πνοὰς τὰς αἰθέρος
Περᾶν ἔτοιμος

ὑπὲρ τοῦ φίλου οὐπερ ἄν κελεύῃ¹⁾. Tales igitur descriptiones ex quovis libro erotico repeti potuerunt neque ad unam elegiam nos remittunt.

Quoniam de epistulis Philostrati 7 (44) et 23 (45) satis disseruimus, ad Propertii I 15, 25—42 elegiam et Aristaeneti II 9 epistulam, quas Gollnischius²⁾ inter se comparat, trans-eamus. Et in elegia et in epistula amator a puella deceptus, ne illa periuriis deos laedere pergat, petit. Confert Gollnischius Propertii I 15, 25 sqq.:

Desine iam revocare tuis periuria verbis,
Cynthia, et oblitos parce movere deos,
Audax, a nimium nostro dolitura periclo,
Si quid forte tibi durius inciderit.
Muta prius vasto labentur flumina ponto,
Annus et inversas duxerit ante vices,
Quam tua sub nostro mutetur pectore cura:
Sis, quodcumque voles, non aliena tamen.
Nam tibi ne viles isti videantur ocelli,
Per quos saepe mihi credita perfidia est!
Hos tu iurabas, si quid mentita fuisses,
Ut tibi suppositis exciderent manibus:
Et contra magnum potes hos attollere solem,
Nec tremis admissae conscia nequitiae?

cum Aristaeneti II 9: Σὺ μὲν ἴσως οἶε βαρύνεσθαι με δεινῶς, ὅτι δὴ με τοσοῦτον ἐρώντα κατέλιπες· ἐμοὶ δὲ τούτου, νῆ τὸ σὸν πρόσωπον, βραχεία φροντίς πρὸς ἕτερόν γε μείζον κακόν, ἐπεὶ περ ὡς ἀπλουστάτη καὶ νέα περιφρονοῦσα τηλικούτου ὄρκου παρέβης . . . ἀλλ' ἔγωγε δέδοικα (εἰρήσεται γάρ, κἂν ἀπέυχωμαι), μὴ τινὰ σοὶ ποιήν ἄντεπαγάγων οἱ θεοί. καὶ ἀνιαρότερον ἔσται μοι τοῦτο ἢ τῆς σῆς διαπεπτωκέναι φιλίας. ἐμὸν τὸ ἀτύχημα τοῦτο, σὲ δὲ τὸ παράπαν οὐ ψέγω. τοιγαροῦν ἰκετεύων ὑπὲρ

¹⁾ Vides igitur illum figuratum Lucianum colores, quibus Philostratus pauperem amatorem depingit, ad amorem puerilem transtulisse.

²⁾ 'Quaestiones Elegiacae' p. 60 sqq.

κοῦ τὴν Δίκην οὔ ποτ' ἄν, ὦ φιλάτη, παυσαίμην, μηδαμῶς αὐτὴν εἰς τιμωρίαν τῶν ἡμαρτημένων ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐθις ἀδικούσης, εἴ γέ σοι τοῦτο φίλον, ἀνέχεσθαι πάλιν καὶ συγγνώμην ἀπονέμειν τῇ σὴν πρέπουσαν ἡλικίᾳ· ἀνεκτὸν γὰρ ἔμοι τὸν ἔμὸν ἔρωτα φέρειν καὶ μὴ σε μοχθηρὸν τι πεπονθυῖαν ὄραν. Ultimos Propertii versus statim excludet, qui illos accurate perlegerit. Per oculos suos fidem iurasse Cynthiam poeta¹⁾ narrat imprudentiamque eius vituperat. Contra Aristaenetus per faciem amatae puellae iurat se non tam dolore moveri quam cura eius. Nihil igitur inter haec commune est.

Mediae quoque partes (muta prius vasto etc., τοιγαροῦν κ. τ. ἐ.) affectuum magis quam sententiarum continentur²⁾ similitudine; nam suum amorem nulla perfidia mutari posse poeta adfirmat, epistolographus ἀνεκτὸν γὰρ ἔμοι, inquit, τὸν ἔμὸν ἔρωτα φέρειν (cf. Theocriti Id. II 164: ἐγὼ δ' οἰκῶ τὸν ἔμὸν πόθον ὡς περ ὑπέκταν). Cetera omnia plane dissimilia, haec non admodum similia dixeris.

Restant igitur initia vel potius apud utrumque restat descriptio affectus, quo amator laesus atque periurio deceptus tamen non irascitur, sed de amatae tantum salute sollicitus est. Hanc autem descriptionem vitae magis quam certo cuidam fonti deberi equidem ex Tibulli I 9, 1—6 versibus colligo, quorum similitudo cum Aristaeneti epistula II 9 multo maior est quam Propertii I 15, 25 sqq. Cf. Tibullum I 9, 1—6:

¹⁾ Conferas etiam Ovidii Amorum III 3, 1. 2. 9. 10:

Esse deos hic crede: fidem iurata fefellit,

Et facies illi, quae fuit ante, manet!

... radiant ut sidus ocelli,

Per quos mentitast perfida saepe mihi.

²⁾ Iacobius (Berliner Philologische Wochenschrift 1905 p. 1214), qui et ipse hos locos congruere negat, Aristaeneto Acontii et Cydippae fabulam ante oculos versatam putat; confert enim I 10 Aristaeneti (Epistolographi Graeci p. 141 ed. Hercher): Κυδίππη, καλὴν σε καὶ εὐορκὸν ὁμοίως προσείπω ταχὺ, μὴδὲ Ἄρτεμις ἐπὶ σὲ ποιναιὸν βέλος ἀφῆ καὶ ἀνέλη· μενεῖ δὲ τὸ πῶμα προκείμενον τῇ φαρέτρᾳ κ. τ. ἐ. Sed et Aristaenetus et Propertius a puellis decepti timent, ne illarum periuria dei ulciscantur; hoc premitur, hoc contra vulgi erit expectationem. Contra Acontius ipse Cydippen invitam ad periurium perlexerat.

Quid mihi, si fueras miseris laesurus amores,
 Foedera per divos, clam violanda, dabas?
 A miser, et si quis primo periuria celat,
 Sera tamen tacitis poena venit pedibus.
 Parcite, caelestes: aequum est impune licere
 Numina formosis laedere vestra semel.

Quibus versibus Tibullus puerum, qui foedera amatoria per deos iurata laeserit, vehementer reprehendit et tamen a dis petit, ut illi pulchritudinis gratia peccatum semel ignoscant. Compares Aristaeneti II 9: ἀλλὰ τοῦμόν μέρος ἀνυπεύθυνος εἶης τοῖς ὀρκίοις θεοῖς, εἰ καὶ τὸν ποθοῦντα μὴ στέργεις, μηδὲ συνθήκας ἔγνωσ ἐνωμότους φυλάττειν et l. l. Tibulli elegiae. Idem autem locus apud eundem Tibullum recurrit I 6, 55 sq.:

Et tibi nescio quas dixit, mea Delia, poenas:
 Si tamen admittas, sit precor illa levis,

ut ultro iam appareat locum esse quasi communem, quem summa cum gravitate omnique ornatu sermonis profert Propertius, mediocri affectu persequitur Aristaenetus, leviter cum ceteris coniungit Tibullus.

Ne Leonis quis copiosissima doctissimaque adnotatione ad Propertii carmen III 20, 13 sqq. scripta (Rhein. Museum 55 (1900) p. 604) abutatur, ut propter foedus inter amantes in omnibus his locis commemoratum eos elegiae adscribat — illorum enim foederum originem Leo ex foedere meretricio repetit, cuius exemplar habemus in Plauti *Asinaria* 751 sqq., atque talia foedera per elegiam Romanis tantum tradita esse ille contendere videtur —, totam quidem illam, quae est de foedere amatorio, quaestionem hoc loco me movere nolle respondeo neque quidquam de Propertii carmine III 20, 13 sqq. statuere. Foedera tamen iure iurando sacrata extitisse in vita hominum Alexandriae et Romae quis locupletior testis quam Catullus? Quem vanam speciem atque loquendi formulam e litteris tantum repetitisse quis credit, cum ille commemoraret in carmine 109:

Iocundum, mea vita, mihi proponis amorem
 Hunc nostrum inter nos perpetuumque fore.

Dii magni, facite, ut vere promittere possit
Atque id sincere dicat et ex animo,
Ut liceat nobis tota producere vita
Aeternum hoc sanctae foedus amicitiae.

76, 3 sq.:

Nec sanctam violasse fidem, nec foedere in ullo
Divum ad fallendos numine abusum homines,

87 + 75, 3:

Nulla fides ullo fuit umquam in foedere tanta?

Talia certe foedera tunc fiebant, quae amatori quasi mariti iura tradebant¹⁾, ut vel sanctus talis amor ei videri possit. Num extiterint etiam aetate Alexandrina, vix pro certo diudicaverim; sed suadent hoc Callimachi et Dioscoridis epigrammata Anthol. Pal. V 6 (25 ed. Wilamowitz) et 52, quae, ni fallor, illepida fiunt, si omnia haec ex meretricum foederibus derivata proclamamus. Vix crediderim ipsum Leonem verba sua ita excipi velle. Utut res se habet, eas, quas hucusque tractavimus, declamationes hac de causa ad elegiam referre nemo poterit.

Spero me satis probasse omnibus epistulis, quas adhuc tractavimus, Gollnischium suo iure ad elegias recuperandas usum non esse; restat, ut de Tibulli II 3, 1—10 elegia et Philostrati 59 (62) epistula agamus²⁾. Consulto illas in fine nostri libelli ponere decrevimus; nam illae ab eis elegiis et epistulis, de quibus hactenus disseruimus, hac re dissentiant, quod et argumento et sermone inter se tantopere congruunt, ut dubium non sit, quin ex eodem fonte — carmine ni fallor — haustae sint. Et poeta enim et epistolographus queruntur puellas amatas urbem reliquisse et rus migrasse. Cf. Tibulli II 3, 1:

Rura meam, Cornute, tenent villaeque puellam
et Philostrati 59 (62): τί οὖν μέλλω ποιεῖν, ἐὰν ἐξελάσῃς ἐς ἀγρόν,
ὡς πέρυσι, καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς ἐν ἄττει διατριβὰς καταλίπῃς; ἡγοῦμαι ἀναγκαῖον σαφῶς ἀπολωλέναι μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ

¹⁾ Conferas Reitzensteinium, *Werden und Wesen der Humanität im Altertum*, Straßburg 1907, p. 27.

²⁾ Vide Gollnischium l. l. p. 33 sqq.

